Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Saxonis Grammatici Danorvm historiae libri XVI, : tre centis abhinc annis conscripti, tanta dictionis elegantia, rerum(que) gestarum uarietate, ut cum omni uetustate contendere optimo iure uideri possint. Acceßit rerum memorabilium Index locupletißimus.

https://hdl.handle.net/1874/430027

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

S. fol.
332



92.
c.



q̄ si elā gnānt exī nocem aut gnānt ex nocem sī altātoīe ⁊ tūlmutatōe sic dixe
rūt emp̄ ⁊ demo sī gnoīm aut gnānt ad
ī nocem sī altātōe ⁊ tūlmu pmodū q̄ dixe
plō qm dixē cōī resolui ad sīficacē aut est
a mō quo genānt ad ī nocē pt dōs ī q̄ fiat
upōr altātō ⁊ tūlmutatō ad ī nocem ſ nocē
stugem q̄ p modī n dem ūpolūt elā
ulta nīj q nos elā uocatū ⁊ emp̄ polūt ista
nīj elā cē tū nenerūt ī h q̄ utōr negauū
altātoīn vam esse ⁊ vam gnōm eo q̄ emp̄
sī ī toto altāto dicē elā ꝫ pō p pna ꝫgā
ad ī nocē ⁊ p quodē dē est ita ulos q̄ ulti q̄
tauūt ꝓpos simones suos q̄ tgnauū mator cē
nō pt qm̄ ās tendat assimare ad cē ⁊ attīn
ptalem simonē exq̄ seq̄ tpm sī cē ī ⁊ ulti in
tenderūt p bare esse uam gnātōr q̄ erit est
de nō esse ī cē ⁊ duxūt talem simonē exq̄ se
q̄ elā sī gnāt ad ī nocē ꝑ vam gnōm q̄ fm
fallatē q̄ sī= ⁊ sī est eo q̄ ꝑ ulos tes gnāta
sī exīt de sī ad cē ade ꝑ si pō de cē occulto ad
cē m sic fit ī ortu filor ⁊ pm mller q̄ filī
qm clauī fuit ī occlto exit ad aptū ⁊ sī exit
de sī cē ad cē Jnuā n gōde sī ogdūt aū ex
ūtes ī occlto ⁊ appūt sic dīt tgse occlsī m
lapide ego dī ad apparū ꝓpaulluā lapidos
ut sic dīt effundi luqem clausī ī uase q̄
tes q̄ de gnānt gnānt exm sua q̄ cē pō
gnatī ⁊ sī actu ⁊ sī gnānt paltātōm q̄sta
tū actāx ⁊ passuax ⁊ pbe tūlmutē Oēs
g ponūt sī sī rem exp̄ō m paltātoīn ⁊ tūl
mutatōr ⁊ sīcē q̄ ex nucio sī sit ꝑ naīm nāe
cē q̄ dicant aut fōrtgnāt actu est mūd ⁊
adatore cē ⁊ sīq̄cē dicāt cam actu cē mūd cē
ponāt latentiā fōr ⁊ gnōm nuch cē sī ex
tū occultu actu exītis ad aptū sic demotē
⁊ emp̄ ⁊ anax dixūt Cum a ponūt adatore
fōr cē fōrs dīt sic plō fōrs oīs dam acās
⁊ exīt dne aū opīdes medie sūt ī istas
q̄ s fōr gnām fiat exmchulo ut exp̄ō ane
nenūt a phī ī h q̄ sī sit exm ꝑ naīm Reli
qr g illa que est q̄ educāt oīs ex sī ī q̄
sūt pō paltātoīn ⁊ tūlmu valem Ex mōe
aū cor qui ponūt latentiā fōr accidit mlte
tes urō qbz pdispuūt Dīa sī pdūtes n
lantatōm ⁊ q̄ gnō est exs entis ī actu dicit
to ad aptū seq̄ q̄ qm tes latens cē ī a q̄
actu ⁊ deinde manifātē ī uenīt spūsta ⁊ coarta
ta ī mu qm n addī ei de exm gr q̄ pus
sī hūt ī q̄ nc noua q̄ntas nc noua q̄ntas
q̄ sit leuitas ut q̄ntas q̄ ꝑ sī hūt ⁊ hj ī cu
tabli seq̄ dōs illos qui ponūt gnōm esse
p modū exēntis de occlto ad aptū Dīt n hu
q̄ aq̄ actu ens occlta est ī se eo q̄ sī dīt a
q̄ exīt gnāt nisi q̄ egredī ī aptū q̄ pus ex
culta erat ī pō Jos a iudem ⁊ cogīt p
modū aq̄ q̄ fluous est q̄ntus aq̄ egressa
est exīt q̄m q̄ latet ī q̄ q̄ si tante q̄ntes
est q̄ est ī se sic q̄ aq̄ dr ipa tu exīt dr sī
gr ullam oīo sustineat altātoīn ⁊ tūlmu
or q̄ illa q̄ntas dr ei sola tūlatō delaco occlto
ad locū aptū ⁊ sic oīs tes occlta leuior dr cē
q̄ manifāta q̄ oīo ꝫ ad locū Jmp a sī occl
ta ī a q̄ illi dīt cē eis pmixta eo q̄ occlta
tom mixtura cē dicebāt ī accipuīt mat loc
q̄m sit loc s debūt p naīm Sz nos iudem q̄
q̄m acr sit ex aq̄ ī q̄ latet ut dīt ad usum
locī mat accp q̄m fiunt ille ī q̄ latunt Onē
r sī tūl vlt hīc locī mat q̄m gr ll ⁊ h q̄d
mai est ⁊ plauī ī altātōe ⁊ tūlmu lq̄ ū
q̄m hūmodī n si elaudab sor ī uase ⁊ ap
ib cē ī fl ad ⁊ q̄nt locī mat ⁊ ubi sondē uas
si ī hūt respuncūm sic p ī utbz ī quibz absq̄
respuendo claudī nullū qui fingūt pp mu
sīm cuapatom Si a sic se hūt res ut dcm est
⁊ cedatur nob q̄ tes ī augeb p uacuī q̄ ū
gredī ī pām ⁊ facat distare pres suas adī
uicem ī q̄ ī pō uacuo expandāt ⁊ dilatāb cōī
h n Vacuī ī cē cedūt aue tes lantatōs cē
nl est q̄ ī cē ꝑle q̄ cōī occultū nl m accipiat
locū mat q̄m qui p debet s g acr ī aq̄ hīt
locū tm q̄m hīt ex aq̄ ⁊ aq̄ ī sustinz est ver
ne sic oīsū est p uas q̄ sondē q̄m uapat
hūde ī pō q̄ ī acte potēt est qm̄ sondī

N 92 b.


Nº 210. O.

SAXONIS GRAMMATICI DANORVM HISTORIAE LIBRI XVI, TRE centis abhinc annis conscripti, tanta dictionis elegantia, rerumq; gestarum uarietate, ut cum omni uetustate contendere optimo iure uideri possint.

Accessit rerum memorabilium Index locupletissimus.

DES. ERASMI ROTERODAMI
de SAXONE censura.

IN Daniam nauigare malo, quæ nobis dedit Saxonem Grammaticũ, qui suæ gentis historiam splendide magnificeq; contexuit. Probo uiuidum & ardens ingenium, orationem nusquam remissam aut dormitantem, tum miram uerborum copiam, sententias crebras, & figurarum admirabilem uarietatem, ut satis admirari non queam, unde illa ætate homini Dano tanta uis eloquendi.



Ex dono Bürgelij.

BASILEAE, APVD IO. BEBELIVM.
ANNO M. D. XXXIIII.





REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, D. PHILIPPO à Gundelsheim, Episcopo Basilienſi, Ioan. Oporinus S. D.



VOTIES temporum noſtrorũ mores, Illuſtriſſime Princeps, ac uariam rerum omniũ faciem cogito, cogito autem ſæpe: ita ſeſe paſſim prodente ſcilicet hominũ ſtultitia, ſuamq; aduerſus diuina beneficia (literarum dico) aliquot iam annis ultro etiam ac ne expectantibus quidem pleriſque oblata, ingratitudinem atq; inſaniam teſtante: facere non poſſum, quin certa iuſtaq; fatorũ lege improbam quorundam rerum etiam ſummæ præfectorũ oſcitantiã ſic puniri, eorumq; delicta quanquã paucorum ſæpenumero amentium (quemadmodum ferè fit) complures unà inſontes luere exiſtimem: & ueram omnino diuini Platonis uocem admirer, nõ aliter optime rebus publicis conſultũ iri afferentis, quàm ſi aut philoſophiæ candidati adminiſtrandis illis præſint, aut ipſi Principes ac magiſtratus philoſophentur. At uero ubi pro libidine cuncta fieri, paſſimq; per omnia tam publica quàm priuata negocia præſentiſſimam peſtem φιλαυτίαν graſſari uidemus, adeò ſurſum deorſum agitari, perq; incerta plerunq; ferri quaſcunq; tandem πολιτῶν formas mirabimur? non hercle: quando ſic prorſus res habet, ac neque malo huic hi, quorum id curare uel maxime intererat, mederi, aliis (ſi diis placet) grauioribus ſemper occupati, pergunt. Vnde neceſſariò fit, dum rerum ita omnium ſecuri degimus, ipſæ etiã res paſſim ut nutent, dormitantesq; perpetuò atq; aliud agitantes uel deſtituant penitus, uel unà ſecum in ruinam trahant. Cui equidem periculo occurri haud alia poſſe ratione puto melius, quàm ſi diuini muneris philoſophiæ præceptis diligenter imbuti, illam ubiq; itineris ducem, ac negociorum noſtrorum ceu filum per tot mundani huius labyrinthi anfractus cõtendentes, ſedulò obſeruatũ ſequamur. Huius autem uis in hoc certe uel maxima ac præcipua, niſi fallor, ſita eſt, ut domeſticæ primũ ſupellectilis noſtræ probe nobis conſcij, mox ad Delphicũ illud, Ne quid nimis, ceu regulã actiones noſtras omnes, omnia conſilia corrigamus: hoc eſt, diuinũ illud & de cœlo ad nos delatum γνῶθι σεαυτόν, omnibus uiribus omniq; ſtudio amplectamur: neque eorũ quæ ſunt ſupra nos, idcircoq; uel minus uel omnino nihil ad nos pertinere à ſapientiſſimo philoſopho iudicantur, curioſi, uerum noſtra potius ſorte ſiue ratione parta, ſiue diuinitus tradita, ſiue caſu denique oblata contenti, nullo pacto alienã aut ſtulte optemus, aut inuadamus temere, aut quacunq; tandem uia nobis uendicemus. Sapientiſſimus quidẽ Apollinis quoq; oracuło iudicatus eſt Socrates, principis huius philoſophiæ partis, qua de loquimur, ab ipſo etiam Platone cõſtitutus

tanq̃ ad unguem factum exemplar, nõ aliunde certe, q̃ quia & se nosse inter eius temporis Sophistas uel solus uideretur, & primus philoso-phiæ studium à rebus externis transferendũ ad animi penetralia mentis q̃ recessus scrutãdos, hoc est, ad affectus ac mores nostros intimius pernoscendos, & recte ad uirtutẽ instituendos, censeret: postremo alie-na curanda nõ amplius arbitraretur, quàm quatenus proprijs esse offi-cijs documento possent. Præclara equidem omnino facultas isthæc, & nunquã satis admirandum philosophiæ bonum, res extra nos positas, hoc est, naturę illud spectaculum, idcirco nimirũ nobis exhibitum, con cipere animo, & quacunq; patet sublimi mentis oculo contemplari, in eoq; miram conditoris maiestatem & immensam in mortaliũ genus be nignitatem æstimare. Sed est illa quoq; non inferior eiusdem philoso-phiæ pars altera, abducto etiam ab illa uastitate nonnihil animo, recon ditum domi nostræ thesaurũ inquirentis, & microcosmi huius motus omnes, omnia munia sedulò perlustrantis, atq; ita in se descendere, se-cumq; habitare studiosos sui perdocentis: officiorum deniq; suorum quenq;, quid uitandum, quid sequendum sit, aliorum subinde ceu thea tro proposito admonentis. An non enim absurdum id fuerit, planeq; desidis ac male feriati animi argumentum, neglectis rebus quanquam priuatis domumq; te identidem reuocantibus, obuersari in foro, ac pu-blicis parumq; ad te pertinentibus etiam occupari malle? atq; ibi tamẽ ita quoq; securum agere, ut præclare cæterorũ aut turpiter factis neq; quid cauere te, quid ue amplecti oporteat, erudiri patiare? sed ipsum obiectare te rebus, ac tui periculum facere omnino, teq; statuere exem-plum alijs quàm alios tibi, præclarius arbitrere? Atqui horum alterum ut est proprium & quasi genuinũ philosophiæ opus, ita alterum quoq; haud infimæ eiusdem etiam portionis, Historiæ nempe, qua uelut of-ficiorum omnium ac prudentiæ uniuersæ instructissimo mundo, quid unumquodque hominum genus, ætatem omnem atque conditionem deceat, quid in rebus omnibus pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, planius omnino ac melius quàm ullis alijs quantumlibet belle in-stitutis sophorũ præceptis non docetur solum, sed quasi inspiciendum tractandumq; exhibetur: & hoc quidem multijuga uariáque ac ubere omnis generis exemplorũ copia, tam innumeras ac diuersas causarum & euentuum quibuscunq; in negocijs, consiliorumq; formas suppedi-tante. ne cõmemorem quàm istuc iucundum etiam sit, hic ceu alta qua-dam è specula omnes omnium hominum actiones, rationes omnes in-tueri, & quà cuiq; iter aliquando ad uirtutis amœnissima prata deligen ti penetrandum sit, quà à uitiorum putidissimis lacunis declinandum, in tuto uidelicet constitutum discere: ut quod de optimo poëta Flaccus exclamat, idipsum nos de Historico quoq; dici commodissime ac iure optimo posse censeamus, Omne punctũ ferre, qui miscet utile dulci.

Neq;

Neq; hic ita multum referre puto, Hiſtoriæ ætatem æſtimare: quemad modum quoſdam nimis delicati oris, niſi uetera et ſuis temporibus (ut idem ille ait) iam olim defuncta, faſtidire uidemus. Ingratos profectò homines, & ſuo etiam ſeculo quocunq; tandem indignos: quippe non quia craſſe Compoſitum quicquã illepide ue putent reprehendentes, ſed quia nuper. Quaſi uero non diſcere quod rectum eſt, ubicunq;, undecunq;, quacunq; ætate, & par ſit et oporteat. Itaq; magni nobis preciĳ, magnæ autoritatis eſto omnis rerum geſtarum cuiuſcunq; gentis, temporis, autoris, quantũcunq; ſimplex, duntaxat uera ut ſit (quæ Hiſtoriæ prima uirtus eſt) narratio. Quanquam ubi orationis quoq; decor acceſſerit, tanto nobis erit etiam iure quodam ſuo cõmendabilior, quanto lectorem concinnitate ſua ad hoc quod uerum narrat conſiderandum, ac diligentius tractandum, animoq; ita firmius infigendũ magis inducit, magisq; ſuauitate ſua ac ſpecie detinet. Qua quidem re inter mediĳ temporis Hiſtoricos haud ſcio an quiſquam alius, quantum ego iudicare poſſum, hoc Saxone Grammatico, Danicarũ rerum ſcriptore, excellat magis: quiue cum ueterũ etiam quolibet, ſiue dictionis elegantiam ſpectes, ſiue rerum conſiliorumq; ac euentuum uarietatem requiras, cõferri melius poſſit. Hunc igitur cum nuper ad nos è Gallia miſiſſet IO. SPHYRACTES Baſilienſis, iuuenis cum optimis moribus & eruditione minime aſpernenda prædítus, tum in paucis mihi perquã charus amicus, ſimulq; uti apud nos eum curarem quãdiligentiſſime excudi hortaretur, quippe quem in hoc ipſum à generoſiſſimo atq; humaniſſimo iuuene D. ERICO à Crabben, Dano, amicoq; ſingulari, non ita pridem Lutetiæ dono accepiſſet: ſuſcepto protinus eo, atq; obiter quantũ per ocium licuit inſpecto, nõ potui nõ probare amici conſilium, cui et facile ac lubens obſecutus ſum: primũ quidem quod in ſtudioſorũ uſum id ceſſurũ intelligerem, quibus libenter ac iure me meamq; operã omnem deuoueo: deinde quia datam mihi hic anſam uiderem, Reuerende Præſul, gratitudinem animi mei, quemadmodũ eſt æquum, erga C. T. quacunq; tandem ratione uel de alieno teſtandi: cuius benignitatem experiri me, nihil aliud quàm literarum mancipium, de te uero neq; uerbo quidem unquã, nedum officio benemeritũ, ultro uoluiſti. Quare improbus certe ſim, id ſi non agnoſcam: ingratus, niſi prædicem: barbarus, ſi nõ quocunq; demum pacto animi cum officiorum amplitudinem æſtimare callentis, tum ſeſe uiciſſim etiam ſi qua liceat promptiſſimum offerentis, teſtimonium exhibeam. Neq; uero parum etiam hoc ut facerem, optime Antiſtes, me impulit, quod ut principe uiro cumprimis dignum eſſe iudico, id genus ſcriptores habere familiares, eorumq; exemplis ceu Lydio quodam lapide conſilia omnia, omnes conatus ſuos explorare: ita pertinere ad te etiã uel maxime putaui, quem præcipuo erga literas earumq; candidatos ſtudio teneri, ac

eruditorũ domeſtica etiam conſuetudine potiſſimum oblectari non leuibus certe argumentis animaduerti, præter omnino multorum hodie Principum morem, paraſitis tantum & aſſentatoribus, aliĳsq; id genus nihili homuncionibus, bonos uiros ac philoſophiæ ſtudioſos cane peius & angue exoſis, ſtipari ſeſe ac modo non totos regi gaudentiũ: pro quibus equidẽ ſi admittere ſæpius alteros illos mallent, aut mutis iſtis duntaxat uti conſultoribus non erubeſcerent, minus certe conſiliorum eos factorum ue temere plerunque ſuſceptorum pœniteret, minusq; haud dubie quicquid ipſi delirant, (ut Horatiano uerbo utar) Achiui plecterentur. At quanto tu longe diuerſo ab illis inſtituto, multis aliĳs antiquiorem ducis, clariſſimi Iuriſconſulti D. LVCAE PALIVRI, C. T. Cancellarĳ uel unius conſuetudinẽ? cuius equidẽ uiri, tanq; præſentis uſq; conſiliorum omnium & actionum Achatis, fide & prudentia dum ita ſedulò uteris, facere nõ potes quin & rebus tuis pulchre ac ſapienter proſpicias, & bonarum artium iĳſdemq; addictorum expoſitiſſimum ſemper te Mecœnatem declares, & eã denicq; re nullam aliam C. T. faſtigio magis cõuenire perſuaſum habeas. Hac igitur et ego humanitate tua prius etiam q; merui cognita fretus, iſtã tibi SAXONIS eruditam iuxta ac elegantem hiſtoriam offero, neq; ingratam eam tibi fore, quanquam Principi, Principum ſcilicet res tractantem, cõfidens, & meã erga te gratitudinẽ quomodocunq; teſtaturã, literarumq; ac ſtudioſorũ tibi cauſam, tametſi iam antea abunde beneuolo, amplius etiam cõmendaturam nihil addubitans.

Bene uale. Baſileæ, Calend. Iulĳs,
Anno XXXIIII.

RERVM ET VERBORVM HISTORIAE DAnicæ præcipue memorabilium Index.


Macro & tenui petendus cibus, prouerb. 44.C
Ab odio ad gratiam facilis deflexus. 139.C
Ab Omi portus. 42.D
Absalon Danorũ pontifex max. 1.A. 91.D. 94.A Roskyldensis episcopus creatus. 140.A Lundensis episcopus creatus. 175.D. 176.A Eiusdemq; in re nuendo honore perseuerantia. Ibid. B. 177.D
Absalon Vualdemari coæuus & collacteus. 135.B Moriturũ ex uulnere Kanutum sinu fouet. 137.B
Absalonis in Vualdemaro rege obseruando fides. 150.D. & ob eiusdem mortem luctus. 183.C.D
Absalonis clementia in hostes. 184.D. in hostem fiducia. 161.C. eloquentia. 140.A. 181.A. fortitudo, reiq; bellicæ ac piraticæ peritia. Ibid. & 154.C. 187.C. moderatio & cõstantia. 166.A. nandi peritia. 170.B
Absalonis matris & sororis uirile facinus. 138.A
Absalonis ligna per ociũ cædendi mos 145.C
Absalonis silentio se insidijs extricantis astus. 137.B
Accusatoribus difficiles præbere aures debere reges. 118.D
Achonis pestifera Suenoni temeritas. 138.D
Aciei instructio. 69.D
Adaldagus Bremensis pontifex maximus. 95.B
Adelstenus. 90.D. Angliæ rex. 96.A
Adulfus Holtsatiorum princeps. 149.C 151.A. cæsus. 153.B
Adulterij pœna. 43.C
Aegritudo animi ab opinione. 41.C
Aegritudini amica solitudo. 22.C
Aegritudinem animi optime negocio discuti. 85.D
Africani munificentia. 49.A
Agapitus Romanorũ pontifex. 89.C
Aggo. 80.B
Aggonus. 35.A
Agnerus, eiusdemq; nuptiæ, et cũ Biarcone monomachia. 16.B. occiditur. Ibid. 19.B
Agnerus Regneri filius. 85.C. Angliæ rex. 89.A. eiusdem interitus. Ibid.
Agon Lundensium præfectus. 179.A
Agriculturæ laus. 56.C
Ako. 163.C. Tubbonis filius. 184.A.C
Ala omnis trecentorũ numero. 44.B
Alaburgum. 128.C
Albia fluuius. 2.A. 34.C. 53.C
Albus fons. 179.C
Alexander Galliæ præfectus. 147.C. antistes. 150.D
Alexthathia oppidum. 102.B
Alf rex. 46.A. eiusq; forma. 64.A. uirtus. Ibid.B
Alf dux. 72.B. Aggi filius. Ibid.
Algerus. 64.A
Alli. 112.D
Aliuldæ nuptiæ. 42.B.C. cum Frothone. Ibid.D
Aliuldæ uerecundia. 64.A & nuptiarũ eius ambiendarum periculum. Ibid.B ex puella in piratã. Ibid. tandem in Alf iuuenis complexũ data. Ibid.C
Alkillus pugil. 79.B
Alricus Sueonum rex. 45.D. occisus. 46.A
Altercandi certamen. 40.A.B
Aluerus rex. 67.D. 68.B. moritur. 69.D
Aluon. 47.A
Aluina Olauo adamata, à Kanuto compressa. 96.D. 98.C
Amantium studijs nihil perseuerantia efficacius. 23.C
Ambar. 72.B
Amicitia non nisi inter æquales firma. 21.D
Amica in aduersis collocutio, ægritudinem minuit. 21.D
Amicorũ aperta & fida admonitio grato animo accipienda. 141.C.D
Amicorũ par, Asuicus & Asmundus. 46.B

Amlethus. 25.D. eiuſdem ſimulata inſania. 26.A.B. eam ſecretò apud matrẽ aperit. 27.A. & in concione. 291.A
Amlethus rex conſtitutus. 29.B. eius geſta. Ibid. & C. 30.A.B
Amlethi ex inſidijs ſeſe eripientis mirũ facinus. 27.B
Amlethi poſt ſublatũ Fennonẽ incenſamq; regiam concio. 28.C
Amletho inſidiæ à ſocero ſtructæ. 30.C. ad quem opprimendum occiſorum militum aciem inſtruit. Ibid.D
Amlethi mors. 31.A
Amoris multiplices aditus. 20.D. uis. 97.B
Amoribus alienis non injciendas eſſe manus. 5.C
Amundus Noruagiæ rex. 50.B.C. ob filiam Fridleuo negatã cæſus. 51.B
Amundus Simonis filius. 152.A
Amundus pirata oppreſſus. 62.A
Anachus pontifex. 102.C
Anafial rupes. 53.A
Ancillaris ingenij indicia. 27.D
Andreæ Lunden. archiepi laus. 1.B.C
Anduanus rex. 7.B.12.A
Angantir. 47.C
Angaterus Helgę ſponſus. 55.C. à Starcathero cæſus. 56.B
Angli Danis ſuperiores. 101.D
Angul rex, unde Anglica gens. 3.C
Anguium educandarum pernicioſum ſtudium. 85.A.B
Animus militũ, non numerus ſpectandus. 138.D
Animorum immortalitas. 82.C
Annonæ caritas. 79.D.80.B
Annonæ penuria ex anni ſiccitate cœliq; intemperie. 111.B.C
Anſgarius. 89.B
Apophthegma. 4.A
Apribigneuus. 98.C
Archonenſis inſula. 159.B
Archonenſibus tradita religionis noſtræ ſacra. 124.B
Archos urbs. 124.A
Arcon oppidum. 141.A.143.D. prouincia incendio uaſtata. 153.D
Arkon urbs obſeſſa. 158.A. eiuſdemq; ſitus. Ibid. delubrum & ſimulacrum Ioui ſimile. Ibid.B
Arkonenſium pacis cõditiones. 160.B
Armbiorn. 49.B
Arna Lundenſe hoſpitium. 125.B
Arna uallis. 132.C
Arnfaſtus. 108.A
Arnfaſti ob uiolatum Vuilhelmi ſepulchrum interitus. 108.B
Arngrimus pugil. 47.A. eiuſdem proles. Ibid.C
Arnoldus Tylenſis. 156.B
Arthorius rex. 45.C
Aruaroddus pirata, eiusq; robur. 47.C
Aruſium. 95.B. Aruſia. 121.C
Aruſienſis ciuitas piratarũ incurſibus afflicta. 140.B
Arij dux. 72.B
Aſa puella. 55.B
Aſcerus Lunden. epiſcopus. 111.D.112. D.120.B. moritur. 124.C
Aſcerus Roskildenſis antiſtes. 127.A. eiuſdem obitus. 139.D
Aslacis remigis uirtus. 103.B
Aſmoda prouincia. 154.C
Aſmundus. 7.D iaculo transfixus. 8.A
Aſmundus. 46.A. eiusq; in amicitia fides. Ibid.B
Aſmundus Haldani filius à quo Noruagiæ regum origo. 63.A
Aſmundus Vuicarorum rex per Haraldum regno reſtitutus. 69.D
Aſtradus nauclerus. 145.A
Aſtutiæ uiribus prævalentis exemplũ. 34.B
Aſum oppidum. 98.B
Aſuitus. 46.A
Atislus. 5.B. Vrſam Roluonis matrẽ uxorem ducit. Ibid.C
Atisli tenacitas. 15.C. obitus. 16.C.22.B
Atislus Suetię rex. 31.B. eiuſdemq; magnanimitas. Ibid. cũ Folcone duellum. Ibid.D. cædes. 32.D.33.B
Atsle. 72.B Attalus pugil. 3.D
Atylo Scanicus. 74.D
Auaco pontifex. 98.D
Auaritiæ mulcta, opũ ſubtractio. 15.C
Auaritiæ nutrimentũ maximũ, diuitiæ.
Audacia probum iuuat. 44.B (116.B

Audacium ſtipendia olim quanta fue-
Auilda. 4.A (rint.43.D
Aulicorum obſcœna petulantia. 36.A
Aulis quàm tugurijs minus ineſſe ſe-
curitatis. 3.D
Auonis ſagittarij cũ Biornone pugna.
51.B.C
Aurum Britannorũ inſequentiũ metu
à Danis militib. per arua ſparſum. 13.D
14.A. mox uero recuperatũ. C.18.D
Aurum in cibis contra uenena. 14.D
Aurum in triuijs poſitum. 47.A.48.C
Aurum liquatũ & clàm cauatis baculis
infuſum. 27.D
Autonis interitus. 112.C
Axelſtada uilla. 67.A

B

BAlderus ſemideus. 21.A.D
Balderi corpus ferro inuulnerabi-
le. 21.A
Balderi & Notheri pugna. 21.D.22.C.D
Balderi fuga. 22.A. rurſuſq; uictoria. B.
mors. 23.A
Balderi in Nannã inter lauandum con
ſpectam amor. 20.D.22.B
Balderi obſoniũ augendis uiribus pa-
ratũ. 22.D. ab Hothero intercipit. 23.A
Barca prouincia. 142.D
Barchonis uirtus. 128.B
Bari, ſiue Barri. 72.B.C
Beda theologus Anglus. 3.C
Begathus. 72.B Belgi. 72.B
Bellatorum genera quatuor. 31.D
Bellicus apparatus ingens. 43.B
Bella armis, nõ mendacijs meditanda.
156.D (52.C
Bemonus pirata, eiuſdemq; ſobrietas.
Benedictus Kanuti regis frater occidi-
tur. 110.B
Benedicti militis in Vualdemarum in-
ſidiæ. 172.D.173.A
Berhgar uates. 72.D
Berginum oppidum. 151.D
Bernardus chriſtianiſmi apud Norua-
gos doctor. 95.B. eius corpus Lun-
dini. C
Bernardus Octauiani legatus. 149.B
Bernardus Razaburgenſis. 169.B
Bero pirata. 75.A. cæſus. Ibid. B
Beronis interitus. 112.C
Beſſus. 4.B. eiuſdemq; cum Gro regi
na colloquium. Ibid. C
Beyo. 123.B Biarbi. 47.C
Biarco ab Hialtone ad arma excitatus.
17.B. moram uirtute penſat. 19.D
Biarconis cum Agnero monomachia.
16.B. cuius etiã occiſi uxorẽ ducit. C
Biargrammi. 61.D
Biarmi. 47.B. Biarmi incantatores, eo
rumq; defectio. 86.D
Bibacis aſtus. 79.D
Bicco captiuitate elapſus. 78.D. mira
fraude larmericum ulciſcitur. 79.A.B
Bildi & Broddi fuga. 34.C
Biluuiſus. 66.A
Biorno rex. 46.A.49.B eiuſdẽ equus.
Ibid. & canis. C fortitudo. 50.A
Biornonis cum Auone pugna. 51.B.C
Biorn rex. 80.C
Biornus à ferrei lateris firmitate cogno
minatus. 86.B. eius apud Sueones
autoritas. 87.B. Noruagiæ præfici-
tur. 88.A
Biornus Regneri filius. 85.C eiuſdem
accepto paternę mortis nũcio ſtupor
88.C
Birgerus Suetiæ dux. 110.C.171.C. &
Gothiæ præfectus. 173.B
Biruuillus rex. 71.D
Biſuntium oppidum. 150.D
Blacconis in Kanutũ pfidia. 109.D.110.A
ſacrilegiũ & parricidiũ. B. eiuſdem
cædes. Ibid.
Blacmanni à Danis deuicti. 64.B
Blekingia. 2.B.69.C.80.B
Blend. 72.B
Blod deus. 9.A
Bo Brami filius. 72.B
Bocheror. 79.C
Bogiſzlauus Sclauię dux appellat. 182
C. bellum in Dania ſuſcipit. 185.B
Bogiſzlaui diſciplina militaris corrupta
185.D. in Abſalonem inſidiæ. 187.C
Boka inſula. 168.B
Bokiſclauus Polonorũ preſes. 117.C
Boluuiſus, eiusq; ſerendarũ inimicitia-
rum ſtudium. 65.A.B
Borcarus. 64.C

Borlunda uicus. 140.A
Borrhy. 72.B
Boruuegius dux. 186.B
Botilda. 111.B. eiusdem mirum patientiæ exemplum. 112.B.113.C
Bous Othini ex Rinda filius. 24.B. moritur ex uulnere. Ibid.C
Brache. 5.D. Bracus. 41.D
Brammesij. 168.C.D
Brander. 47.C Brandmica. 72.B
Bratiutus. 72.B
Brema. 149.D.150.A
Britannia Anglia dicta. 3.C
Britanni equitis ad regem oratio. 14.B
Britanni à mortuis fugati, quos uiuos oppresserant. 30.D
Britannorũ circa prædã auiditas. 14.B
Britannorũ metu aurum Dani milites per arua sparsum fuga deserunt. 14.A mox iterum potiuntur. Ibid.C
Britannorum regis aula. 47.D
Brodder. 47.C
Broderus incesti crimine accusatus. 78.D. suspendio liberatur. 79.B. patri in regno succedit. Ibid.
Broderi & Buchi in Geruthi regiã ingressus. 81.D. cõtra lamias pugna. 82.B
Bruno. 71.D.73.B.D.129.A. eiusdem captiuitas. Ibid.B
Buchi incontinẽtiæ suę pœnas dat. 82.B
Bugisclauus. 143.A
Bugonis cædes. 34.D
Bugislacus Pomeraniæ satrapa. 148.D. 155.D.156.A.160.A. Henrico Saxonũ principi se dedit. 166.C
Burisius. 139.B.149.C.154.B.D
Burisius regnum affectat. 154.D. regi Vualdemaro insidiatur. 155.A.B. custodiæ traditur. Ibid.C.D
Buthlus. 77.B. Danorum rex. 78.B
Byarmenses, eorumq; ars magica. 9.C
Byarmiæ regionis descriptio. 81.A
Byrce oppidum. 95.C
Bythinga fluuius. 125.D
Byzantium præcipua quondam deorũ sedes. 24.A

C

CAdauera spoliãdi impietas interdicta. 44.C
Calamitas omnis conscios uitat. 21.C
Calamitatibus alienis cõpati, piũ. 25.D
Calamitosis morte nihil iucũdius. 40.D
Calmarna oppidum. 73.B
Caminũ oppid. 164.D.171.A. eiusdem irrita obsidio. 177.C
Canis & accipiter domini sui ad supplicium adacti innocentiã testantur. 79.A
Canis miræ ferocitatis. 49.C.51.B
Canis pro rege datus. 67.C
Cantoris in acie hostis perfidia milites incitantis obequitatio. 138.D
Caprinus lacus. 103.D
Captiuitas summæ turpitudinis apud Danos. 109.A.112.C
Carolus. Vide in litera K. & 107.C
Cautibus olim inscripta maiorum gesta. 1.D
Ceruisiæ usus interdictus. 79.D
Charitas eximia, quæ uita etiam defunctos comitatur. 15.B
Christi natiuitas toto orbe pacato. 48.C
Christiernus lutus. 121.B. capitur. D
Christiernus Maguntinen. epũs. 148 D
Christiernus insidias in Vualdemarũ confessus exilio tantũ mulctatur. 174.D. 175.A
Christophorus Vualdemari filius. 153.C.155.A
Cirinus sagittarius. 165.B
Citharœdus insignis, affectus hominũ pro uoto inflectens. 113.A.B
Clarauallis cœnobium. 171.A.175.B
Classis ingens apparatus. 44.B
Colla rupes. 93.A
Collerus Noruagiæ rex. 25.B. duello cũ Horuuẽdillo cõgressus occidit. D
Collo pirata. 10.B
Colo laqueo quem alij parauerat consumptus. 35.A.39.A
Colubrorũ tabe paratum roboris epulum. 23.A.37.A.B
Confessio, absente sacerdote, concioni circunstanti facta. 151.C
Coniugalis fidei exemplum. 66.B.C
Cõiugales leges à Frothone latæ. 43.C
Connubiũ expetenti quæ æstimanda. 30.B
Connubia è longinquis petita non expedire

pedire regibus. 35.C
Connubia quondam uenalia. 77.D
Connubia uenalia firmiora. 44.D
Connubijs illustrium fœminarum qui olim idonei existimati. 35.D
Conogardia. 45.C
Conradus Cæsar. 130.C
Conradus Saxonũ satrapa. 131.B
Conscientiæ stimuli. 173.B.D
Consilium bonum omni munere præstantius. 44.A
Consilij mali cõsultoribus suis pessimi, exemplum. 82.C
Consilio, tametsi exilis id autor ediderit, obsequendum. 82.D
Constantini interitus. 137.B
Continentia præcipuũ fortitudinis uinculum. 52.C
Conuiuia propter annonæ caritatẽ interdicta. 79.D
Coruorum aciem obuolitantium augurium. 138.D
Cozcoua urbs cremata. 153.B
Cozcoæ urbis incendium. 177.A.B
Cozta insula. 168.A.185.D
Craca. 36.D. maga. 37.A.B.42.B. post Regnerum Braco nupta. 41.C
Crisztoa insula. 164.D
Curetia. 45.C
Curetum defectio. 24.C
Curi piratæ. 162.D
Cusonis filia Helgoni, Hothero impetrante, uxor data. 21.C
Cypria tellus cadauerum humanorum quondam impatiens. 114.B

D

DAemon in furui animalis figura. 161.A
Dæmonis uerticibus imminentis spectrum, uictoriæ auspiciũ. 153.B
Dæmonũ præstigiosa miracula. 161.D
Dagus. 45.C
Dahar cognomento Grenski. 72.C
Dalemanus Lundoniæ præfectus opprimitur. 14.C
Dal Sclauiæ dux. 70.B.72.B
Dan primus, rex. 3.C. secundus, ab Vfsone patre degener. 34.A. tertius. 34.C
Dania cultorib. destituta syluestris effecta. 80.B.C
Dania serò & religione & literis initiata. 1.A
Daniæ Christianã religionem primus Haraldus intulit. 88.B. mox Ericus. 89.B. & Frotho. Ibid.C
Daniæ pro religione Christiana restituta dæmonum superstitio. 88.B.93.D
Daniæ situs. 2.A
Danica fortitudo. 144.A.145.D. & uirtus natiua. 186.A
Danicę scribẽdę historię occasio. 1.A.B
Danicũ imperiũ à Suetico subactũ. 74.B
Danici equitis mira uirtus. 144.B
Danicarum fœminarũ illustrium quondam studium. 64.C
Danicorum regum dissidium. 72.A.C
Dani Britannos sparso auro defertaq; pręda fugiũt. 14.A. mox insequunt. C
Dani miraculo Popponis commoti ad Christianã religionem adijciunt animum. 95.A.B
Dani siccandis certatim calicibus assueti. 48.A
Danorũ circa res suas tradendas studiũ 1.D. eorundemq; uirtus ob scriptorum penuriam obscurior. 34.A
Danorum de Ruthenis uictoria. 44.C
Danorũ & Sueonũ pugna atrox. 73.C. & utrinq; accepta clades. 74.A. item cum Sclauis nauale prælium. 186.B. fuga & clades. Ibid.D
Danorum exercitus cœli intemperie ac pestilentia corruptus. 87.A
Danorum gloria. 48.B. origo. 3.C. in ferẽdis aduersis inuictus animus. 92.B
Danorũ ingens fames. 8.C. & ob inediam migratio. 80.B
Danorum ieiunia quæ, & quando instituta. 115.D
Danorũ luxus. 14.B. à Theutonibus. 57.C
Danorũ quondam diį, atq; hinc feriarũ series appellata. 52.B
Danorum structura, agger. 135.A
Danis creber piraticæ usus. 93.D
Darsinus portus. 186.A
Daxon cum Dian fratre uictus. 86.D
Daxonis de Vuithserco uictoria. 87.C.

captiuitas.D. in patriã reſtitutio.88.A
Dearum ſylueſtrium antrũ. 20.D.22.C
Decor ualidiſſimũ libidinis irritamentum.20.D
Defenſionis partes priores, quàm accuſationis inſtrumẽta,cõſtitutæ. 107.B
Demina urbs. 153.B
Deſidia ſummũ in proco uitium. 35.D
Dian Helleſponticus rex. 86.D
Diflina urbs.88.B ſiue Duflina. 90.C
Diſ ab hominibus fugati. 22.A
Diluculo humanis corporibus plus ineſſe ſtuporis & grauedinis. 37.C
Dimarus. 45.C
Diminũ oppidum.157.A. eiuſdem obſidio & incendium. 177.A
Diſcendo doctrina proficit. 39.D
Diuinus timor humano præferendus. 149.C
Diuitiæ maximum auaritiæ nutrimentum.116.B
Dobici interitus. 137.B
Dobinum oppidum. 126.D
Dofrinæ alpes. 75.A
Dolor ex contumelia acerrimus. 105.C
Domborus Rugienſiũ legatus. 144.C 146.D. mira eius oratio pacem petentis. 147.A.B
Dornonis Curetum regis oratio. 11.B
Draco theſauri cuſtos occiditur. 51.C
Draconis effigie nauigium. 145.A
Dreccenſe littus. 186.A
Drota ſpecu incluſa. 67.C. Gunnaro iuncta. D. mox uero Borcaro. Ibid.
Duc Sclauiæ dux. 70.B.72.B
Duci nihil gloria magis placeat. 40.D
Duci maxima ſæpe uirtus ex milite pendet.17.D
Ducũ priſcorũ fortitudo, ſuo,non uniuerſorum diſcrimine ſpectata. 10.B
Dudo hiſtoricus. 3.C
Duelli leges. 32.D
Duellorũ apud Danos cõſuetudo abrogata. 95.B
Dufflina urbs. 53.A
Duflynũ Hybernię oppidũ captũ.34.D
Duna urbs. 7.B
Dunuarthus Regneri filius.85.C. cæſus.88.A
Duos cum uno decernere ut iniquum, ita probroſum etiam ueteribus exiſtimatum.32.C.33.B
Dyſia pons. 181.B.184.A
Dytmerchorum latrocinia. 116.A
Dyurſa ſiue Dyurſo fluuius.103.A.138.A 155.C

E

EBbo. 80.B
Ebbo pirata cæſus. 63.A
Ebbonis in cauendo periculum ſolertia.77.B.C
Ebbo Skialmonis filius.127.B. eius obitus. Ibid.D
Edebrandus. 90.B
Eduardus Anglorum rex. 94.D.96.C eius interitus. 97.A
Eduardus Suenonis ex Imma filius.101. B. occiſus.Ibid.D
Edulium lautius,pro monſtro. 57.C
Egentiũ regem Olo ſe eſſe ſimulat. 71.C
Eginus pontifex. 102.D.104.B.108.B
Egtherus rex. 47.B
Egtherus Fynnenſis ab Haldano oppreſſus. 62.D
Eidorus,ſiue Eydorus fluuius. 2.B.33.C
Eydora. 91.D
Ekeho oppidum. 149.D
Eliuus Sleſuicenſis, eiuſdemq; perfidia 115.B.D.116.A
Elli. 72.B.73.C
Enari ſagittarij mõſtroſum robur. 96.A
Ennignupus. 89.C
Enſis porrigendi mos. 20.B
Epiſcopi ſeueritas in regem. 105.A
Eonis cædes. 91.D
Equus miræ pernicitatis. 49.B
Equi inſtante pugna paſtu arcẽdi. 138.D
Equorum æneorum machinę in hoſtes actæ.86.D
Erandus rex. 71.D
Ericus ob prudens cõſilium, diſerti nomen ſortitus.36.D.42.A. idẽ ferinarum uocum interpres.37.B. eiuſdem in opprimendo Oddone,et occultandis armentorum cadaueribus ſtratagema.Ibid.C.D
Erici cũ Greppo colloquiũ.38.B. & pugna.39.C. item cũ Frothone.39.B.D.

& cum Gotuara altercandi certamẽ. 40.B. item certamẽ aliud cũ Vueſtmaro. Ibid. & cum Olimaro colloquium. 44.A
Erici eloquentia & uirtus. 40.B.44.B. eiuſdem ad Frothonem mortis cupidum oratio. 41.A.B
Ericus ex inſidijs liberatus. 42.D.C. ex uulnere penè mortuus. 46.A. moxq; rex conſtitutus. Ibid.
Ericus primus eius nominis Sueticorũ rex. 46.A. eius mors. 49.A
Ericus Regneri filius. 86.B. Suetiæ præfectus. 88.A.89.A
Ericus rex Danorum ex impio chriſtianus effectus. 89.B. eiuſdem cum Guthormo cædes. Ibid.
Ericus Haquini filius, eiuſdẽq; patientiæ & fortitudinis exemplum. 124.D. alius Iuriſij filius. 164.B. item alius Olaui filius. 91.C
Ericus ſecundus eius nominis, Olaui frater, rex. 112.A. Bonus cognominatus. Ibid. eius uirtutes. Ibid. libido. B
Ericus tertius, eiusq; interitus. 124.D. & geſtorum enumeratio. Ibid. 125.A huius filius rex declaratus. 125.A. moriturus cuculla induitur. 126.B
Ericus Suetię rex. 61.C.D.94.C. ab Haldano captus. 62.A
Ericus ſatellitũ inſomnio ſeruatus. 124.B.C. Sialandia pulſus. Ibid.
Erlingar Colubræ cognomento. 72.D
Erlingus. 152.B.155.D
Erlingus Noricus. 187.C
Eſa puella, eiusq; in cõtemplandis hoſpitibus ſtudium. 71.B
Esbernus Abſalonis frater. 149.C.D
Esberni uirtus. 144.B.163.A.164.B
Esbiorn. 49.B
Eſgeri interitus. 162.D
Eskyllus pugil. 79.B
Eskillus Roskildenſis pontifex. 124.C ab Olauo uictus prælio. 125.B.C. ab rege Erico ſuſpẽdio mulctatus. Ibid. C.126.C
Eskillus pontifex maximus. 140.D eiuſdem captiuitas. 126.C.D. item praua de Vualdemaro ſuſpicio. 147.D
Eskilli equitis mira currẽdi agilitas. 154.C.D. eiuſdem ſenis uirtus. 169.A
Eskilli in Claraullis cœnobiũ migratio. 171.A.175.B.176.C
Eskilli ex mœrore debilitata uox. 173.B. epiſcopatus abdicatio. 175.A.B
Eſros. 148.B
Eſtones piratæ. 162.D
Eſtritha. 97.A.D.98.C
Ethaſcog nemus. 70.C
Ethla Kanuto in uxorem iuncta. 107.C
Ethlerus. 127.C
Eugenius pontifex maximus. 131.C
Execratio ſuprema põtificũ ultio. 126.D
Exules patriæ hoſtes qua pœna multandi. 43.D
Eyr dux. 15.A

F

FAbrorum diſtantia. 55.B
Facete dictum. 16.C
Falu oppidum. 72.D
Falſtria. 94.A.112.C.133.D
Falſtrenſes bello petiti à Vualdemaro. 140.B
Famis ingentis exemplum. 45.A
Famis neceſſitate imbellis ætas tollenda edicitur. 80.B
Fanningi cædes. 34.D
Faſtus infortunio domatur. 178.D
Fœminarũ Danicarum illuſtriũ quondam ſtudium. 64.C
Fengo lutiæ præfectus. 25.B. eiuſdem parricidium & inceſtus. Ibid. D.26.A
Fengonis dignus factis ſuis interitus.
Feonia. 61.B (28.B
Feriarum nomina à deorum ac planetarum uocabulis. 52.B
Feſtinationis comes obliuio. 122.C
Fiallerus Scaniæ præfectus. 30.D
Fides nulla fidei uacuo præſtanda. 38.B
Fiducia ſecuriore nihil in re militari pernicioſius. 12.A
Filiorũ à parentibus degeneratio. 34.A
Filiorũ affectus plerunq; paternis ingenijs reſpondere. 120.D
Finnia. 46.A
Finni magicæ artis periti. 47.B
Finnorum agilitas. 87.A. fuga. B. in peragrandis niualib. ſaltibus ars. 93.A

Finnenſium perfida in Karolum & Kanutum hoſpitalitas. 132.B
Fionia inſula.2.B. Fioniæ accepta ab Sclauis clades. 135.D
Fionicus. 72.B
Floccus Ruthenorũ princeps. 52.D
Fœderis iciendi ritus apud priſcos.7.A. B. &Barbaros,calculo ſcilicet in undas coniecto.144.C
Folco.31.C. eiuſdemq; uirtus. Ibid. D
Folradi cædes. 129.B
Fons in Islandia exhalatione in lapideã duritiẽ quæcunq; attigit cõmutans. 2.D. item aquæ uenenatæ alius. 3.A
Formæ & uirtutis collatio. 65.A
Fortitudo ex deſperatione. 163.B
Fortitudo hoc probabilior, quo minus cum ſtoliditate conſentit. 145.D
Fortitudinis præcipuum genus patientia.15.D
Fortitudinis præcipuũ uinculum continentia. 52.C
Fortitudini tributa olim nobilitas. 43.D
Fortunæ beneficium non indignanter excipiendum. 14.B
Fortunæ uarietas. 23.D
Fortunæ non nimis fidendum. 88.C
Fota ſinus. 122.D
Fraccus pirata. 52.C
Frederici Cæſaris fallax fides. 185.A.B
Frederici Sleſuicenſium antiſtitis interitus.178.A
Freſia Danis ſubacta. 13.C
Freſia minor. 2.B
Freſiæ prouinciæ ſitus.84.A. eidemq; impoſita ab Danis penſio. Ibid.
Freſonum latrocinia. 116.A
Fridleuus cognomẽto Celer,rex. 34.C
Fridleuus ſecundus.49.B.C. eiuſdem ſtratagema.D. rex cõſtituitur.50.A.B. eiuſdem ob filiam negatam cum Amundo pugna. 51.B. in occidendo dracone uirtus. 51.C
Fridleuus Regneri filius.85.A. Noruagiæ & Orcadibus præficitur. 86.A
Fridericus Romanorũ imperator.130.C
Frig dea,ſiue Frigga.80.B.20.A. Othini uxor,eiuſdemq; auaritia et libido.7.C
Frigoris ingentis deſcriptio. 131.D.132.A
Friſia minor, Danicarũ quoq; partium. 129.D. eiuſq; deſcriptio. Ibid.
Friſonum fuga ac cædes. 130.A
Fro deus.9.A.73.A. deorũ ſatrapa.22.B
Fro Suetiæ rex. 84.D
Froconis mors,atq; hinc prodigiũ.50.B
Frocaſund ſinus. 50.C
Frogeri cædes. 34.B
Frogertha.50.C. Fridleuo nupta. 51.C
Froſta prouincia. 184.D
Frotho rex.11.A. occiſo dracone theſaurũ aufert. Ibid.B. eiuſdem in Freſiam expeditio et Britanniam. 13.C. aſtutia militaris. 11.D.14.A.C.16.A. pugnandi fortitudo & alacritas. 14.D. interitus.Ibid.
Frothonis ſtratagema. 11.C.18.D
Frotho ſecundus,rex, cognomẽto Vegetus, ſiue ſtarcke.34.B. eiuſdem in opprimendo Frogero aſtus.Ibid.
Frotho tertius, ſeptenarius adhuc regno præficitur.35.A. eius nuptiæ.36. A.42.D. aquis periturus ab Erico ſeruatur.40.C
Frothonis cum Erico colloquium.39.B. in Sclauiam expeditio.43.A. leges poſt uictos Sclauos latæ Ibid.C. expeditio in Noruagiam.Ibid.D
Frothonis leges.43.C.44.D.47.A. maieſtas ampliſſima. 45.B.D.48.C
Frothonis oratio mortẽ exoptantis.40. D. interitus.48.D. epitaphiũ. 49.A
Frothonis petra. 46.D
Frotho quartus Fridleui filius ex Frogertha.51.D. eius liberalitas.Ibid. mors.53.D.57.D
Frotho Olaui filius.60.D. eiuſdem parricidium.Ibid. atrocitas. 61.A.B. mors. Ibid.
Frotho ſextus,rex.89.C. Chriſtianis ſacris initiatus.Ibid.
Frouuinus Sleſuicenſiũ præfectus.31.B ab Athiſlo cæſus.Ibid.&32.D
Fulbertus ſacerdos. 96.B
Furori dandam deliberationem. 38.C
Furti lex. 43.C.47.A. Fyn. 34.C

G

GAlandus Romanorum legatus. 177.D

Gambaruc fœminæ prudens consiliū.
Gardhstang. 72.B (80.B
Gegathus. 52.D.53.A
Gelati maris locus in pugnam electus. 152.B
Gelderi Saxoniæ regis cū Hothero pugna.21.B. deditio.C mors.22.A
Gerardus Esronensis prælatus. 148.B
Gerbiorn. 49.B
Gerbrandus pontifex. 95.B.C.98.D
Gerithaslauus dux. 97.B
Geritus. 24.B
Germania ante Daniam Christianis sacris initiata. 83.B
Germanorū schisma sub Alexād.pont. & Cæsare Frederico pacatum. 177.D
Gero. 164.D
Geruuendillus. 25.B
Gerutha.25.D. eiusdem mansuetudo. Ibid. à filio Amletho corrupta. 27.A
Geruthi sedes Gormoni scrutatæ.80.C 88.A
Geruthi regia.81.D. præstigijs plena. 82.A.B
Gesta maiorū saxis olim insculpta. 1.D
Gestiblindus Gothorum rex. 45.D
Getunga pons. 181.C
Geuarus rex.15.B.20.D. diuinandi peritia clarus.21.B. eius mors. 24.B
Gigantes.5.D. olim in Dania. 3.B
Glaciei moles ac uis miranda in Islandia.2.D
Glaciem calcandi modus. 64.B
Gladij capulum tangendi ritus. 20.B
Gleba exigua ingētes sæpe currus arietat,prouerb. 22.D
Glomerus. 45.B
Gloria nihil magis duci placeat. 40.D
Glumerus suspendio ob depilatū ærarium multatus. 8.B
Glumstorp uicus. 125.C
Gnemerus Falstricus. 142.D
Gnepia. 72.B.73.C
Gnizli. 72.C
Godefridus rex. 83.D
Godeuuinus Angl. satrapa. 98.C.101.C
Golerdal uallis. 85.A
Gormo rex.80.C. naturæ scrutandæ studiosus.Ibid. eiusdem ad Oceani fines nauigatio.Ibid.D.81.A. interitus.83.B.C
Gormo secūdus,rex, Anglicus cognomine.89.C.D
Gormo tertius,rex,in Christianos iniquior.89.D. eiusdem somniū. 90.A. mors.D
Gorus promontorium. 154.D
Gotarus Sueonum rex.77.B. oppressus.78.C
Gotari cædes. 44.A
Goter. 72.B
Gotherus siue Goterus Noruagię rex. 36.C.39.D
Gothia. 2.B.3.A
Gothorū regnū Danico subiectū. 79.C
Goto Noruagiæ rex.83.C. eiusdemq; liberalitas.Ibid.
Gotricus rex.83.C. eiusdem fortitudo & munificentia.D. idem et Godefridus dictus. Ibid. eius interitus.84.B
Gotuuaræ petulans loquacitas. 35.A.D. cū Erico altercandi certamē. 40.A.B
Gram Skioldi filius eiusdemq; indoles 4.B. & cum Gro regina colloquiū. D
Gram regis iam,quæ gesta. 5.B. à Suuibdagero opprimitur.Ibid.C
Granduicus maris terminus. 3.A
Graza. 160.D
Gregorij summæ apud Ingonem autoritatis uiri interitus. 152.B
Grep triū Vuestmari filiorū uno partu æditorum nomen. 35.A
Greppi maioris libido.36.B. eloquentia.38.A. cum Erico colloquiū.Ibid. B.C.39.B
Grimildæ erga fratres perfidia. 119.C
Grimmo athleta.62.D. ab Olone oppressus. 70.C.D.71.A
Grip gigas. 4.D
Gro reginæ cum Besso & Gram colloquium. 4.B.C.D
Gro uirgo & pirata. 64.C
Grubbus. 51.B
Grytha. 3.D
Gudacra fluuius. 146.B
Guemmerus proditor. 168.A
Gulæ pertinacia ac libido. 79.D
Gunbiorn. 49.B

Guneellinus Suuerini præfectus. 153.A 169.B.C
Gunholmi cædes. 34.D
Gunnilda Henrico Imp. nupta. 98.C
Gunnildæ in maritum amor. 8.B
Gunno Thelemachiæ dux, & latro, ab Olone oppressus. 70.C.D.71.A
Gunno. 77.D.78.A. eiusdem cum Iarmerico forte facinus. B
Gunnonis mors. 24.B
Gunthionus. 46.A
Gunuuara Erico dono data. 40.A. atq; unà aufugiens. C. desponsata. 41.C
Gunuuaræ forma, ob quam & Speciosa dicta. 35.B. eiusdem in maritum fides. 41.D.42.B.C.D
Gunnarus. 67.B. eiusdem de Normanis uictoria. C. cædes. D
Gutha. 104.B. eiusdem repudiũ. Ibid. castitas. C
Guthmundus Geruthi frater. 81.A. eius in excipiendis hospitibus illiciẽdisq; studium. B.C
Guthormus. 5.C. rex constituitur. D
Guthormus Haraldi filius, eiusq; cum Erico rege cædes. 89.B
Guthormus Sueonum dux. 151.B
Guthruna uenefica. 79.B
Guthscalcus Sclauic9. 98.C.102.B.104.A
Guthscalcus. 156.C. eiusdemq; industria. 157.A. Absalonis apud Sclauos interpres. 160.D
Gutlandia. 7.B.80.B
Gyritha. 91.C
Gyuritha. 64.C. Alfi filia. 67.B.68.A. Haldano nupta. 69.B

H

HAco Danię tyrannus. 52.D
Haco pirata. 64.A.D.67.A. Fastuosus cognomine. 67.A. prostratus. 72.B.73.B.C
Haconis bustum. 67.B
Haconis & Syualdi cædes mutua. 67.B
Hadingus. 5.D. eius in Suetiã expeditio. 8.B. callíditas. Ibid. 34.D. calamitas. 9.A. uiuus ad inferos raptus. 9.B
Hadingus ab insidijs filij & generi sese explicat. 10.D. mox suspendio seipsum conficit. Ibid.
Hadingi somnium. 10.B
Hadingi duo. 47.C
Hagbarthus. 64.D.65.B
Hagbarthi in ambiendo Sygnes amore astutia & constantia. 65.C.D. ob hoc ipsum damnatio. 66.A
Hagbyr pagus. 66.D
Haldanus rex, et eiusdem in fratres impietas. 14.D
Haldanus Sueonum rex. 49.B.53.D
Haldanus secundus, eiusq; cum Haquino pugile certamen. 61.C. item cũ Syualdo. 62.B. & cum Egthero ac Grimmone. D. item cũ Ebbone. 63.A
Haldanus tertius, Bocari filius. 67.D. Gurithæ procus. 68.A. duodecim pugiles quercu obtruncat. B. ob mirã uirtutẽ forriss. appellatus. 68.C. Gurithæ tandem nuptijs potitur. 69.B. occiditur. C
Hallandia. 2.B
Halogia. 21.C.D
Hamæ athletæ cum Starcathero lucta. 53.B.C
Hamæ regis cædes. 86.A
Hamburgensium pontificium ad Bremenses translatum. 104.A
Hamunda. 36.A. eius cum Grep adulterium. Ibid. B. 39.B
Hamundus regulus. 64.D
Hamundi sinus, portus. 65.B
Handuuanus rex. 7.B.12.A
Haneuus regulus. 51.D. eius cædes. 53.C
Hano. 67.B. Fioniæ rex. 68.A. unde prouerb. In proprio plus late Hano ualet. Ibid.
Hanofra uicus. 53.C
Hanunda Rollero nupta. 41.C
Haphlius gigas. 5.D
Haquinus rex. 9.A
Haquinus Iutus. 119.A
Haquinus Osteni filius. 152.A.B. occiditur. C
Haquinus pugil & præstigiator. 61.C
Haquini pugilis mors. 14.D
Haquini educationem suscipit Adelstenus. 91.A mirus eiusdem interitus. C
Haquini in filios suos impietas, ad arã eos mactantis. 92.A

Haraldus. 23.A
Haraldus à fratre cæſus. 60.D
Haraldi & Haldani occulta educatio. 61.A.B
Haraldus qui & Hyldetan, ſecundus eius nominis rex. 64.C.69.C. eius fortitudo & continentia. D. pugnandi ſucceſſus. 70.A.B
Haraldi contra Ringonẽ expeditio. 72.A.C. ad ſuos oratio. 73.C. clades accepta. 74.A
Haraldus & luminibus & mente captus. 73.B.D. occiditur propria claua. 74.A
Haraldus tertius, rex. 80.C
Haraldus quartus, rex. 89.D
Haraldus Iutorum et Scanorũ rex. 85.C denuò in fugam actus. 86.A. Danico regno occupato fugatus. 88.B. Maguntiæ Chriſtianis ſacris initiat. Ibid.
Haraldus Gormonis filius. 90.B. quintus eius nominis rex. D. eius mors. 92.A.93.D
Haraldus Gunnildæ filius. 91.B. cædis eius mira uindicta. C
Haraldus Godouini filius Anglię rex. 101.D
Haraldus ſancti Olaui frater ad beſtias damnatus. 102.D. eiuſdem in conficiendo dracone uirtus. 103.A. Norũagiæ rex. D. eius mors. Ibid. 104.A
Haraldus Suenonis filius rex. 106.D. eiuſdem nimia in plebẽ licentia. 107.A ſuperſtitio, iuſtitiæq; exequendę neglectus. B
Haraldus prędæ & latrocinijs ſeſe tradit. 117.A. eiuſdem auaritia & libido. 120.D
Haraldus ſup. laminis candentibus incedit. 122.B
Haraldus rex declaratus, mox à fratre Erico obtruncatur. 123.D
Haraldi mira celeritas, equorum etiam curſus prævertentis. 123.D & è puppi ad proram per exerta remorum capita decurrentis. 124.A
Haraldi Hybernienſis interitus. 151.B
Haraldus quidam obtuſę mentis uir, in Suetiæ regem accerſitus. 184.B.C
Haralſtadium oppidum. 119.B
Haricus. 95.B. ſiue Henricus. 96.B
Harthbeni proceritas & libido. 62.C inſania. D. mors. Ibid.
Harthgrepa Hadingũ ad amorem ſui prouocat. 6.A.B
Harthgrepæ magica ars. 6.B.C. interitus. 7.A
Hartuicus Bremorum antiſtes. 126.A. 134.A.135.A
Hartuicus Hamburgenſis epũs. 128.D
Hatherus regulus. 62.D.67.B. apud Iutiam cæſus. 69.C
Hatheri laus. 75.D
Hatica prouincia. 72.C
Hedelradus Anglorum rex. 89.D. eius interitus. 90.D
Hegle mons perpetuò ardens. 2.D
Helga fluuius. 98.A
Helga Starcatheri uirtute fabro erepta 54.B.55.B. eiuſdemq; in eundem gratitudo. 56.D
Helgo. 14.D. Hundingi interemptor cognominatus. 15.A. & Hothbrodi. B.20.D
Helgonis libido ſæuitiæ æqua. 14.D. inceſtus cum filia. 15.A. obitus. B
Helgonis infantia. 21.C. eidemq; Cuſonis filia Hotheri facundia impetrata. Ibid.
Helgonis in Helgam amor. 55.B. & ob eandem cum Angatero pugna. C.D. item improbum in Starcatherum facinus. 56.D
Helgo Asloënſis pontifex. 163.D
Helias Ripenſis epiſcopus. 128.B
Hellas Hamæ regis filius. 86.A. ſiue Hamonis. 88.A. eius captiui interitus. D. 89.A
Helleſpontici Regnero ſubacti. 86.D
Helſingia. 8.D. ſiue Helſynga oppidum. 123.D. ſiue Helſingum. 180.D
Heluuis. 64.D.65.B
Henningus rex. 84.B. eius uirtus. 177.C
Henricus Imperator. 98.C
Henricus Guthskalci ex Siritha filius. 115.B. eius fuga. 116.C. cum Kanuto reconciliatio. D. obitus. 117.A

Henricus Razaburgenſis. 153.A.157.A
Henricus Saxoniæ princeps. 135.A.B. 150.B. eiuſdē ꝓuicax ingeniū. 171.B.C
Henricus Saxonum rex. 5.B. in nuptijs occiſus.C
Henrici pontificis bibacitas. 102.D. interitus. 123.A
Henrici Suenonis filij uxor profuga recipitur. 117.B
Herborthi equitis uirtus. 170.B
Herletus. 24.B
Hermanni ob uiolatum Vuilhelmi ſepulchrum pœna & interitus. 108.A
Hermutrhudæ Scotiæ reginę atrox pudicitia.29.D. in Amlethum amor. 30. A.B in eundem perfidia. 31.A
Herothus Sueonum rex. 85.A
Herri. 112.D
Heruuig portus. 66.D.67.A
Hesbernus.87.B. eius perfidia. Ibid. cædes.C
Hesbernus. 135.B.D. eiuſdem in Vualdemarum fides. 137.D. uirtus. 138.B
Heſca dux. 15.A
Heſtia. 45.C
Hetha uirilis animi fœmina. 72.B.C.73.B Sialandiæ præfecta. 74.B
Hetmarchia. 46.A
Heuinndus. 91.B eius interitus. Ibid.
Hialli & Scati fratrum petulantia. 71.A & ab ijſdem cæſis uici nomen.C
Hialmerus pirata. 47.C
Hialtonis uirtus,relicto ſcorto ad uindicandum regē feſtinantis. 17.A. & Biarconem excitantis. B
Hialtus. 72.B
Hiarnonis aſtus & interitus. 50.A.B
Hiarnus Danicæ linguæ poëta. 49.A
Hiarrandi. 47.C
Hiarthuuar. 47.C
Hiarthuari mors. 20.B.22.B
Hiarthuuarus Sculdam ducit. 16.C. Roluonem ex inſidijs opprimit. D
Hilda. 45.B. eiuſdē in maritū amor. D
Hildigerus. 67.D. eiuſdē uirtus et pietas.68.B. morituri ad fratrē oratio. C
Hildigisleus Sygnes puellæ procus. 64.D
Hiorthuar. 47.C
Hithinus rex.45.B.ab Hogino cęſus.D
Hithinſo inſula. 45.D
Hoginus regulus.45.B. eiuſdemq; cædes.Ibid.
Hogrinius Suetiæ tyrannus. 34.A
Holingardia. 45.C
Holtſatia. 147.C.149.C
Holtſatij bello petiti. 127.C
Holtſatiorum latrocinia. 116.A
Homerus Ripēſiū antiſtes. 177.D.183.A
Homothus Suetię tyrannus.34.A.74.D
Horta penſionis colligendæ quæſtor. 109.C
Hortar. 72.B
Horuuendillus à fratre Fengone cæſus.25.D.28.C
Horuuendillus Iutiæ præfectus. 25.B. eiuſdēq; cū Collero monomachia. D
Hoſpitum recipiendorum uſus qualis antiquitus. 35.C
Hoſtem ſubiugare quàm necare præſtantius. 160.C
Hothbrodus. 15.B. ab Helgone oppreſſus. 20.D
Hothbroddus Effreni cognomīe. 72.C
Hotherus. 15.B. Roluoni & Hiarthuuaro ſuccedit. 20.D. eiuſdem adhuc iuuenis uirtutes. Ibid.
Hotheri & Balderi de Nannæ connubio pugna.21.D. item de regni ſumma bellum. 22.C
Hotherus Baldero ſuperior. 22.A. mox ab eodem uincitur,& regno pellitur.Ibid.B
Hotherus Danorū & Suetiæ rex conſtitutus.22.B. in exilium ultro abit. C citharœdū ſe apud nymphas ſimulat. D. inſecabili ueſte ab ijſdem donatur. 21.A.22.C
Hotheri mira in cogendo ſatyro Mimingo & Nannæ ſibi cōiugio parando uirtus. 21.A.B
Hotherus Gelderi uictor. 21.B.C
Hotheri eloquentia Cuſonis filia Helgoni impetrata. 21.C
Hotherus pugna cum Boo congreſſus occiditur. 24.C
Hotheri uicus. 22.C
Hotilda. 132.D

Hugletus

Hugletus rex. 34.A.52.D. eiuſdem ſordes. Ibid. occiditur. 53.A
Huiruillus rex. 71.D. Huyruuillus Hollandiæ princeps. 34.C. eius cædes. D
Hulyuimmenſis portus. 156.B
Humanæ hoſtiæ mactari apud Vpſalã à Fro inſtitutæ. 22.B
Humblus rex. 3.C.D
Hun Hunnorũ rex, eiuſdemq; in Danos expeditio. 44.B.D.45.A. occidítur. Ibid.C
Hundingus cæſus. 67.B.69.C
Hundingus rex. 9.D. eius mors. 10.D
Frothoni duello uictus. 10.C
Hundingus Syrici Saxonię regis filius occiſus. 15.A
Hunorũ militũ fames. 45.A. ſtrages. C
Hurna. 169.A
Huuytingus gladius. 68.B
Hybernienſium fuga. 53.A
Hybernorũ belligerantiũ aſtutia. 48.B
Hyldeta cognoĩatus Haraldus. 69.C
Hythis inſula. 142.B.143.C.178.C.185.D
Hyuarus fluuius. 18.D

I

IAcobus Colonis filius legatus. 126.B
Ialto. 16.B. Vrſi ſanguinẽ bibit ad cõciliandũ ſibi robur. C. Vide in litera H
Ialunga uilla. 31.C
Iani ſimile ſimulacrũ in Arconis urbis delubro. 158.B
Iarimarus. 161.B
Iarizlauus. 104.A
Iarmericus. 77.D. eius indoles. 78.A. & apud Sclauorum regem declarata uirtus. Ibidem. B
Iarmericus Danorum rex conſtitutus. 78.B. Suetia potitur. C. eiuſdem in exigendis ſupplicijs atrocitas. D. interitus. 79.B
Iarmerici arx. 78.C. expugnata. 79.B
Iather prouincia. 67.B
Ictus cauendi inferendiq; ratio. 70.C
Ictus ictui opponendus, prouerb. 43.D
Ictu manus haud diu exhilaratur, prouerbium. 39.C
Illoga capta. 156.D. Imica regio. 72.C
Imma Roberti filia. 97.A.101.B
Impuberem aut inualidum occidere, turpe quondam. 45.D
Ingeldus. 69.D.70.A. moritur. B
Ingellus. 16.B.19.B
Ingellus rex. 53.D. luxuriæ mancipiũ, ibid. et 58.A.B.59.D. eius filij. 54.A.60.D
Ingelli regis hebetudo. 57.A. impietas. 58.B. excitata per Starcatherum uirtus. 59.D
Ingenio nihil non cedere. 10.C
Ingertha S. Kanuti filia. 110.C
Ingiburga. 115.B. Ingritha. ibid. 119.B
Ingimarus. 125.D. eius interitus. 126.A
Ingo Suetiæ rex, eiusq; ambitio. 69.D. ab Haraldo oppreſſus. 70.A
Ingo Nicolai filius ab equo excuſſus, protritusq;. 115.A
Ingo Haraldi filus. 151.B. quomodo gibboſus. D. eiuſdem interitus. 152.B
Inſidias affinitatis noĩe optime tegi. 10 C
Inſolentiæ exitus ludibrium. 169.B
Inſolentiam ſucceſſus exaſperat. 22.A. ac nutrit. 25.A
Inteſtina ſæpe odia externo hoſte conciliari. 36.C
Inuidiam nulla re magis quàm imparium uirtute excitari. 117.D
Inuidiam uirtute uincere difficile. 51.D
Ioannis Abbatis temeraria medicinæ profeſſio. 183.B
Ioannis Suerconis filij libido. 131.B
Iſaaci ſacerdotis ob uiolatum Vuilhelmi ſepulcrum interitus. 108.B
Islandia, glacialis inſula. 2.C
Iſmarus Sclauorum rex. 77.D
Iſora portus Sialandiæ. 22.B
Iſulfus. 35.A
Itinera ieiunijs officere. 31.C
Iuarus. 85.C. eiuſdem uirtus ſeptennis adhuc. Ibid.
Iuarus regno præfectus. 87.D. pulſus. 88.A. eiuſdem inconcuſſus mœrore ad nunciatum patris interitum animus. C.D
Iuari aſtus in petendo arui ſpacio. 88.D
Iuari Iutiæ præfecti pietas. 87.C
Iuarus Angliæ rex & Daniæ. 89.A
Iulij Cæſaris in geſtorum ſuorum ſcriptorem liberalitas. 49.A
Iulinenſium finium expugnatio. 187.D

Iulinum oppidũ. 91.C.93.D.112.D.164.B
Iulini oppidi incendium. 177.A
Iura quàm thura præſtare, Deo gratius 107.B
Iuriſius. 138.A
Iuritha Alfi filia. 67.B. eius caſtimonia. 68.A
Iuritha Fridl. pellex Auoni nupta. 51.C
Iuſtitiæ cultus inani ſuperſtitione Deo gratior. 107.B
Iutia. 2.B.15.A.48.C
Iutiæ prædia ex Othincari pontificis liberalitate. 96.B
Iutiæ regnum. 136.C
Iuti gens, uicta. 85.A
Iuuenũ uirtute uirgines ĩcaleſcũt. 20.D

K

KAlunda urbs. 156.C
S. Kanuti regis laus. 2.A
Kanutus Erici filius rex. 89.B.C
Kanutus Gormonis filius. 90.B. eiuſdem interitus. C
Kanutus Suenonis ex Syritha fil. 95.D ſecundus eius nomiuis rex. 96.C. ſex regnorum poſſeſſor. 98.B.C. eiuſdẽ in milites proteruos animaduerſio. 99.A. leges militares. B.C.D.100.A. eiuſdẽ humilitas, militibus trãſgreſſa lege puniendum ſeſe offerentis. 100. B.C. mors. 101.A
Kanutus Priſzlaui filius. 167.A
Kanutus tertius, rex. 101.B
S. Kanutus Suenonis ſecundi fil. 106.A. eiuſq; adhuc iuuenis geſta. Ibi. rex. 107.B. religionis ac iuris excolendi ſtudiũ. C. captiuitas. 109.A.B. fuga. D interitus. 110.C. miracula. D. ſanctitas. 111.A
Kanuti ducis fortitudo & prudentia. 116.C.117.C. uirtutis fulgor, atq; hinc inuidia. 118.A. interitus. 119.D. ſanctitas. 120.A
Kanutus Henr. filius. 127.C. eiuſdem exilium. 128.C. fuga. 129.B
Kanuto duci Sialandia ac Fionia in regni portionem delegata. 136.C. idem ex inſidijs Suenonis perfidi occiſus. 137.A.B
Kanutus Buryſij frater. 139.B
Kanutus Vualdemari ex Sophia filius. 151.B. regios honores ſortitus. 154.D ſeptem annos natus rex conſecratur. 163.D. in carcerem conijcitur. 178.D. regnum ſuſcipit. 184.A
Karentia urbs. 160.D. eiuſdem ſitus. 161.B
Karentinorum deditio. 161.B. & ſimulacra eorum ſucciſa. Ibid. D
Karlholſtus. 91.B. eius interitus. Ibid.
Karlshefni tolerantia ac robur. 92.B
Karolus Francorum rex, Germaniæ uictor, & eidem chriſtianę religionis autor. 83.D
Karolus Gothiæ præfectus. 60.D.61.A
Karolus Imperator in Saxonibus à Regnero uictus. 86.B
Karolus Suerconis ex Vluuilda filius. 122.B.135.A
Karolus Suetorum rex. 151.B.152.C
Karolus Vualdemari filius ex uulnere moritur. 178.D
Kazimarus. 143.A.153.D
Kazimarus Pomeranorũ dux. 160.A
Kazimarus Henrico Saxonum principi ſe dedit. 165.B.D.166.C
Kazimarus Sclauiæ dux dictus. 182.C
Keltherus Suetiæ dux. 87.B
Keruilli cædes. 48.B
Keto. 31.B.C. Sleſuicenſiũ præfectus. D eiuſdem cum Athislo duellum. 32.C
Konon ſagittarius. 165.B
Krage Danica lingua pro trunco. 16.C
Krempinus fluuius. 156.A
Kyalbienſis ſinus. 168.A

L

LAlandia. 122.C.133.D
Lambertus ſcriba. 174.B
Lamiarũ incurſus in Geruthi regia. 82B
Lamina cadẽte probata pudicitia. 162.B
Landora littus. 125.B.140.D
Laneus campus. 85.C
Lappia. 45.C
Lathgertha uirilis animi fœmina. 84.D. 85.C. Regnero nupta. 85.A. eiuſdem in Regnerum fides. Ibid. C. in maritum uero ob inſolentiã facinus. Ibidem.
Leſdagus. 95.B.96.B

Leges à

Leges à Frothone rege latæ.43.C.44.D.47.A
Leges militares & ciuiles à Kanuto latæ.100.A
Lenno ab Starcathero cæsus. 75.C
Lentitij. 155.B
Leo pontifex Romanus. 83.D
Leotarus.71.C. cæsus.D
Ler dux. 15.A
Lesso insula. 37.D
Lethra oppidum regalis olim sedes.16.D.20.A
Lethrica arx. 15.B
Letrica palus. 148.B
Libertati quenque quàm necessitudini plus debere. 16.D
Libido periculi contemptrix. 65.B
Libidinis dissolutæ & uagæ exemplũ. 35.B.36.B
Lignum compactile epistolæ & sigilli uim obtinens. 176.D
Liserus pirata. 7.A
Literæ ligno insculptæ, celebre quondam chartarum genus. 27.B
Literarum suauitati præferenda morũ ingenuitas. 104.C
Litharfulki prouincia. 42.A
Litium componendarũ lex. 85.D.86.A
Littogus. 160.D
Liuo Othonienstium pontifex. 150.D
Liuor post fata cesset. 25.C
Liuorem conspicuis maxime rebus insultare.1.B
Liutcha. 115.B.
Liuthusium. 128.C
Lodouicus Imperat. Haraldo fidei christianæ suscipiendæ autor. 88.B
Lodouicus Thuringiæ princeps. 151.A
Logthi gladius. 71.C
Lokerus Curetum tyrannus. 7.A
Longobardi à Danis. 80.B
Lotharius Cæsar. 121.A.B
Lothbrog. 85.B
Lotherus rex. 3.D
Loui gladius. 16.B
Lubeca. 173.B.
Lubecum. 182.A
Lucas Britannus scriba. 163.B
Lumina fluuius. 184.B
Lundesium contra principes suos motus.179.B
Lundenses sub Gerbrando pontifice christianismum amplexi. 95.C
Lundonia oppidum. 14.C
Luxus & crapulæ exemplum. 53.D
Lym Fiorthinum fretum. 85.A
Lymicus sinus. 2.B.91.D
Lyubinum captum. 167.A
Lyusingus gladius. 78.B

M

MAgi gigantum uictores. 5.D
Magicæ artis efficacia. 61.A
Magnus Henrici Cæsaris ex Gunnilda filius. 98.C
Magnus rex. 101.B. eiusdem cum Sue none pugna. D.102.B. Bonus cognominatus. Ibid.
Magnus Sueonũ rex constitutus.117.C Christianæ religionis studiosus. D. eius in Kanutum perfidia. 119.B.D. item in Ericum.122.C. interitus.123.A
Magnus captus oculisq; ac genitalibus priuatus.124.B. ex regeq; monachus factus. Ibidem. regno restituitur. 151.B. eiusdem obitus.D
Magni interitus. 135.B
Magnus captus & impunitate & honoribus donatur. 139.B
Magnus Noruagiensiũ rex. 115.A.152.C
Magnus Erici filius ab Absalone seruatus.165.A. Vualdemaro regi insidias struit.171.D. perfidiæ accusatur.173.C.& lęsæ maiestatis.174.A. insidias à se Vualdemaro structas confessus ueniam meretur.Ibid.B.D. capitur.176.D.carceri mandatur. 177.A
Magni Saxonis filij in prælio spectata fides.123.A
Magnus Scanienstis. 162.D
Mallei louiales. 117.D
Malorum post ærumnas meminisse iucundum. 137.A
Mansueta insula. 145.B.167.C
Manumissionũ rescindendarũ lex. 4.A
Marcus pontifex. 96.B
Margretha Ingonis Sueonum regis filia.115.A. eiusdem circa religionem studium.B. obitus. 118.A

Marquardus. 169.A
Maſconis Rugiani elegans dictũ.149.A
Maſnet inſula. 139.C
Mathematicorum quondam triplex genus.5.D
Matrimonij poſtulatio propria uoce olim fieri ſolita. 21.C
Matullus Fin Marchiæ dux. 87.A
Medicorum imperita fiducia. 183.C
Melbricus bello à Frothõe petitus. 13.C
Melbrici Hyberniæ regis cædes. 88.B
Mendaciũ priſcis Heroibus inuiſum. 32.B
Mendacio fides apud principes. 26.A
Mercatorum portus, uicus. 155.C
Mercurius Iouis filius. 52.B
Mersburgum oppidum. 130.C
Methis urbs. 150.A
Metu quàm ferro uiciſſe ſatius. 14.B
Meuillus. 45.B
Milda fluuius. 129.D
Miles ſpectatæ uirtutis titulo dignus quis.44.D
Militiæ primæ omen. 43.B
Militaris roboris neruos ocio hebetari, negocio intendi. 185.C
Militares leges à Kanuto rege latę.99.B
Militum ſtipendiariæ leges. 44.D
Militum animus nõ numerus ſpectandus.138.D
Militum multitudo fatiganda potius q̃ ſuſtinenda. 138.D
Millenarius. 44.B
Mimingus ſatyrus.21.A. Hotheri uirtute oppreſſus.Ibid.B
Miracula Chriſtianę fidei præcones apud Rugianos ædunt. 162.B
Miracula dæmonum. 161.D
Mirocus pugil. 170.D
Mithfrithi pagus. 72.D
Mithotyn præſtigiator. 7.C. cæſus.D
Moën inſula. 94.A
Monenſe promontorium. 167.C.
Mona. Ibid.D
Mora expers ſubſidij malum. 54.B
Morbo oppetere militibus probroſum quondam. 75.B
Moringia. 80.B
Mors optima quando. 77.B
Mors membrorum mutilatione eligibilior. 25.C
Morte nihil iucũdius calamitoſis. 40.D
Mortuorum militum inſtructa acies.30. D.34.D
Muliebris animi fides lubrica. 31.A. inconſtantia. 36.A
Muliebris loquacitatis exemplum.35.A
Muliebris patientiæ mirũ exẽplũ. 112.B
Mulieres munuſculis capi. 54.A
Muneris precium quomodo ſæpe exofferente pendeat. 23.C
Mures ultro mari ſubmerſi, prodigiũ. 179.A
Murial Scotorum rex occiſus. 88.A
Murices ferrei ſtrati, ſiue ſparſi. 48.B. 52.C

N

NAnnæ puellæ forma.20.D. eiuſdem ad procum Balderum oratio.21.D. eoq; deuicto, uxor Hothero tradita. 22.A
Naſus ſcorto præciſus. 17.A
Naturæ miniſtrum eſſe, qui morti uicina perimit. 77.A
Nauigationis luxus inſignis. 55.B
Nauigia perterebrata. 37.C.40.C
Neceſſitas humanæ infirmitatis duratrix.137.C
Neceſſitas ingens telum. 45.A
Neceſſitas parricidio non redimenda. 80.B
Neceſſitas ſuperbiæ imperat. 178.D
Neceſſitatis extremæ præſidium in deorum ope. 82.B
Neceſſitatis quanta ſæpe fiducia. 128.B
Nef rex. 71.D
Nica fluuius. 132.C
Nicolaus Bos. 157.C
Nicolaus Cardinalis Romanus. 131.B
Nicolaus eques Sialandenſis. 154.B
Nicolaus Razi filius Sleſuicenſium ſatrapa.148.D
Nicolaus Vuendilenſis. 162.D
Nicolaus rex.115.A. eiuſdem in filium Magnum perfida charitas. 120.C. interitus. 123.B
Nicolai in fratrẽ Olauum charitas. 113.B
Nicolai militis fortis interitus. 132.A

Nicolai Sticonis filij cædes. 163.C
Nidũ propriũ polluere, prouerb. 37.C
Nobilitas fortitudini olim tributa. 43.D
Nobilitas ociosa, superbiæq; & luxui dedita taxatur. 60.B.C
Noctes claræ in solstitio æstiuali. 157.D
Normani à Danis uicti. 36.D
Normanorum clades ingens. 46.D
à cane Biornonis. 51.B
Normanis datus pro rege canis. 67.C
Normoria prouincia. 45.C
Noruagia. 2.B.C.3.A. Fridleuo subacta.86.A. maximi pontificatus titulis insignita. 131.B
Noruagiæ regnũ septeno prouinciarũ numero. 44.A
Noruagiæ Regum genealogia & origo.63.A
Noruagiæ gentis ingratitudo. 95.D
Noruagicum bellum. 5.B
Noruagiensium bibacitas. 122.C
Noruagiensium clades. 103.D
Noruagiensium regnũ bellis & tyrannide corruptum. 151.B
Noruicus portus. 88.A
Nubẽdi arbitraria fœminis potestas cõcessa.43.C
Nucletus.145.B. eiusdem obitus.Ibid.
Nuptiæ imparium infelices. 21.D
Nupturis olim libera in matrimoniorũ delectu optio concessa. 35.D
Nyce fluuius. 155.D
Nympharũ syluestriũ antrũ. 20.D.22.C

O

OCco schismaticus. 147.D
Oceanus terrarũ ambitor. 80.D
Oceani in Fresia inundatio. 2.B
Ocium petulantiæ ac libidinis causa.35.B.36.A
Ocio uires hebetari. 185.C
Octauianus Germaniæ præfectus antistes.147.D.C.150.D
Oculorum continentiæ in puellis laus. 63.B.C
Odda prouincia. 164.A
Oddo lathriæ regulus. 74.C
Oddo magus & piraticæ peritissimus. 36.D. astu oppressus. 37.D.39.B
Oddora fluuius. 166.C
Odij ad gratiã difficilis transitus. 102.C
Oestri caudæ palea submissa, insidiarũ cauendarũ occultum indicium. 26.C
Offotus gigas. 49.C.D
Olandia. 45.C.61.C.162.D
Olauus Fridleui filius. 51.B.C
Olauus primus,rex.69.D. Vffo dictus.34.A
Olauus ab Haral.oppressus. 69.D.70.A
Olauus secundus,rex. 84.B
Olaui collis.Ibid.
Olauus Noruagiæ rex.94.C.D. Christianismum amplexus.95.B. Iacobus dictus.C. eius mors. 96.A
Olauus Anglorum rex. 96.C
Olaui superstitiosa religio.97.C. interitus.98.B
Olauus Kanuti frater.108.C. eiusdẽq; in eundem perfidia. Ibid.D.109.A. captiuitas.Ibid.B
Olauus tertius,rex.111.A.B. eiusdem pro populo suo obitus.Ibid.D
Olauus Haraldi filius regno inhiãs periclitatur.125.A.B. ob pontificem cæsum,excõmunicatur à papa. 125.D
Olauus Throndorum rex. 70.B
Olauus Vuermorum regulus. 71.B
Olaui Dani cædes. 163.C
Ollerus rex constitutus.24.A. præstigiator insignis.Ibid.B
Olimari regis cũ Erico colloquiũ. 44.A
Olo Syuardi filius.70.C. eiusdem de Gunnone & Grimone latronibus victoria.70.D.71.A. item de Hiallo & Scato.Ibid.C
Olonis oculorũ acies. 70.C.71.B.74.B. pulchritudo.C. Vegeti cognomẽ.D. crudelitas regnandi.74.B. interitus.C
Oluir. 72.B
Omũdus Olonis ex Esa filius.71.C.74.B rex creatur.C. eius mors. 77.B
Omundus Sueonum rex. 97.B
Omothus. 74.D.75.A
Onefrex.71.D. Oneuus. 45.B.C
Opo Sialandicus. 99.A
Orcades.45.C. Fridleuo subditæ.86.A earundem populatio. 88.A
Orm Britannicus. 70.B. siue Anglicus.71.B

Ormo Vualdemari regis germanus cognominatus. 152.D
Orna urbs. 117.C
Ornenſes urbem ſuã, ne hoſti relinquatur præda, incendunt. 153.B
Orthunga urbs. 155.C
Oſni oppidi incendium. 157.A
Oſtenus. 64.A.151.B. Haraldi ex pellice filius. Ibid.D. cæſus. 152.A
Oſtmarus. 67.B
Oſtroznũ. 155.C. Oſtrozna. 178.B
Oſura. 47.A.C
Otharus Syrithæ procus. 63.B. eius uirtus. Ibid.D
Othenæ urbs. 135.D
Othuncarus Albus põtif. 96.B. eiuſdem liberalitas, & in docẽda religione fides. Ibid. 98.D
Othinus pro deo habitus. 7.B.C.20.A.D 21.D.23.B.24.B. à diis proſcriptus. 24.A. tandemq; regno reſtitutus. Ibid.B præſtigiator deus. 52.A.73.D.74.A
Othinus Haraldo obuius aciẽ inſtruere docet. 69.D
Othinus Danis in auxilium uenit. 79.B
Othini oraculũ apud Vpſalam. 69.B.C
Othini pertinax in ambiendo Rindæ puellæ concubitu ſtudium. 23.B.C.D
Otho Cæſar. 91.D
Otho Sleſuicenſis antiſtes. 148.D
Otimarus. 169.D. captus, rurſumq; dimiſſus. 170.B
Ozna urbs. 171.B

P

PAltiſca urbs capta. 11.D
Parcarũ oracula ſuper futuris liberorũ euentibus olim conſulta. 51.C
Parricidarum olim ſupplicium. 78.C
Patientia inter fortitudinis genera excellens. 15.D
Patriæ hoſtes exules qua pœna mulctandi. 43.D
Penus fluuius. 152.D.153.D.178.B.182.D
Petia inſula. 86.A
Petrus Chriſtophori Vualdemari filius pædagogus. 155.B
Petrus Eliui filius, eiuſdẽq; uirtus. 153.C
Petrus Euari filius ſatrapa. 179.B
Petrus Roskildenſis epiſcopus. 121.B. eius interitus. 123.A.124.C
Petrus Thema. 137.B.138.B
Petrus Thorſtani filius. 130.A.134.B
Petrus Toddo. 166.C
Petri antiſtitis prudentia. 143.C
Pheonia. 7.D
Phytonica ars. 5.D
Pignoris uſus interdictus. 43.D
Pignorum poſitio maximarum litium cauſa. 43.D
Pipinus Caroli filius. 84.A
Piraticæ Roskildenſis deſcriptio. 129.C
Piraticæ uſus Danis creber, Sclauis nõ item. 93.D
Plogus Suenonis regis pietatẽ expertus. 130.B
Pœnitentia ſera atq; inutilis quæ. 183.B
Pola prouincia. 145.B
Pomeranorũ in oppugnandis Rugiẽſibus uirtus. 160.A
Pomeranorũ in Sax. expeditio. 156.D
Pomeranorũ lacus tribus oſtijs in fretum decurrit. 164.D
Pons aureus. 81.B
Pontificum plurimorum in acie interitus. 123.A.B
Poppo pontificij honorem apud Aruſium aſſecutus. 95.B.96.B
Popponis chriſtianę religiõis apud Danos doctoris miraculum. 95.A.B
Porenutius ſimulacrum. 161.D
Poreuithus ſimulacrum. 161.D
Por portus. 153.D
à pręda dehortatio regis ad milites. 14.A
Porturia ſinus. 157.D
Præconis officium, ſcurrile. 56.B
Præſul bibulus. 102.D
Priſclauus. 144.A. eiuſdem cum fortitudine pietas. 145.C.D.146.C.153.D
Priuata ira feruentes, publica haud facile cõmunione uniri. 127.A in proco ſummũ olim uitium exiſtimatũ, deſidia. 35.D
Prodigium de muribus. 179.A
Prodigium iaculi inter auras uolitantis. 91.C
Proſerpina Baldero morituro inſomnis aſtare uiſa. 23.A
Proteus. 6.B

Prouerbiorum lepor. 37.B
Proximum ſibi quenq; natura conſtituit. 10.C
Prudentiæ præcepta. 144.D
Prudentis cõtuitum pœnitentia uacuum eſſe debere. 36.C
Puella urſo adamata. 97.A.B
Pugilum animos præmij certitudo accendit. 25.A
Pugnæ fragor. 73.C
Pugnandi ratio ueteribus quæ. 16.B
Puniceum ſcutum malo ſuffixum, pacis ſignum. 21.C

R

RAdulfus Britannus ſcriba. 149.A
Radulphus eques, 136.C,137.B. eius uirtus. 133.B
Rafnonis cædes. 36.D
Ramloſa uicus. 125.D
Ramſo uicus. 137.C
Randruſium. 138.A,139.B
Randus rex. 71.D
Rani. 47.C
Ranonis eluſa ſimulatio. 143.D
Rapinæ lex. 43.C
Rathbarthus. 85.C.86.A. eius ſedes. 88.A
Rati. 72.B
Reduarthus rex. 71.D
Reſo, uulpeculam ſe appellat. 83.C.D eius interitus. Ibid.
Regnaldus. 63.A. cæſus. D
Regnaldus Coloniæ antiſtes. 150.C. eius cædes. 153.B
Regnaldus Normanorum rex. 67.C cæſus. Ibid.
Regnaldus Regneri filius. 86.B
Regiũ nomen olim Danis ignotũ. 3.C
Regium ſomnum perrumpere, capitale quondam. 61.C
Regis eligẽdi priſcus Danorũ mos. 3.D
Regis impietas mira epiſcopi ſeueritate caſtigata. 105.A.B
Regi imitandus hortulanus. 128.B
Regi nihil gloria maius. 40.D
Regem fides paruula, tutius ingenti perfidia uallat. 39.D
Reges accuſatoribus difficiles præbere aures debere. 118.D
Regum clientelæ ſe olim daturi, quem ritum obſeruarint. 20.B
Regum percuſſoribus quondã regnorum ſucceſſio decreta. 78.B
Regibus nõ expedire è longinquo petita connubia. 35.C
Regnerus. 12.A.D. Suetiæ rex. 13.A. Frothoni reconciliatus. B. eius mors. 15.B
Regnerus pugil. 36.D
Regnerus adhuc in cunis rex conſtituitur. 84.C. Syuardo ſuccedit. D
Regneri in ducenda uxore Lathgertha uirtus. 85.A. nec minor in cõparanda Thora. B.C
Regnerus Lothbrog per ludibriũ cognominatus. 85.B. eiuſdem in confi ciendis draconibus fortitudo. Ibid.
Regnerus puellæ cuiuſdam rapiendæ ſtudio muliebri habitu induitur. 86.C
Regneri in Helleſponticos expeditio. 86.D
Regneri de Biarmis et Finnis uictoria. 87.B. item de Melbrico & Hella regibus. 88.A
Regnerus mœrore ob filij cędem proſtratus, uxoris exhortatione rurſus erigitur. 87.D
Regneri in filij interfectorem clementia. 87.D. in religionem Chriſtianam Daniæ illatam impietas. 88.B. interitus. C. 89.B
Regneri duplex fortuna. 88.C
Regnilda. 9.A. Hadingum maritum eligit. B
Regnonis in pupillos Haraldũ & Haldanum fides. 61.A.B
Renſo inſula. 43.D
Reuillus. 45.B.C
Rhingo cæſus. 5.B
Ricardus patria pulſus. 97.B
Richaldus Lundenſis epiſcopus. 111.D
Riko Lundenſis epiſcopus. 124.C
Rimbrandus pontifex. 96.B
Rindæ auſtera pudicitia. 23.B.C. ab Othino tamen aſtu uicta. 24.A
Ringo Ingeldi filius. 70.B.84.B. occiditur. D
Ringonis bellum contra Haraldum, eiuſq; belli duces. 72.D. claſſis. 73.A

ad ſuos oratio.B. clades accepta.74.A. mors.Ibid.D
Ripa urbs. 117.D.124.D.172.D
Roarius. 4.B
Robertus Flandriæ præfectus. 107.C
Robertus Normaniæ præfectus. 97.A
Roboris firmandi epulum ex anguiũ tabe.23.A.37.A.B
Rodlandus. 149.B.150.C
Roë rex.14.D. occiſus. 15.B
Roë dux, Barbæ cognomine. 72.B.73.C
Rollerus.36.D. exterarum rerum ſtudioſus.37.A. Noruagiæ regnum ſortitus.44.A. eius fortiter geſta. 45.C
Rollero Hanunda nupta. 41.C
Roliung campus. 56.A.77.B
Rolpho, ſiue Roluo, ex inceſtu patris & filiæ natus.15.B. patri in regno ſuccedit.Ibid. à matre quanquam uocatus non agnoſcitur.Ibid.C. eiuſdem patientia.D. liberalitas. 16.A.18.B.C
Roluo ob corporis magnitudinẽ Krage uocatus. 16.C. ex inſidijs ab Hiarthuuaro oppreſſus. D.18.C.22.B
Roricus cæſus. 18.B.67.B.69.C
Roricus rex.24.C.D. Slyngebond cognominatus.25.B. eius mors. 30.D
Roskildenſe templum à quo extructũ. 107.D. eiuſdemq; motis Vuilhelmi cineribus ruina.Ibid. reſtauratio.108.B
Roskildenſis epiſcopi poſt Aſceri obitum turbulenta electio. 139.D
Roskildia à Roë condita. 14.D. capta. 127.B
Roskildię Suenonis perfidia conuiuio in pugnã uerſo Kanutus cæſus, Vualdemarus & Abſalon effugiunt. 137.A.B.C
Roſterus. 23.C
Roſtiophus Phinnicus. 23.B
Roſtock oppidum. 146.B
Rotala urbs capta. 11.D
Rotho pirata. 67.D. à quo Rothoran, pro grauibus rapinis. 68.A
Rugia. 80.B.124.A.142.D
Rugianorum defectio.158.A. ſuperſtitio.B.C.D.159.A.161.A
Rugiæuithus Karentinorũ ſimulacrũ. 161.D
Rugienſium clades. 143.A. oppugnatio.154.B.C
Rugienſibus Chriſtiana religio tradita.161.A. non abſq; miraculis. 162.A
Ruſila uirgo bellicoſa oppreſſa. 34.C. 70.A
Ruslæ uirginis ferocitas.75.A. à fratre Throndo tandem cæſa.Ibid.
Rutæ nuptiæ cum Agnero.16.B. cum Biarcone.C
Ruthenorum clades nauigijs perfoſſis ſubmerſorum. 11.D
Ruthenorum regum ſtrages. 44.C.D
Ryngſtadium. 119.D.120.A
Ryngſtadij ſepultus Vualdemar9 rex. 183.C

S

SAcerdotibus cõiugia decreta.180.B
Sacrificium nullum Deo ſceleſtorũ nece iucundius. 186.B
Sagittæ nuncio bellum olim repentinũ indicatum. 43.D
Salgarthus. 72.B
Salutem dedecore non mercandã. 62.A
Sambar. 72.B
Sampſo inſula.47.C. ſiue Samſa. 180.A. 185.C
Sarpa urbs. 152.D
Satelles regi id, quod fabro forceps. 36.C
Saxones tributarij Danis facti. 86.B
Saxonum diuiduum ſtipendij faciendi officium. 155.A
Saxonũ luxus.58.B. temeritas prionor quàm prudentia.156.D. uirtus 149.A
Saxonibus tributi lex à Danis impoſita.83.D
Saxoniæ regnum ad Danos translatũ. 34.A
Saxonici equitis dictum. 156.A
Scaha prouincia. 72.D
Scalcus Sclauiæ rex. 14.D
Scalk Scanicus. 46.A.72.B. cæſus. 47.A
Scania Chriſtianiſmum ab Othincaro pontifice edocta. 96.B
Scania piſcoſa. 2.B
Scanicæ plebis in regem Vualdemarũ & religionem tumultus. 180.B. in Abſalonem ingratitudo. C.181.A.B. cum

cum rege pugna. Ibid.
Scanorum seditio. 184.A
Scarchdhus pugil. 86.B
Scatus. 14.D
Scatus pugil. 3.D. Alemaniæ satrapa. 4.A. à Scioldo cæsus. Ibid.
Scati & Hialli fratrum petulantia. 71.A. & ab ijsdem cæsis uici nomen. C
Scelere parta omnia, & carere gloria, & minime esse diuturna. 20.C.53.C
Scioldus, eiusdēq; indoles & uirtus. 3.D à quo Scioldungi. 4.A
Sclauia bello petita. 126.D
Sclauorum cædes. 43.A.B
Sclauorum clades. 102.B.144.A. defectio. 24.C. effrenata ingenia. 112.D. in Sialandiam expeditio. 133.A. fuga & interitus. C. piratica. 177.A. superstitio. 158.D
Sclaui mille quingentarū nauiū classe Hallandiam appulsi, naufragio pereunt. 137.D
Sclauorum cum Danis nauale prælium. 186.B.C. fuga & clades. Ibid. D
Sclauorum sacrilegium, atq; hinc secuta naufragij clades. 168.B
Sclauorum pacis conditiones. 153.C.D
Sclauis piraticæ usus aliquando perrarus. 93.D. & unde ad eos manarit. 94.A
Scorro Vuaggnonis filius. 165.B
Scotia insula meridionalis. 86.A
Scotus. Scoticum nomen. 13.B.14.C
Scotorum fuga. 14.C
Scroter nauigium. 36.D
Sculda Hiarthuuaro nupta. 16.C
Scypetorp uicus. 123.D
Scythæ Regnero subacti. 86.D
Sela Colleri regis soror occisa. 25.D
Selgretius Christophori Vualdemari filij pædagogus. 155.D
Sembia Danis subacta. 92.C
Senectutis mala. 75.C.76.B
Senum duorum dispar studium. 65.B
Sepulchri uiolati uindicta. 108.B
Sepultura, supremum humanitatis officium. 25.C
Serarum usus interdictus. 43.C.47.A
Sialandia. 2.B. Christianissimum ab Othincaro pontifice edocta. 96.B
Sialandiæ præficitur rex, Hetha fœmina. 74.B
Sictrugus rex. 4.B. occisus. 5.B
Sigaris oppidum. 66.D
Sigarus rex, à quo uilla Syersted. 64.A
Sigari mors. 67.A
Signe. 5.B. in nuptijs rapta. C
Sigtim oppidum. 73.A
Silentium pro consensu. 157.C
Simundus athleta. 73.A
Siritha Suenonis filia Guthscalco nupta. 104.A
Sircipinensis prouincia. 169.C
Sirtuallini agri. 18.D
Siualdi & Haldani pugna. 62.B. in qua Siualdus cum septem filijs cæsus 62.C
Siualdus Gothorum et Danorum rex. 63.B
Siualdus secundus. 64.A. eius cædes. 67.A.B
Siualdus tertius. 79.B
Siualdi tolerantia. 92.B
Siuari cum Guritha nuptiæ. 69.A. D. cædes. B
Siuardus Haraldi ex pellice filius. 151.B. cæsus. 152.A
Siuardi mirus nauali se captiuitate liberantis astus. 151.B. nandi peritia. C. miserandus interitus. D
Skierum oppidum. 72.D
Skrep gladius. 33.C.34.A
Skricfinni. 3.B
Skyalmo barbatus. 143.A
Skyalmo candidus. 103.B.D.112.C.113.C
Slaglosa. 156.B
Slangathorpia. 114.B
Slangetorp uilla. 126.D
Snio Syualdi filius. 79.B. eius in ambienda uxore calliditas. C
Snyrtir. 19.B
Sobrietas fortitudinis uinculum præcipuum. 52.C
Societatis iura non firma, nisi inter pares. 21.D
Solitudo ægritudini amica. 22.C
Sophia Kanuti soror uterina. 132.D Vualdemaro nupta. Ibid. Kanutū

filium enixa. 151.B
Soporem metu tantũ uacuis obrepere. 142.D
Sorlus Sueonum rex. 86.B. eius cædes. Ibid.
Sponsalia infantũ, incunabulis adhuc utentium. 152.D
Stadium oppidum. 15.A.147.C
Stange mons. 98.A
Stangby uilla. 97.D
Sarcatherus pugil. 51.D.71.D. mira eius origo. 52.A. in Vuicarum perfidia. C cum Hama pugile lucta. 53.B.C
Starcatherus Suetici belli scriptor. 72.B 73.C.76.A
Starcatherus ab occidendo Olone sola oculorum acie depulsus. 74.B.C.
Starcatherus uitæ diuturnioris pertæsus, uoluntariæ sese morti offert. 75.B. 76.A.77.A.B
Starcatheri acta. 53.A.B.54.B.55.D. ab ipsomet carmine exposita. 76.D.77.A
Starcatheri austeritas. 57.A.C. constantia. D. celeritas. 55.D. tolerantia ac fortitudo miranda. 56.A.C. effigies saxo impressa. 56.B. fuga. 63.D. magnanimitas. 56.C. sobrietas. 52.C.D. luxus & ocij odium. 53.D.57.B. interitus. 77.B
Steffnicæ prouinciæ dimidiũ aris à rege pro imperij expiatione collatum. 106.A
Stenbiorn. 49.B
Stephanus pontifex Vpsalensis. 163.D
Stethinnense promontoriũ. 123.A.170.C
Stiklæ uirginis pudicitia. 46.B. cædes. 70.A
Stipitem per omnes libertatis petendæ gratia mittendi mos. 18.B
Stitinum oppidum. 166.C. eiusdem situs. Ibid. oppugnatur. D
Stitini præsidio non defendi, prouerbium. 166.C
Stolpa uicus. 153.B
Storuerkus. 51.D
Stormaria. 182.A
Stratagema. 11.C.12.A. incendendæ urbis. 7.B.12.A.34.D. in perterebrandis hostium nauigijs. 37.C.40.C
Strela insula. 154.D.185.D
Strumicus athleta captus. 171.A
Strunicus Sclauorum rex, eiusq; cædes. 43.B
Stultitiæ simulatæ exemplum. 26.A.B
Sturbiornus regno eiectus. 91.C. occisus. D
Suanhitæ puellæ indoles. 12.B. in uirum charitas. 15.B
Suanlogha Regneri uxor. 86.B. eiusdem ad uirum mœrore prostratũ exhortatio. 87.D. mors. 88.A
Suantouitus simulacrum, eiusq; apud Rugienses superstitio. 158.D. eiusdẽ euersio. 160.D.161.A
Suarinus Gothiæ præfectus ob regni affectati suspicionem in pugnæ certamen uocatus opprimitur. 5.B.C
Suen. 72.B
Suddathorp oppidum. 106.D
Sueno furcatæ barbæ cognomine clarus. 14.D.92.C.93.B. regnum parricidio occupat. C. eiusdem in Christianam religionem impietas. Ibid. D. captiuitas. 94.A. redemptio. B. exilium. C
Sueno religionem Christianam amplexus, regno & patriæ restituitur. 94.D eius mors. 96.B
Sueno Kanuti filius ex Aluuiua. 98.C. mors eius. 100.D
Sueno secundus, rex. 101.C.102.C. eiusdem cum Magno pugna. D. cædes. 102.B
Sueno ab Haraldo uictus. 103.A.B. eiusdem circa religionem studium, libido, filij. 104.A. incestus. B. impietatis expiatio. 105.B.C. mors. 106.B
Sueno ex præfecto sacerdos. 104.C. eiusdem literarum latinarũ ignorantia. D. earundemq; postea studium. Ibid. pontifex Vuilhelmo succedit. 105.C
Suenonis pontificis apud Danos autoritas. 111.C. religionis studium. D
Suenonis Erici secũdi filij ambitio. 114.C
Sueno tertius, rex. 126.B eiusdem post uirtutẽ bellicam in excolendis muniendisq; locis studium.

natio

129.B. & poſt in ocium ac uitia declinatio. 131.A. cum Vualdemaro colloquium. 136.A
Suenonis fuga & exilium à Germanico cantore recitatum. 137.A
Suenonis in Vualdemarum perfidia. 136.A.B. item in Kanutũ. Ibid. C. 137.A 138.B
Suenonis fuga & captiuitas. 139.A. interitus. Ibid.
Sueno Aruſij põtifex. 153.C.161.B.180.C
Suenonis Danorum regis ſuperſtitio. 158.D
Sueno Scolingus. 162.D
Sueones à Sialandenſibus deleti. 20.C
Sueonum duces fortiſſimi qui. 73.A
Sueonum erga exules animus. 128.C.D
Suerco Sueonum rex conſtitutus. 122.A eiuſdem interitus. 135.B
Suerco Kanuti uitricus. 128.C
Suertingus regulus. 51.D.57.B. eiuſdẽ fraudulentia. 53.C. & cædes. D
Suerus ex ſacerdote miles. 171.C
Suetia. 2.C.3.B. Danis ſubdita. 15.C
Sueticum bellum. 4.B. eiuſq; duces. 72.B
Suibdauus. 52.D.53.A
Suina. 177.A
Sumblus Phinnorum rex. 5.B
Summoriam & Normoriã prouincias Rollerus uectigales effecit. 45.C
Sundby uicus. 133.A
Suno captus oculis priuatur. 127.B
Sunonis in Vualdemarum fides. 134.B item in eiuſdem præſentienda morte augurium. 183.B
Superbiæ incitamentum proſperitate nullum maius. 25.A
Superi obſequio, nõ uiribus propitiandi. 105.C
Suſa fluuius. 66.D.67.B
Suuauildæ ſpecies eximia, & cædes miſeranda. 79.A
Suuertinum oppidum. 153.A
Suuibdagerus rex. 5.B.C.D. ab Hadingo oppreſſus. 7.B
Sybbonis cædes. 78.B
Syfridus Thuringus Vualdemari gener. 182.D.185.A
Sygaſitha inſula. 179.C. ſiue Sygoſtha. D
Sygne. 60.D.64.A.D
Sygnes cum Hagbarthio cõplexus & colloquium. 65.C.D. inq; eundem iam moriturum fides. 66.B.C
Sygrutha Vnguini regis filia. 63.A
Syra inſula. 121.C.123.C.164.A
Syricus rex. 15.A
Syritha regina. 95.A. ex inſidijs fluctibus immerſa. C.D. Suenoni nupta. Ibid.
Syrithæ pudicitia. 63.B.D
Syuardus Noruagiæ rex cæſus. 84.D
Syualdus cum ſeptem filijs ab Haldano exitio traditur. 62.C
Syuardus Haldano patri, Starcatheri uirtute ſuccedit. 56.D
Syuardus Suetiæ rex. 60.D
Syuardus Gothorum rex. 64.A
Syuardus eius nominis primus Danorum rex. 77.B. eiuſdem mors. D
Syuardus ſecundus rex, cognomento Ring. 84.B. moritur. D
Syuardus tertius, rex. 85.C.89.A uulneratus miro prodigio reſtituit ẽ. 85.D
Syuardi ſinus. 89.A
Syuardi ſerpentini oculi. 85.D. nunciata patris morte ſtupor. 88.D

T

TAcho Danicæ de Sclauis uictoriæ nuncius. 187.A
Taka. 149.C
Tander. 47.C
Tannas gigas. 53.B
Tatar. 72.B
Temeritatem libertate nutriri. 36.B
Tempore aut caſu humani animi ægritudines leniri. 139.C
Tetiſzlauus Rugianorum rex. 153.A.D. 161.B.167.B
Thengillus rex. 47.B
Thetleui militis in Kanutum & Vualdemarum facinus. 137.A.B
Thetleuus captus. 139.A. occiſus. B
Theutonia. 2.B
Theutones Danis ſubiugati. 15.A
Theutonum luxus. 57.C.58.B.D

Thira. 89.D. eius pudicitia. 90.A. in prodendo Gormoni de filio eius nũcio calliditas. C.D. uirilis in regno administrando animus. 91.D.92.A. mors.C
Thira Suenonis filia. 94.C. Olauo Noruagiæ regi uxor data. 95.C
Thiuta fluuius. 126.A
Thola siue Tholas. 74.D.75.A
Thor præstigiator pro deo cultus .12.D 52.A.81.D.61.D
Thora Cusonis filia Helgoni cõpressa. 14.D. eidemq; impetrante Hothero in matrimonium data. 21.C
Thora Herothi filia.85.A. Regnero in uxorem data.A.C. moritur.D
Thoraldus. 12.A
Thoraluus. 91.B
Thorberni equitis facinus. 154.B
Thorberni uicus. 136.D. perfidia.Ibid. 139.B
Thorbiorn. 49.B
Thorbiornus. 135.A
Thordo Lundensium præfectus.176.D 179.B.C
Thorias Longus. 45.C
Thorias pirata. 75.A. Noruagiæ dux. Ibidem.B
Thorilda Haldano deuicti Grimmonis præmium data. 62.D.63.A
Thorildæ in priuignos sæuitia. 12.B
Thorkillus.73.D. eiusdem cum Gormone rege ad scrutandos Oceani fines nauigatio. 80.D.81.A. in monstrorum insidijs cauendis prudentia. Ibid. B.C. intemperantia. 82.A. ad Vgarthiloci oraculum profectio.C.D eiusq; reducis cum ingrato rege expostulatio.83.B
Thorkillus ad Germaniã delatus Christianorum sacrorum rudimentis imbuitur. 83.B
Thorkillus Suetiæ dux. 87.B
Thormerus,eiusdẽq; captiuitas. 176.D
Thorny. 72.B
Thoro insula. 14.D.15.A
Thoronis admirandũ robur. 21.D.22.A
Thoro pugil. 61.D
Thoro regulus. 71.C. cæsus.D
Thorsta uicus. 127.C
Thoruillus rex. 71.D
Thoruingus. 72.B
Throndus à sorore Rusla uictus. 75.A
Thrugillus cognoie Sprageleg. 97.B
Thrugotus. 111.B
Thuningus. 9.C
Thynna insula. 167.B
Tiruingar. 47.C
Toli. 72.B
Toko pirata oppressus. 62.A
Tokonis cædes. 70.D
Tokonis sagittandi peritia. 92.D. & de eodẽ non dissimilis historia, ei quã de Vuilhelmo Tell referunt Heluetij. 93.A. eiusdem de Tyranno uindicta.93.C
Tokonis in sedanda cõcionis turba auctoritas.132.C
Toko Burgalensis pontifex. 145.A
Toko Vuendilensium pontifex. 155.B
Topshogicum nemus. 106B
Torkilli auaritia. 13.D
Toronis Riparũ antistitis perfidia. 120. D.121.A
Tostonis ferocitas. 10.A. ab Hadingo occiditur.B
Tosto peculator. 109.C
Tosto uictimarius. 71.C
Touo Longus. 162.D.164.A
Tranno Ruthenorum rex. 11.C
Tribusana prouincia. 155.A
Triumphus antè carpendus quàm census.14.A
Tuko Vuendilensium antistes. 174.B
Tummi. 72.B
Tunsbergun oppidum. 152.D
In Turcas bellum toto orbe Christiano susceptum. 126.D
Tyle ultima. 72.B
Tylensium industria. 1.D
Tymmonis Sialandici uirtus. 96.C.D

V

VAgnophrus gigas. 5.D
Vagnostus. 8.A
Vartisclauus Sclauiæ rex. 117.C
Vbbo Vluilda uxore fretus Daniæ regnum occupat. 13.A
Vbbonis magnanimitas. 25.A

Vbbo athleta. 70.B.72.B. multi nominis pugil, eiuſdemq; interitus. 73.D
Vbbo regneri filius. 86.C. eiuſdem regni affectati inſolentia. 87.B. captiuitas. C
Vbbo patrem bello adoritur. 87.C. eidem reconciliatur. D
Vbboni Erici ſecundi filio regnũ delegatur. 114.D
Vbbonis ſuſpendium. 122.D
Verundia. 2.B
Veſpaſius rex ab hoſtibus inter ocia ac luſus necatur. 11.D
Vffo Aſmundi filius fugit. 8.B. ab Hadingo opprimitur. 9.C
Vffo Vuermundi filius, eiusq; adhuc iuuenis auſteritas. 31.A.B & magnanimitas. 33.A. diuturnicq; ſilentij cauſa. B. robur. C. & in duobus uno prælio oppugnandis ſuperãdisq; uirtus. D. Daniæ & Saxoniæ regnum ſuſcipit. 34.A. 112.C
Vgarthilocus deus. 82.B.C. eius oraculum cõſulturus accedit Thorkillus. D eiuſdem ſpecus. 83.A. fœditas. B
Vggerus uates. 45.B
Viggonis faceum ſcomma, armilla donatum. 16.C
Viggo ſolus Danis cum rege oppreſſis ſuperſtes. 20.B. eiuſdem in rege ulciſcendo fides. Ibid.
Vigletus rex. 30.D. uictus Ibid. uictor. 31.A. eius mors. Ibid.
Violentia neceſſitate excuſabilis. 151.A
Virginis uiolatæ pœna. 44.D
Virginũ intacta libertas apud Danos. 40.A
Virginum ſylueſtrium, bellicæ fortunę præſidum, conclaue. 20.D. 21.A. 22.C
Virginum uotis multum ineſſe uarietatis. 36.A
Viribus quàm uerbis confligere ſpecioſius. 43.D
Viridis portus. 182.D
Virtus aut præmijs paſcitur, aut laudibus incitatur. 16.B
Virtus luxus eſſe ne ſpectatrix quidẽ poteſt. 52.D
Virtus metallo potior. 14.A
Virtus ne à neceſſarijs quidem ſecura. 25.D
Virtutis & formæ collatio. 65.A
Virtuti fortunã deferendam, non contrà. 43.D
Virtuti nullà non ætatis pars congrua exiſtimari debet. 5.B
Virtute inuidiam uincere difficile. 51.D
Virtute, non numero bella gerenda. 74.D
Viſza fluuius. 103.B
Vita cunctis re prior. 21.B
Vita indignos eſſe, qui eam ſcelere cõparare aut tueri ſtudent. 80.B
Vitium alterum alterius incitamentũ. 25.D
Vitiorum teneræ ætati impreſſorũ tenacia ueſtigia. 13.B
Vittho Freſonum pirata. 13.C
Vitolfus Haldano uulnerato medetur 61.C.D
S. Vitus Coruegiẽſis, eiuſdemq; apud Rugienſes ſimulacrum. 159.A.B
Vluilda. 60.D
Vluildæ ambitio, & in patrẽ Hadingũ impietas. 10.B. item in fratrem Frothonem, & maritum Scottum. 13.B.C
Vluilda Norica. 122.A
Vluo Gallitianus. 111.B
Vluonis mira progenies. 97.B. eiuſdẽ calliditas exequendi in Kanutũ odij. D. cædes. 98.D
Vluonis capti interitus. 139.A
Vndenſakre locus. 30.D
Vnguinus Gothorum rex. 63.A. item Danorum conſtitutus. Ibid.
Vnno Bremenſium pontifex. 95.C
Voluptas rerũ amaritudini ſuccedens, iocundior. 41.A
Voto ſe aſtringendi priſcorum procerum mos. 16.D. 17.C
Vpſala. 7.B. 8.B. 22.B. Suetiæ nobiliſſima urbs. 55.C
Vrcina ſylua. 156.C
Vrſa. 15.A. eius cum patre inceſtus. Ibid. Athiſlo Hothbrodi filio nupta. 15.C. & in eundem aſtus. Ibid.
Vrſi ſanguine poto robur corporis augeri. 16.C

Vrſo adamata puella. 97.A.B
Vtgarthia. 87.D
Vualoguſtũ caſtellum obſeſſum.148.D
Vualagoſti dominium trifariam diuiſum.153.D
Vualagoſti mœnia ampliata. 171.A
Vualagoſti oppidi expugnatio. 177.C. obſidio. 187.B
Vualbrunna locus. 67.A
Vualdemarus rex.91.D. 94.A.103.A
Vualdemarus Rutenorũ rex, Iarizlauus etiam dictus. 104.A
Vualdemarus diui Kanuti filius. 127.C. 128.A. eiuſdem in pugnando uirtus. 129.A.130.B. fides & integritas.D. cũ Suenone expoſtulatio.136.A. nuptię 138.A. patientia. 147.D. iræ pertinacia.155.A. integritas et cõſtantia.171.C auguſta ꝓceritas. 182.B. obitus. 183.C
Vualdemari arbitrio regnum triparti to diuiſum. 136.C
Vualdemari inſidijs mire ſeſe extricantis uirtus.137.A.B. fugæ pericula.C.D
Vualdemari cum Suenonis copijs pugna.138.D.139.A. uictoria.Ibid.B. regni initia.C
Vualdemarus rex ſuſcepto in Falſtrenſes bello grauiſſimum morbum incidit.140.C
Vualdemarus à Vuicenſibus rex appellatus. 152.D
Vualdemari pater diuinitate, filius autem regno eodẽ die honoratus. 163.D
Vualdemaro ſtructæ à Magno & Kanuto inſidiæ quomodo proditæ.171.D 172.A. eiuſdem in Magnum inſidiatorem benignitas. 174.D
Vualdemari regis laus. 1.D.2.C
Vualungia. 146.D
Vuathyſzlauus Stitini præfect. 166.D
Vuaſce athleta.53.B. qui et Vuilzce.Ib.
Vuebiorga. 72.B
Vuecha. 23.D
Vuegthbiorg puellæ uirilis animus. 73.C
Vuemundus. 64.A
Vuendala. 91.D
Vuera pons. 48.D.122.B
Vuerendorum deditio. 132.B
Vuermundus rex. 31.A. cæcus. 33.A
Vuerundia. 73.A
Vueſetus athleta.69.C. occiditur.Ibid.
Vueſtmarus. 35.A. eiuſdem infelix cũ Erico pugna, atq; obitus. 40.B
Vuethemãnus pirata. 129.C.142.B.153.B
Vuiby. 174.A
Vuik prouincia. 46.A.D
Vuicari regis fatum. 52.B.C
Vuigo. 31.B.32.D
Vuilhelmus pontifex. 102.C.104.B
Vuilhelmi epiſcopi obitus mirabilis. 106.B. circaq; eiuſdem uiolatũ ſepulchrum miraculum. 107.D.108.A
Vuilhelmi reliquiarum odor. 108.A
Vuinus Sclauorum princeps. 53.A
Vuiſinnus gladiator. 53.A. cæſus. B
Vuiſna.72.B. uirilis animi fœmina.B.C
Vuitheby uicus. 85.A
Vuitſercus Regneri filius.86.B. Scytharũ prouinciæ præfectus. D. Daxonis inſidijs circumuentus. 87.C. eiuſdem forma. Ibid. in deligendo mortis genere fortitudo.D
Vuithora inſula. 159.B
Vulf. 135.A
Vulgus iniquus uirtutis interpres.68.A
Vulnera aduerſo corpore excepta laudi,non dedecori eſſe. 68.A
Vulpeculæ penſio. 83.D
Vuorthyngum oppidum. 183.A
Vxorẽ ducturo quæ æſtimanda. 30.B
Vxoratus quiſq; timidiſſimus. 132.A

Z

ZVliſter dux. 177.C
Zuuina fluuius. 164.B
Zuinenſium arciũ expugnatio. 187.D
Zuyna oppidum. 182.D
Zyudra. 153.D

FINIS.

SAXONIS GRAM

MATICI SIALANDICI VIRI ELO QVENTISSIMI, IN GESTA DANO- RVM PRAEFATIO.



VM cæteræ nationes rerum ſuarũ titulis gloriari, uoluptatemq; ex maiorum recordatione percipere ſoleant: Danorũ maximus pontifex Abſalon patriam noſtrã, cuius illuſtrandæ maxima ſemper cupiditate flagrabat, eo claritatis & monumenti genere fraudari non paſſus, mihi comitum ſuorũ extremo, cæteris operam abnuentibus, res Danicas in hiſtoriam conſerendi negocium intorſit, inopemq; ſenſum maius uiribus opus ingredi, crebræ exhortationis imperio compulit. Quis enim res Daniæ geſtas, literis proſequeretur? quæ nuper publicis initiata ſacris, ut religionis, ita latinę quoq; uocis aliena torpebat. At ubi cum ſacrorũ ritu latialis etiam facultas acceſſit, ſegnities par imperitiæ fuit, nec deſidiæ minora, quàm antea penuriæ uitia extitere. Quo euenit, ut paruitas mea, quamuis ſe prædictæ moli imparem animaduerteret, ſupra uires niti, quàm iubenti reſiſtere præoptaret, ne finitimis factorũ traditione gaudentibus, huius gentis opinio potius uetuſtatis obliuijs reſperſa, quàm literarum monumentis prædita uideretur. Igitur oneri cunctis prę teriti æui ſcriptoribus inexperto, rudes labori humeros ſubijcere coactus, imperiumq; negligere ueritus, audacius quàm efficacius parui: quanquam ingenij mei imbecillitas fiduciam negabat, ab hortatoris amplitudine mutuatus. Cuius fatis cœpti mei metam præcurrentibus, te potiſſimũ Andrea, penes quem ſaluberrimus ſuffragiorum conſenſus honoris huius ſucceſſionem ſacrorumq; ſummam eſſe uoluit, materiæ ducem, autoremq; depoſco: obtrectationis liuorem, qui maxime conſpicuis rebus inſultat, tanti cognitoris præſidio fruſtraturus. Cuius fertiliſſimũ ſcientiæ pectus, ac uenerabilium doctrinarum abundantia inſtructum, ueluti quoddã cœleſtium opum ſacrariũ exiſtimandum eſt. Tum Galliam, Italiamq; cum Britannia perci-

C piendæ literarum disciplinæ, colligendæq; earum copiæ gratia perscrutatus, post diutinam peregrinationem splendidissimum externæ scholæ regimen apprehendisti, tantumq; eius columen euasisti, ut potius magisterio ornamentũ dare, quàm ab ipso recipere uidereris. Hinc ob insignium culmen, meritaq; uirtutum, regius Epistolaris effectus, officium mediocritatis liminibus contentum tantis industriæ operibus exornasti, ut idem postmodũ amplissimæ dignitatis uiris ad eum quem geris honorem translatis, beneficij nomine expetendum relinqueres. Quamobrem Scaniam tripudio dissultare compertum est, quod pontificem potius à finitimis mutuata sit, quàm ex indigenis legerit: quippe quæ laudabiliter delectum egit, iocunditatem ex suffragio suo meruit. Itaq; cum genere, literis, ingenioq; niteas, ac plebem fœcundissimis doctrinæ stipendijs regas, maximũ tibi gregis amorem conciliasti, susceptiq; ministerij partes glorioſæ executionis fiducia ad laudis cumulum perduxisti. Et ne rerum dominium possessione usurpare uidereris, amplissimum patrimonium sacris ædibus religioſæ liberalitatis testamento legasti: obsitasq; curis opes decenter abijcere, quàm earum auiditate & pondere implicari maluisti. Tu item mirificum reuerendorum dogmatum opus complexus, priuatisq; curis publicæ religionis officia anteponere auidus, pertinentiũ ad eam rerum solutionẽ abnuentes, salutarium consiliorũ doctrina, debitis sacrorũ obsequijs adegisti, ueteremq; diuinarũ ædium iniuriã religioſo lucri beneficio rependisti. Præterea lasciuioris uitæ studioſos, intemperantiæq; plus æquo uiribus indulgentes, saluberrimæ exhortationis perseuerantia, ac splendidissimis frugalitatis exemplis ad honestiorẽ mentis habitum ab enerui mollitudine reuocatos, dictis ne an factis magis instruxeris, dubiũ reliquisti. Ita quod tuorum nulli prædecessorum obtinere tributũ est, solis prudentiæ monitis impetrasti. Nec ignotum uolo, Danorũ antiquiores conspicuis fortitudinis operibus ædítis, gloriæ ęmula-

D tione suffusos, Romani styli imitatione, nõ solum rerũ à se magnifice gestarũ titulos exquisito contextus genere, ueluti poëtico quodã opere perstrinxisse, uerum etiam maiorũ acta patrij sermonis carminibus uulgata, linguæ suæ literis saxis ac rupibus insculpenda curasse. Quorũ uestigijs seu quibusdam antiquitatis uoluminibus inhærens, tenorẽq; ueris translationis passibus æmulatus, metra metris reddenda curaui, quibus scribendorũ series subnixa, nõ tam recenter conflata, q̃ antiquitus ædita cognoscatur: quia prẽsens opus nõ nugacem sermonis luculentiam, sed fidelem uetustatis notitiam pollicetur. Quantũ porrò ingenij illius hoïes historiarũ ædituros putemus, si scribendi sitim latinitatis peritia pauissent? Quibus tametsi Romanæ uocis notitia abesset, tanta tradendæ rerum suarũ memoriæ cupido incessit, ut uoluminũ loco uastas moles amplecterentur, codicum usum à cautibus mutuantes. Nec Tylensium industria silentio obliteranda: qui cum ob natiuam soli sterilitatẽ luxuriæ nutrimentis carentes, officia continuæ sobrietatis exerceant, omniaq; uitæ momenta ad excolendam alienorũ operum notitiã conferre soleant, inopiam ingenio pensant. Cunctarũ quippe nationum res gestas cognosse, memoriæq; mandare, uoluptatis loco reputant: non minoris gloriæ iudicantes alienas uirtutes disserere, quàm proprias exhibere. Quorũ thesauros historicarum rerum pignoribus refertos curiosius consulens, haud paruam præsentis operis partem ex eorum relationis imitatione contexui. Nec arbitros habere cõtempsi, quos tanta uetustatis peritia callere cognoui. Nec minus Absalonis asserta sectando, quæ uel ipse gessit, uel ab alijs gesta perdidicit, docili animo, styloq; complecti curæ habui, uenerandæ eius narrationis documentũ, perinde ac diuinum aliquod magisteriũ amplexatus. Te ergo salutaris princeps, ac parens noster, cuius illustrissimã à priscis temporibus prosapiam dicturus sum, clarissima lux patriæ Voldemare, dubium laboris huius progressum fauore prosequi rogo,

Cautibus maiorũ gesta olim inscripta.

Tylensium industria.

Voldemari regis laus.

A rogo, quia propositi pondere constrictus, uereor ne magis imperitiæ meæ habitum, ingenijq; debilitatẽ patefaciam, quàm tuam (sicut par est) originem repræsentem. Siquidem præter paternæ hæreditatis amplitudinẽ, conspicua regni incrementa finitimorũ oppressione sortitus, Albiæq; reciprocos fluctus propagatę dominationis labore complexus, haud mediocre claritatis momentũ celeberrimus laudis tuæ titulis adiecisti. Ita antecessorũ famam atq; opinionẽ operum magnitudine supergressus, ne Romani quidem imperij partes armis intentatas liquisti. Cumq; fortitudine & liberalitate instructissimus habearis, plus ne hostes bellis terreas, an ciues humanitate demulceas, ambiguũ reddidisti. Tuus quoq; fulgentissimus auus publicæ religionis titulis consecratus, immeritæq; mortis beneficio immortalitatis gloriam consequutus, nunc sanctitatis fulgore perstringit, quos olim victorijs acquisiuit: ex cuius sanctissimis uulneribus plus uirtutis q; cruoris effluxit. Cęterũ prisco atq; hereditario obsequendi iure, saltem ingenij uiribus tibi militare constituit: cuius clarissimi patris castrẽsem militiã parens, auusq; meus fidissimus bellici laboris operibus coluisse noscuntur. Tuo igitur ductu, respectuq; subnixus, quo cætera liquidius exequar, initium à patriæ nostræ situ, describi ptuq; petere statui, speciosius singula perstricturus, si narrationis procursus competentia rebus loca permetiens, ab eorum positione dicendorũ inchoamenta deduxerit. Huius itaq; regionis extima, partim soli alterius confinio limitanẽ, partim propinqui maris fluctibus includunẽ. Interna uero circunfusus ambit Oceanus, qui sinuosis interstitiorum anfractibus, nunc in angustias freti contractioris euadens, nunc in latitudinẽ sinu diffusiore procurrens, complures insulas creat. Quo fit, ut Dania medijs pelagi fluctibus intercisa, paucas solidi continuiq; tractus partes habeat, quas tanta undarũ interruptio prouaria freti reflexioris obliquitate discriminat. Ex his Iutia granditatis inchoamentiq; ratione Danici regni

B principiũ tenet, quę sicut positione prior, ita situ porrectior Theutonię finibus admouetur. A cuius complexu fluminis Eydori interriuatione discreta, cũ aliquãto latitudinis excremẽto, septentrionẽ uersus in Norici freti littus excurrit. In hac sinus qui Lymicus appellatur, ita piscibus frequens extitit, ut nõ minus alimentorum indigenis, quàm ager omnis exoluere uideaẽ. Huic etiam Fresia minor adiacet, quæ à Iutiæ prominentia subsidentiũ camporũ ac gremij deuexioris inclinara recessu, maximos frugũ prouentus beneficio oceani inundantis assequiẽ. Cuius refluxionis uis, plus utilitatis an periculi incolis afferat, ambiguũ extat. Siquidem tempestatis magnitudine perruptis æstuarijs, quibus apud eos maritimi fluctus intercipi solent, tanta aruis undarũ moles incedere consueuit, ut interdũ non solum agrorũ culta, uerumetiã homines cũ penatibus obruat. Post Iutiam insula ad orientem uersus Fionia reperitur, quã à continenti angusti admodũ æquoris interiectus abrumpit. Hęc sicut ab occasu Iutiam, ita ab ortu Sialandiam prospectat, conspicua necessariarũ rerum ubertate laudandã: quæ insula amœnitate cunctas nostræ regionis prouincias antecedens, mediũ Daniæ locum obtinere putaẽ, ab extimæ remotionis limite pari spaciorũ intercapedine disperata. Ab huius ortiuo latere, occasiuum Scaniæ media pelagi discisit interruptio, opimã prædæ magnitudinem quotannis piscantiũ retibus adigere soliti. Tanta siquidẽ sinus omnis pi- *Scania piscosa*
scium frequẽtia repleri consueuit, ut interdũ impacta nauigia uix remigij conamen eripiat. Nec iam præda artis instrumẽto, sed simplici manus officio capiatur. Cęterũ Hallandia ac Blekingia ab integritate Scanię, ceu rami duplices ex unius arboris stipite promeantes, Gothyę, Noruagiæq; longę declinationis spacijs, diuersisq; recessuũ interstitijs adnectunẽ. Verum apud Blekingiã apta meantibus rupes mirandis literarũ notis interstincta conspiciẽ. Siquidẽ à meridiano mari in deserta Verundię petrosa porrigiẽ semita, quã binæ lineæ exiguo discretæ spacio

S. Kanuti regis commendatio.

Daniæ situs.

C protractis in longũ ductibus amplectunt. Inter quas medium loco planum factis ad legendũ figuris undiq; secus exaratum ostendit. Quod licet adeò situ inequale existat, ut modo montiũ alta proscindat, modo uallium ima prætereat, eodem tamen tenore literarũ uestigia seruare dinoscitur: quarũ significationẽ rex Volde marus sacri Kanuti fausta proles admirationis causa cognoscere cupiẽs, misit qui rupem permeantes patentiũ illic characterũ seriem, curiosiori indagatione colligerent, ac postmodũ uirgulis quibusdã sub ijsdem formarũ apicibus adnotarent. Qui ideo nihil ex eis interpretamenti comprehendere potuerunt, quod ipsa cælaturæ concauitas partim cœno interlita, partim cõmeantium adesa uestigijs, figuratq; protractionis speciem obtrito calle cõfuderat. Vnde conspicuũ est, etiam petrinæ soliditatis rimas diutino madore complutas, aut sordium colluuione, aut irrigua nimborum instillatione concrescere. At quoniã regio hæc Suetiã, Noruagiamq; tam uocis quàm situs affinitate complectitur, earum quoq; sicut & Daniæ partes ac climata memorabo. Quæ prouinciæ septentrionali polo subiectæ, bootemq; & arcton respicientes, ipsum frigentis zonæ paralellũ ultima sui porrectione contingunt: post quas humanis sedibus locum inusitata algoris sæuitia nõ relinquit. Ex quibus Noruagia saxei situs deformitatẽ naturæ sortita discrimine, rupibus infœcunda, ac scopulis undiq; secus obsita, glebarũ uastitate tristes locorũ salebras repræsentat. In cuius parte extima ne noctu quidẽ diurnum sydus occultur, ita ut continui solis præsentia alternos horarũ dedignata successus, utriq; temporis pari luminis administratione deseruiat. Ab huius latere occidentali insula quæ glacialis dicitur, magno circunfusa reperitur oceano, obsoletæ admodũ habitationis tellus, rerumq; ueri fidem excedentiũ, & insolitorũ euentuũ miraculis prædicanda. Illic fons est, qui fumigantis aquæ uitio, natiuam rei cuiuslibet originem demolitur. Sanè quicquid fumi huius exhalatione respergit, in lapideæ naturæ duritiam transmutat: quæ res mirabilior an periculosior existat, in dubio positum constat, cum fluidam aquę teneritudinẽ tantus obsiderit rigor, ut admotum quidlibet fumidoq; eius uapore perfusum, in lapidis proprietatẽ forma duntaxat superstite subita conuersione transmutet. Ibidemq; complures alij latices referuntur, qui modo crescentis lymphæ copijs adaucti, plenisq; exundantes alueis crebras in sublime guttas iaciunt, modo torpentibus scatebris uix ab imo conspecti, profundis subductioris terræ latibulis absorbent. Quo fit, ut exuberantes proxima quæq; spumarũ candore conspergant, exinaniti nullo uisus ingenio capiant. In hac itidem insula mons est, qui rupem sydeream perpetuæ flagrationis æstibus imitatus, incendia sempiterna iugi flammarũ eructatione cõtinuat. Cuius rei admiratio supradictis æquatur, cum tellus extremis subiecta frigoribus tanti caloris fomentis exuberet, ut ignium perennitatẽ arcanis instruat nutrimentis, æternumq; fouendis ardoribus præbeat incentiuũ. Huic etiam insulę certis statutisq; temporibus infinita glaciei aduoluit moles, quæ cum aduentans scabris primum cautibus illidi cœperit, perinde ac remugientibus scopulis fragosæ ex alto uoces, ac uarij inusitatæ cõclamationis strepitus audiunt: quamobrẽ animas ob nocentis uitæ culpam supplicijs addictas, illic algoris magnitudine delictorũ pendere pœnas existimatũ est. Huius itaq; molis excisa particula, quantiscunq; nodorũ condylis obseretur, mox ut supradicta glacies terris auellitur, claustra, custodiamq; frustratur. Stupet animus admiratione plenus, dum res inextricabilibus seris obsita, ac multiplici impedimentorũ perplexione concluſa, sic molis cuius pars erat discessum insequitur, ut omnem obseruationis diligentiã ineuitabilis fugę necessitate decipiat. Est & illic aliud glaciei genus, montiũ iugis ac rupibus interstertum, quod certis uicibus constat superioribus ad ima deiectis, infimisq; rursum ad superna reflexis, uersili quadã mutatione transponi. In cuius assertionis fidem affertur quod

Suetia.

Noruagia.

Islandia.

Fons mirabilis

D

Hegle mons perpetuò ardens.

Pœnarũ locus

Res mira.

A tur, quod quídam dum planũ fortè glaciale percurrerent, in obiectas uoragines, hiantiumq́ rimarum penita prouoluti, paulò post exanimes fuerint, nulla glaciei rimula superstante reperti. Quamobrẽ à compluribus existimari solet, quod quos fundæ glacialis urna deforbuit, eosdem postmodũ supinata reddiderit. Illic etiam fama est pestilentis undæ laticem scaturire, quo quis gustato perinde ac ueneno prosternitur. Sunt & alij fontes, quorum scatebra cerealis poculi proprietatẽ imitari perhibetur. Sunt & ignes, qui cum linum consumere nequeant, aquæ mollitiem depascuntur. Est & saxum, quod montiũ prærupta nõ extrinseca agitatione, sed propria natiuaq́ motione peruolitat. Et ut paulò altius Noruagiæ descriptio replicetur, sciendum quod ab ortu Suetiæ Gothiæq́ cõtermina aquis utrinq́ secus oceani uicinantis includitur: eadem à septentrione regionem ignoti situs ac nominis intuẽt humani cultus expertem, sed monstruosę nouitatis populis abundantem, quã ab aduersis Noruagiæ partibus interflua pelagi separauit immensitas. Quod cum incertæ nauigationis existat, perpaucis eam ingredientibus salutarem reditum tribuit. Cæterũ oceani superior flexus Daniã intersecando prætermeans australem Gothiæ plagam sinu laxiore contingit: inferior uero meatus eius Noruagiæq́ latus septentrionale pręteriens, ad ortum uersus magno cum latitudinis incremento solido limitatur anfractu, quem maris terminũ gentis nostrę ueteres Granduicũ dixere. Igitur inter Granduicũ & meridianũ pelagus breue continentis spacium patet, maria utrinq́ secus allapsa prospectans, quod nisi rerũ natura limitis loco congressis penè fluctibus obiecisset, Suetiam Noruagiamq́ conflui fretorum æstus in insulam redegissent. Harum ortiuas partes Skricfinni incolunt: quæ gens inusitatis assueta uehiculis, montiũ inaccessa uenationis ardore sectatur, locorumq́ complacitas sedes dispendio lubricæ flexionis assequitur.

B Neq́ enim ulla adeò rupes prominet, quin ad eius fastigium callida cursus ambage perueniat. Primo siquidem uallium profunda relinquens, scopulorum radices tortuosa giratione perlabitur, sicq́ meatum crebræ declinationis obliquitate perflectit, donec per sinuosos callium anfractus destinatum loci cacumen exuperet. Eadem apud finitimos mercium loco quorundam animalium pellibus uti consueuit. Suetia uero Daniam ab occasu Noruagiamq́ respiciẽs, à meridie & multa orientis parte uicino præteritur oceano. Post quam ab ortu quoque multiplex diuersitatis barbaricæ consertio reperitur. Danicam uero regionẽ giganteo quondam cultu exercitam, eximię magnitudinis saxa ueterum bustis ac specubus affixa testantur. Quod si quis ui monstruosa patratum ambigat, quorundã montium excelsa suspiciat, dicatq́ si callet, quis eorum uerticibus cautes tantæ granditatis inuexerit. Inopinabile nanq́ quiuis miraculi huius æstimator aduertet, ut molem super plano minime uel difficile mobilem, in tantum montanæ sublimitatis apicem simplex mortalitatis labor, aut usitatus humani roboris conatus extulerit. Vtrum uero talium rerum autores post diluuialis inundationis excursum gigantes extiterint, an uiri corporis uiribus ante alios prædíti, parum notitiæ traditum. Talibus ut nostri autumãt subitam mirandamq́ nunc propinquitatis, nunc absentię potestatem, comparendiq́ ac subterlabendi uicissitudinem, uersilis corporum status indulget, qui hodieq́ scrupeam inaccessamq́ solitudinem (cuius suprà mentionem fecimus) incolere perhibentur. Eiusdem aditus horrendi generis periculis obsitus, raro sui expertoribus incolumitatem regressumq́ concessit. Nunc stylum ad propositum transferam.

Aqua uenenata.

Gigantes olim in Dania.

PRAEFATIONIS FINIS.

SAXONIS GRAMMATICI SIALANDICI VIRI ELOQVENTISSIMI, HISTORIAE DANORVM LIBER PRIMVS.

Danorũ origo

DAN igitur & Angul, à quibus Danorum cœpit origo, patre Humblo procreati, non ſolum conditores gentis noſtræ, uerumetiã rectores fuere. Quanquam Dudo rerum Aquitanicarũ ſcriptor, Dànos à Danais ortos nuncupatosq; recenſeat. Hi licet fauentibus patriæ uotis regni dominio potirent, rerumq; ſummam ob egregia fortitudinis merita aſſentientibus ciuium ſuffragijs obtinerent, regij tamen nominis expertes degebant: cuius uſum nulla tunc temporis apud noſtros conſuetudinũ frequẽtabat autoritas. Ex quibus

Anglorum principiũ.

Angul, à quo gentis Anglicæ principia manaſſe memorię proditũ eſt, nomen ſuum prouinciæ cui præerat aptandũ curauit, leui monumenti genere perennem ſui notitiam traditurus. Cuius ſucceſſores poſtmodũ Britannia potiti, priſcum inſulæ nomen nouo patriæ ſuæ uocabulo permutarũt. Magni id factũ à ueteribus æſtimatũ. Teſtis eſt Beda nõ minima pars diuini ſtyli, qui in Anglia ortus, ſanctiſſimis ſuorum uoluminũ theſauris res patrias ſociare curæ habuit: æque ad religionem pertinere iudicans, patriæ facta literis illuſtrare, & res diuinas conſcribere. Verum à Dan (ut fert anquitas) regum noſtrorũ ſtemmata, ceu quodam deriuata

D

principio, ſplendido ſucceſſionis ordine profluxerũt. Huic filij Humblus & Lotherus fuere, ex Grytha ſummæ inter Theutones dignitatis matrona ſuſcepti. Le

Eligendi regis Danorum mos priſcus.

cturi regẽ ueteres affixis humo ſaxis inſiſtere, ſuffragiaq; promere conſueuerant, ſubiectorũ lapidum firmitate facti conſtantiã ominaturi. Quo ritu Humblus decedente patre, nouo patriæ beneficio rex creatus, ſequentis fortunæ malignitate ex rege priuatus euaſit. Bello ſiquidẽ à Lothero captus, regni depoſitione ſpiritũ mercatus eſt: hæc ſola quippe uicto ſalutis conditio reddebat. Ita fraternis iniurijs imperiũ abdicare coactus, documentũ hominibus prębuit, ut plus ſplendoris, ita minus ſecuritatis aulis quàm tugurijs ineſſe. Cęterũ iniurię tam patiens fuit, ut honoris damno tanquã beneficio gratulari crederetur: ſagaciter, ut puto, regiæ conditionis habitũ contemplatus. Sed nec Lotherus tolerabiliorẽ regem quàm militem egit, ut prorſus inſolentia ac ſcelere regnũ auſpicari uideretur: ſiquidem illuſtriſſimum quenq; uita aut opibus ſpoliare, patriamq; bonis ciuibus uacuefacere, probitatis loco duxit: regni æmulos ratus, quos nobilitate pares habuerat. Nec diu ſcelerum impunitus, patriæ conſternatione perimitur, eadem ſpiritũ eripiente, quæ regnum largita fuerat. Cuius filius Skyoldus naturam ab ipſo, non mores ſortitus, per ſummã tenerioris ætatis induſtriã, cuncta paternę contagionis ueſtigia ingeniti erroris deuio præteribat. Igitur ut à paternis uitijs prudenter deſciuit, ita auitis uirtutibus feliciter reſpondit, remotiorem pariter ac præſtantiorem hæreditarij moris portionem amplexus. Huius adoleſcentia inter paternos uenatores immanis belluæ ſubactione inſignis extitit, mirãdoq; rei euentu futurę eius fortitudinis habitũ ominata eſt. Nam cum à tutoribus fortè, quorũ ſummo ſtudio educabatur, inſpectandæ uenationis licentiam impetraſſet, obuium ſibi inſolitæ granditatis urſum telo uacuus, cingulo cuius uſum habebat religandum curauit, necandumq; comitibus præbuit. Sed & complures ſpectatæ fortitudinis pugiles per idem tempus uiritim ab eo ſuperati produntur: è quibus Attalus & Scatus,

clari

A clari illustresq; fuere. Quindecim annos natus, inusitato corporis incremẽto perfectissimũ humani roboris specimen præferebat, tantaq; indolis eius experimẽta fuere, ut ab ipso cæteri Danorum reges, cõmuni quodam uocabulo Skioldungi nuncuparentur. Idem perditam & eneruam uitam agentes, continẽtiamq; luxu labefacere solitos, ad capessendã uirtutem rerum agitatione sedulus excitabat. Præcurrebat igitur Skioldus uirium complementum animi maturitate, conflictusq; gessit, quorũ uix spectator ob teneritudinẽ esse poterat, in quo annorũ uirtutisq; procursu ob Auildam quã summæ pulchritudinis intuitu postulabat, cum Scato Alemaniæ satrapa eiusdem puellæ competitore, Theutonũ Danorumq; exercitu inspectante, ex prouocatione dimicauit, interfectoq; eo omnẽ Alemannorũ gentem, perinde ac ducis sui interitu debellatã, tributaria ditione perdomuit. Hic nõ armis modo, uerumetiã patriæ charitate conspicuus extitit: siquidẽ impias leges abrogauit, salutares tulit, & quicquid ad emendandũ patriæ statum attinuit, summa diligentia præstitit. Sed & regnũ patris improbitate amissum, uirtute recuperauit. Primus rescindendarũ manumissionum legem ædidit. Serui quem libertate donauerat clandestinis insidijs petitus, acrem pœnam exegit, tanquam in omnium libertorum pœnam unius crimen redundare par esset. Omnium æs alienum ex fisco suo soluebat, & quasi cum aliorum regum fortitudine, munificentia ac liberalitate certabat. Aegros fomentis prosequi, remediaq; grauiter affectis benignius exhibere solebat: se non sui, sed patriæ curam suscepisse testatus. Proceres non solum domesticis stipendijs colebat, sed etiam spolijs ex hoste quæsitis, affirmare solitus, pecuniam ad milites, gloriam ad ducem redundare debere. Puellam cuius amore conflixerat, acerrimo nuptiarum æmulo liberatus, in pugnę præmium recepit, eamq; sibi matrimonio copulauit. Ex qua paulò post Gram filium sustulit. Cuius mirifica indoles ita paternas uirtutes redoluit, ut prorsus per earum

Pulcherrimũ regis dictum.

B uestigia decurrere putaretur. Corporis animiq; præstantissimis dotibus prædita adolescentiam ad summum gloriæ statum prouexit, tantumq; magnitudini eius à posteris tributum est, ut in uetustissimis Danorum carminibus ipsius uocabulo regia nobilitas censeatur. Quicquid ad firmãdas acuendasq; uires attinuit, acerrima ingenij exercitatione tractabat. A gladiatoribus uitandi inferendiq; ictus, cõsuetudinem studioso exercitij genere contrahebat. Educatoris sui Roarij filiam coæuam sibi collactaneamq;, quo maiorem incunabulis gratiam referret, uxorem adsciuit, quam postmodum Besso cuidam, quod eius strenua opera sæpenumero usus fuerat, mercedis loco coniugem tribuit. Quo bellicorum operum socio fretus, plus gloriæ sua an Bessi uirtute contraxerit, incertum reliquit. Qui cum fortè Sueonum regis Sictrugi filiam Gro gigantum cuidam desponsam cognosceret, tam indignam regio sanguine copulam execratus, bellum Suethicum auspicatur, Herculeæ uirtutis exemplo monstrorum nisibus obstaturus. Inita Gothia cum deturbandorum obuiorum gratia caprinis tergoribus amictus incederet, ac uarijs ferarum pellibus circumamictus, horrificumq; dextra gestamen complexus giganteas simularet exuuias, ipsam Gro sylueſtres fortè latices cum paucis admodum pedissequis lauandi gratia petentem, equo obuiam habuit. Quæ sponsum adesse rata, simulq; tam insoliti cultus horrore muliebriter territa, succussis frenis maxima cum totius corporis trepidatione, patrio carmine sic cœpit:

Conspicor inuisum regi uenisse gigantem,
Et gressu medias obtenebrare uias,
Aut oculis fallor, nam tegmine sæpe ferino
Contigit audaces delituisse uiros.

C Cui Beſſus ſic orſus. Tum Gro.
Virgo caballi Quis rogo ueſtrum Ne proprio uos Triſtia nobis
Quæ præmis armos Dirigit agmen? Opprimat oẽs Funera uirgo?
Verba uiciſſim Quo duce ſigna Agmine Sictrug; Ad quem Gro.
Mutua fundens, Bellica fertis? Inq; feroci En ferar iſthinc
Quod tibi nomen Quis moderatur Stipite figat Nota reuiſens
Qua fueris dic Prælia princeps, Illaqueato Tecta parentis,
Gente creata? Quo ue paratur Guttura nexu, Ne uenientis
Ad hæc Gro. Præſtite bellum? Detq; rigenti Conſpicer audax
Gro mihi nomen, Contrà ſic Beſſus. Corpora nodo, Agmina fratris.
Rex pater extat Gram regit agmen Ac male toruus Vos remeantes
Sanguine fulgens Marte beatus, Trudat edaci Vltima queſo
Fulgidus armis. Quem metus aut uis Funera coruo. Fata morentur.
Tu quoque qui ſis Flectere neſcit, Iterum Beſſus. Ad quã Beſſus.
Aut ſatus unde Nec rogus ardens Gram prior illũ Leta reuiſe
Promito nobis. Nec ferus enſis Manibus addet Nata parentem,
Cui Beſſus. Aut maris unquam Ac dabit orco, Nec cita nobis
Beſſus ego ſum Terruit æſtus. Quàm ſua fatis Fata precare,
Fortis in armis Hoc duce belli Lumina claudat, Nec tua bilis
Trux inimicis Signa leuamus Inq; pauenda Pectora pulſet.
Gentibus horror Aurea uirgo. Vertice plexum Nanq; petenti
Atque alieno Rurſum Gro. Tartara mittet. Aſpera primum
Sæpe refundens Hinc remeantes Nulla Sueuorũ Difficilisq;
Sanguine dextram. Vertite curſum, Caſtra timemus, Sæpe ſecundo
Quid minitaris Fœmina cedit.

D Poſt hæc Gram horrendę monſtruoſæq; uocis habitum trucioris ſoni modulis æmulatus, ſilentijq; diuturnioris impatiens, talibus puellam dictis aggreditur:

Ne timeat rabidi germanum uirgo gigantis,
Me neq; contiguum palleat eſſe ſibi.
A Grip miſſus enim nunquam niſi compare uoto
Fulcra puellarum concubitumq; peto.
Cui Gro.
Quæ ſenſus exors ſcortum uelit eſſe gigantum?
Aut quæ monſtriferum poſſit amare torum?
Quæ coniunx fore dæmonum poſſit monſtrigeni conſcia ſeminis?
Suumq; gigantifero conſociare uelit cubile?
Quis ſpina digitos fouet? Quis ſyncera luto miſceat oſcula?
Quis membra iungat hiſpida læuibus impariter locatis?
Cum natura reclamitat, haud plenum Veneris carpitur ocium,
Nec congruit monſtris amor fœmineo celebratus uſu.
Gram contrà.
Regum colla potentium uictrici toties perdomui meorum,
Faſtus reorum turgidos, exuperatis potiore dextra.
Hinc aurum rutilans cape, quo perpes maneat pactio munere,
Ac firma conſiſtat fides Coniugijs adhibenda noſtris.

Quo dicto, diſcuſſis laruis natiuũ oris decorẽ confeſſus, tantum penè uoluptatis uno ſui aſpectu puellę attulit, quantũ adulterino terroris incuſſit: quã etiam formæ ſuæ luculentia ad concubitũ prouocatã, amatorijs donis proſequi non omiſit. Progreſſus ex obuijs cognoſcit binis callem latronibus obſideri. Quos ad ſe ſpoliandum cupidius proruentes, ſolo exanimauit impulſu. Quo facto ne ullũ hoſtili ſolo beneficiũ attuliſſe uideret, peremptorũ corpora ſubiectis affixa ſtipitibus,

ſimulata

A simulata pedũ erectione distendit, ut quibus re nocuerant uiui, specie minarẽtur extincti, post fata quoq; formidabiles forent, nec iter imagine minus q̃ opere præ pedirent. Quamobrẽ constat eum latrones interimendo sibi, nõ Suetiæ consulere studuisse: cuius quanto odio teneretur, tam insignis facti indicio patefecit. Qui cum ab aruspicibus accepisset, nisi auro Sictrugum superare nõ posse, continuò ligneæ clauæ nexilem auri nodum adiecit, eaq; bello quo regem aggrediebatur instructus, uoti se compotem fecit. Quod factum Bessus impensiori laudationis genere prosecutus sic cecinit:

Gram ferus clauæ gerulus beatæ
Nescius ferri celebrabat ictu
Ensis obtentum pepulitq; trunco
Tela potentis.
Fata sectatus superumq; mentem
Sueonum pressit decus impotentum
Dum neci regem dedit & rigenti
Contudit auro.
Nanq; pugnaces meditatus arces
Robur amplexu rutilum gerebat
Et ducem uictor nitido supinum
Verbere torsit.
Fata quem ferro perimi uetabant
Aureo prudens domuit rigore,
Ense dum cassus potiore gessit
Bella metallo.
Clarius post hoc Agathum manebit
B Agnitum late meliore fama
Cui suus laudem decorisq; culmen
Arrogat autor.

Occiso Suetiæ rege Sictrugo, Gram quæsitũ armis imperiũ possessione firmare cupiens, Suarinũ Gothiæ præfectũ ob affectati regni suspicionẽ in pugnę certamen deuocatũ oppressit: fratresq; eius septem matrimonio, nouem pellice procreatos, impari dimicationis genere fraternæ necis ultionẽ petentes, absumpsit. Hunc pater ultimæ iam ætatis ob res egregie gestas imperij cõsortione donauit, regniq; summã cum sanguine suo cõmunicare, quàm in occiduæ uitæ statu sine participe gerere, tum utilius, tum etiam cõmodius duxit. Igitur cum Ringo splendido Sialandiæ loco natus, alterũ ex his honori intempestiuũ, alterũ iam uirium cursu defunctũ putaret, infirmã utriusq; ętatem causatus, nouarũ rerum studio maiorem Danorũ partem solicitat, hunc puerilis, illum senilis animi deliramento regię potestati inhabilem protestando. A quibus bello obtritus documento hoĩbus fuit, nullam ætatis partem uirtuti incongruã existimari debere. Alia quoq; complura Gram regis facinora fuere. Aduersus Sumblũ Phinnorũ regem bellũ professus, ad aspectũ filiæ eius Signes depositis armis, ex hoste procus euasit, eamq; promisso coniugis suæ repudio pactus despondit. Quã cum bello Noruagico q̃d aduersum Suuibdagerũ regem ob sororis filiæq; stuprũ susceperat admodũ occupatus, Saxoniæ regi Henrico Sumbli perfidia in matrimoniũ promissam, nuncio didicisset, propior uirginis, quàm militũ charitati, relicto exercitu tacitus in Phinniam contendit, inchoatisq; iam nuptijs superueniẽs, extremæ uilitatis ueste sumpta, despicabili sedendi loco discubuit. Rogatus quidnã afferret, medendi solertiam profitetur. Ad postremũ omnibus ebrietate madentibus, puellam intuens, medijs perstrepentis conuiuij gaudijs per summam fœmineæ leuitatis execra-

C tionem, maximamq; uirtutũ ſuarum gloriationẽ, indignationis magnitudinem huiuſmodi carmine patefecit:

Solus in octo pariter ſpicula mortis egi,
Atque nouenos gladio corripui reducto,
Quando Suarinum exanimaui titulis abuſum,
Nec meritum conciliantis ſibi nomen. unde
Sæpe cruentum nece ferrum madidumq; cæde
Sanguine tinxi peregrino, timuiq; nunquam
Ad crepitus enſiculi, uel galeæ nitorem.
Nunc male me proijciens fert aliena uota
Filia Sumbli fera Signe, uetus execrata
Fœdus, & incompoſitum concipiens amorem,
Fœmineæ dat leuitatis facinus notandum
Quæ proceres illaqueat, pellicit atque fœdat.
Ante alios ingenuos præcipue refellens,
Nec ſtabilis permanet ulli, titubatq; ſemper,
Ancipites parturiens, diuiduosq; motus.

Et cum dicto diſcubitu euolans Henricũ inter ſacra menſæ & amicorũ complexus obtruncat, ſpõſamq; mediis abſtractã pronubis magna conuiuarũ parte proſtrata ſecum nauigio deportat. Igitur nuptijs in exequias uerſis, doceri Finni potuerunt, alienis amoribus manus iniici nõ oportere. His geſtis à rege Noruagiæ Suuibdagero, dum ſtupratæ ſororis iniuriã ac laceſſitã filię pudicitiã ulciſci conat, opprimitur. Hoc prælio Saxonis inſigne copijs fuit, quas ad auxilia Suuibdagero ferenda nõ tam ipſius charitas, q; Henricianæ ultionis cupiditas prouocabat. Filij Gram, Guthormus & Hadingus, quorũ alterũ Gro, alterũ Signe enixa eſt, Suuib
D dagero Daniã obtinẽte, per educatorẽ ſuum Brache naue Suetiam deportati Vagnophro & Haphlio gigantibus, nõ ſolum alendi, uerumetiã defenſandi traduntur. Quorũ ſummatim opera perſtricturus, ne publicę exiſtimationi contraria aut ueri fidem excedentia fidenter aſtruere uidear, noſſe operæpretium eſt, triplex quondã Mathematicorũ genus inauditi generis miracula diſcretis exercuiſſe prę ſtigijs. Horũ primi fuere monſtruoſi generis uiri, quos Gigantes antiquitas nominauit, humanæ magnitudinis habitũ eximia corporũ granditate uincẽtes. Secũdi poſt hos primã phyſiculandi ſolertiã obtinentes, artem poſſedere Phytonicã: qui quantũ ſuperioribus habitu ceſſere corporeo, tantũ uiuaci mentis ingenio prę ſtiterunt. Hos inter gigantesq; de rerũ ſumma bellis certabat aſſiduis, quoad magi uictores giganteũ armis genus ſubigerẽt, ſibiq; non ſolum regnandi ius, uerumetiam diuinitatis opinionẽ conſciſcerent. Horũ utriq; per ſummã ludificandorũ oculorũ peritiã, proprios alienosq; uultus, uarijs rerũ imaginibus adumbrare calebant, illicibusq; formis ueros obſcurare conſpectus. Tertij uero generis hoies, ex alterna ſuperiorum copula pullulantes, autorum ſuorum naturæ, nec corporum magnitudine, nec artiũ exercitio reſpõdebant. His tamen apud deluſas prę ſtigijs mentes diuinitatis acceſſit opinio. Nec mirandũ, ſi prodigialibus eorũ portentis adducta barbaries, in adulterinæ religionis cultum cõceſſerit, cum latinorũ q; prudentiã perlexerit taliũ quorundã diuinis honoribus celebrata mortalitas. Hæc idcirco tetigerim, ne cum præſtigia portenta ue perſcripſero, lectoris incredula refrageť opinio. His prętermiſſis, propoſitũ repetã. Occiſo Gram, Suuibdagerus Daniæ Suetiæq; imperijs auctus, fratrem cõiugis Guthormũ, eadẽ ſæpius flagitante exilio abductum, tributaq; pollicitũ Danis præfecit, Hadingo patris ultionem hoſtis beneficio præferente. Hic primis adoleſcentiæ temporibus feliciſſimis naturæ incrementis ſummam uirilis ætatis perfectionem ſortitus, omiſſo

Mathematicorum genus triplex.

A uoluptatis ſtudio, continua armorum meditatione flagrabat, memor ſe bellicoſo patre natum, omne uitæ tempus ſpectatis militiæ operibus exigere debere. Cuius fortem animum Harthgrepa Vagnhoſthi filia, amoris ſui illecebris emollire conata, ſedula affirmatione certabat, oportere eum primum genialis tori munus ſuis irrogare connubijs, quę infantiæ eius exactioris curæ fomenta porrexerit, primaq; ſubminiſtrarit crepundia. Nec ſimplici uerborum exhortatione contenta, carminis quoque modo ſic orſa:

Quid tibi ſic uaga uita fluit?
Quid cœlebs tua luſtra teris?
Arma ſequens iugulum ſitiens?
Nec ſpecies tua uota trahit.
Eximia raperis rabie
Labilis in Venerem minime.
Cædibus atque cruore madens
Bella toris potiora probas.
Nec ſtimulis animum recreas,
Ocia nulla fero ſubeunt.
Luſus abeſt, feritas colitur,
Nec manus impietate uacat
Dum Venerem coluiſſe piget.
Cedat odibilis iſte rigor,
Aduenĭat pius ille calor,
Et Veneris mihi necte fidem,
Quæ puero tibi prima dedi
Vbera lactis, opemq; tuli,
B Officium genitricis agens,
Vſibus officioſa tuis.

Quo corporis eius magnitudinem humanis inhabilem amplexibus referente, cuius naturæ contextum dubium non eſſet giganteo germini reſpondere. Non te moueat (inquit) inſolitus meæ granditatis aſpectus: nunc enim contractioris, nunc capacioris, nunc exilis, nunc defluentis ſubſtantiæ, modo corrugati, modo explicati corporis ſitum arbitraria mutatione transformo: nunc proceritate cœlis inuehor, nunc in hominem anguſtioris habitus ditione componor. Adhuc hæſitante eo, fidemq; dictis habere cunctante, tale carmen adiecit:

Ne paueas noſtri iuuenis commercia lecti,
Corpoream gemina uario ratione figuram,
Et duplicem neruis legem præſcribere ſueui.
Nam ſequor alternas diuerſo ſchemate formas
Arbitrio uariata meo, nunc ſydera ceruix
Aequat, & excelſo rapitur uicina tonanti.
Rurſus in humanum ruit inclinata uigorem,
Contiguumq; polo caput in tellure refigit.
Sic leuis in uarios tranſmuto corpora flexus
Ambiguis conſpecta modis: nunc colligit anceps
Strictum membra rigor, nunc gratia corporis alti
Explicat, & ſummas tribuit contingere nubes.
Nunc breuitate premor, nunc laxo poplite tendor
Verſilis, inq; nouos conuerti cærea uultus.
Nec me mirari debet, qui Protea nouit.
Nunc premit effuſos, modo clauſos exerit artus

C Forma ſitus incerta ſui ſpecieſq; biformis,
Quæ nunc extricat, nunc membra reuoluit in orbem.
Exero contractus artus, tenſoſq; ſubinde
Corrugo, uultum formis partita gemellis
Et ſortes complexa duas, maiore feroces
Territo concubitus hominum breuiore capeſſo.

His aſſertis Hadingi concubitu potita, tanto iuuenis amore flagrauit, ut cum eum reuiſendæ patriæ cupidum comperiſſet, uirili more culta proſequi non dubitaret, laboribusq; eius ac periculis intereſſe uoluptatis loco duceret. Quo comite ſuſceptum iter ingreſſa, penatibus forte pernoctatura ſuccedit, quorum defuncti hoſpitis funus mœſtis ducebatur exequijs: ubi magicæ ſpeculationis officio ſuperum mentem rimari cupiens, diris admodum carminibus ligno inſculptis, ijſdemq; linguæ defuncti per Hadingum ſuppoſitis, hac uoce eum horrendum auribus carmen ædere coëgit:

Inferis me qui retraxit execrandus oppetat,
Tartaroq; deuocati ſpiritus pœnas luat.
Quiſquis ab inferna ſede reuocauit
Me functum fatis exanimemq;,
Ac rurſum ſuperas egit in auras,
Sub ſtyge liuenti triſtibus umbris
Perſoluat proprio funere pœnas.
En præter placitum propoſitumq;
Quædam grata parum promere cogor.
Ex hac nanq; pedem ſede ferentes
D Anguſtum nemoris aduenientis
Paſſim dæmonibus præda futuri.
Tunc quæ noſtra chao fata reduxit,
Et dedit hoc rurſum uiſere lumen,
Mire corporeis nexibus indens
Manes elicitos ſollicitando,
Quod niſa eſt temere flebit acerbe.
Inferis me qui retraxit execrandus oppetat,
Tartaroq; deuocati ſpiritus pœnas luat.
Nam cum monſtrigeni turbinis atra lues
Intima conatu preſſerit exta graui,
Atque manus uiuos uerrerit ungue fero,
Artubus auulſis corpora rapta ſecans,
Tunc Hadinge tibi uita ſuperſtes erit,
Nec rapient manes infera regna tuos,
Nec grauis in ſtygias ſpiritus ibit aquas.
Fœmina ſed noſtros crimine preſſa ſuo
Placabit cineres, ipſa futura cinis,
Quæ miſeris umbris huc remeare dedit.
Inferis me qui reduxit execrandus oppetat
Tartaroq; deuocati ſpiritus pœnas luat.

Igitur cum apud prædictũ nemus compacto ramalibus tecto noctem agerent, inuſitatæ grandítatis manus domiciliũ penítus pererrare conſpecta. Quo mõſtro territus Hadingus, nutricis opem implorat. Tunc Harthgrepa artus explicans, ac magno ſe turgore diſtendens, manum arctius comprehenſam alumno prębuit abſcindendam. Ex cuius teterrimis uulneribus plus tabi quàm cruoris manauit.

Cuius

A Cuius facti poſtmodũ ab originis ſuę conſortibus laniata pœnas pependit: neq; illi aut naturæ conditio, aut corporis magnitudo, quo minus infeſtos hoſtium ungues experiretur, opitulata eſt. Spoliatum nutrice Hadingum grandæuus fortè quidam altero orbus oculo, ſolitariũ miſeratus, Liſero cuidam piratæ ſolenni pactionis iure conciliat. Siquidem icturi fœdus ueteres ueſtigia ſua mutui ſanguinis aſperſione perfundere conſueuerant, amicitiarũ pignus alterni cruoris commercio firmaturi. Quo pacto Liſerus & Hadingus arctiſſimis ſocietatis uinculis colligati, Lokero Curetum tyranno bellum denunciant. Quibus ſuperatis fugientem Hadingũ prædictus ſenex ad penates ſuos equo deuehendum curauit, ibiq; ſuauiſſimę cuiuſdã potionis beneficio recreatũ, uegetiori corporis firmitate conſtaturum prædixit. Cuius augurij monitum huiuſmodi carmine probauit:

Iciendi fœderis mos apud priſcos.

Hinc te tendentem greſſus profugum ratus hoſtis
Impetet ut teneat uinclis, faucisq; ferinæ
Obiectet depaſcendum laniatibus: at tu
Cuſtodes uarijs rerum narratibus imple.
Cumq; ſopor dapibus functos exceperit altus,
Iniectos nexus, & uincula dira relide.
Inde pedem referens, ubi ſe mora paruula fundet
Viribus in rapidum totis aſſurge leonem,
Qui captiuorum iactare cadauera ſueuit,
Inq; truces armos ualidis conare lacertis,
Et cordis fibras ferro rimare patenti.
Protinus admiſſa uapidum cape fauce cruorem,
Corporeamq; dapem mordacibus attere malis.
B Tunc noua uis membris aderit, tunc robora neruis
Succedent inopina tuis, ſolidiq; uigoris
Congeries penitus neruoſos illinet artus.
Ipſe ſtruam uotis aditum, famulosq; ſopore
Conficiam, & lenta ſtertentes nocte tenebo.

Et cum dicto relatum equo iuuenem priſtino loco reſtituit. Tunc Hadingus amiculi eius rimas ſub quo trepidus delitebat, per ſummã rerum admirationẽ uiſus perſpicuitate traijciens, animaduertit equinis freta patêre ueſtigijs, prohibitusq; rei inconceſſæ captare conſpectũ, plenos ſtuporis oculos à terribili itinerũ ſuorum contemplatione deflexit. Qui cum à Lokero captus, omnem prædictionis euentum certiſſimis rerum experimẽtis circa ſe peractum ſenſiſſet, Handuua num Helleſponti regem apud Dunam urbem inuictis murorum præſidijs uallatum, mœnibusq; nouatiæ reſiſtentem bello pertentat. Quorũ faſtigio oppugnationis aditum prohibente, diuerſi generis aues loci illius domicilijs aſſuetas per aucupij peritos prendi iuſſit, earumq; pennis accenſos igne fungos ſuffigi curauit: quæ propria nidorum hoſpitia repetentes, urbem incendio compleuere. Cuius extinguendi gratia concurrentibus oppidanis, uacuas defenſoribus portas reliquerunt. Adortus Handuuanũ cepit, eiq; redemptionis nomine corpus ſuum auro rependendi poteſtatẽ fecit: cumq; hoſtem tollere liceret, ſpiritu donare maluit, adeò ſæuitiam clementia temperabat. Poſt hæc multo orientaliũ robore debellato, Suetiam reuerſus Suuibdagerũ apud Gudlandiã ingenti claſſe obuium pugna adortus oppreſſit. Sicq; nõ ſolum exterorum manubijs, uerumetiã paternæ fraternæq; uindictæ trophæis ad eminentem claritatis gradum prouectus, exilio regnum mutauit, cui patriam nõ antè repetere quàm regere contigit. Ea tempeſtate cum Othinus quidam europa tota falſo diuinitatis titulo cenſeretur, apud Vpſalam tamen crebriorem diuerſandi uſum habebat: eamq; ſiue ob incolarum

Stratagemá elegans.

C inertiam, siue locorum amœnitatẽ, singulari quadam habitationis consuetudine dignabatur. Cuius numen septentrionis reges propensiore cultu prosequi cupientes, effigiem ipsius aureo complexi simulacro, statuã suæ dignationis indicem maxima cum religionis simulatione Byzantium transmiserunt: cuius etiam brachiorum lineamenta, confertissimo armillarum pondere perstringebant. Ille tanta sui celebritate gauisus, mittentiũ charitatem cupide exosculatus est. Cuius coniunx Frigga quo cultior progredi posset, ascitis fabris, aurum statuæ detrahendũ curauit. Quibus Othinus suspendio cõsumptis, statuam in crepidine collocauit, quam etiam mira artis industria ad humanos tactus uocalem reddidit. At nihilominus Frigga cultus sui nitorem diuinis mariti honoribus anteponens, uni familiarium se stupro subiecit, cuius ingenio simulacrum demolita, aurum publicæ superstitioni consecratũ, ad priuati luxus instrumentum conuertit. Nec pensi duxit impudicitiam sectari, quo promptius auaritia frueretur. Indigna fœmina quæ numinis cõiugio potiretur. Hoc loci quid aliud adiecerim, quàm tale numen hac coniuge dignum extitisse? Tanto quondam errore mortalium ludificabantur ingenia. Igitur Othinus gemina uxoris iniuria lacessitus, haud leuius imaginis suæ quàm tori læsione dolebat. Duplici itaq; ruboris irritamento perstrictus, plenum ingenui pudoris exilium carpsit, eoq; se contracti dedecoris sordes aboliturum putauit. Cuius secessu Mithotyn quidã præstigijs celeber, perinde ac cœlesti beneficio uegetatus, occasionẽ & ipse fingendę diuinitatis arripuit, barbarasq; mentes nouis erroris tenebris circunfusas, præstigiarum fama ad cerimonias suo nomini persoluendas adduxit. Hic deorum iram, aut numinum uiolationem confusis permixtisq; sacrificijs expiari negabat: ideoq; eis uota communiter nuncupari prohibebat, discreta superum cuiq; libamenta constituens. Qui cum Othino re-
D deunte, relicta præstigiarum ope, latendi gratia Pheoniam accessisset, concursu incolarũ occiditur. Cuius extincti quoq; flagitia patuêre: siquidẽ busto suo propinquantes, repentino mortis genere consumebat, tantasq; post fata pestes ædidit, ut penè tetriora mortis quàm uitæ monumenta dedisse uideretur, perinde ac necis suæ pœnas à noxijs exacturus. Quo malo obfusi incolæ, egestum tumulo corpus capite spoliant, acuto pectus stipite transfigentes: id genti remedio fuit. Post hæc Othinus coniugis fato pristinæ claritatis opinione recuperata, ac ueluti expiata diuinitatis infamia ab exilio regressus, cunctos qui per absentiã suam cœlestium honorum titulos gesserant, tanquã alienos deponere coëgit, subortosq; magorum cœtus, ueluti tenebras quasdam superueniẽte numinis sui fulgore discussit. Nec solum eos deponendæ diuinitatis, uerumetiam deferendæ patriæ imperio cõstrinxit, meritò terris extrudendos ratus, qui se cœlis tam nequiter ingerebant. Interea Asmundus Suuibdageri filius, in ultionem patris pugna cum Hadingo congressus, ut filium Henricũ, cuius charitatem etiam proprio spiritui preferebat, fortissime dimicantem occidisse cognouit, auido fati animo lucem perosus, tali carmen uoce compegit:

Quis nostra fortis ausit arma sumere?
Nil proficit cassis uacillanti nitens.
Lorica iam nec commode fusum tegit.
Armis ouemus interempto filio.
Cuius mori me cogit imminens amor.
Charo superstes ne relinquar pignori,
Vtraq; ferrum comprimi iuuat manu.
Nunc bella præter scuta nudo pectore
Exerceamus fulgidis mucronibus.
Ferocitatis fama nostræ luceat,

Audacter

A Audacter agmen obteramus hostícum.
Nec longa nos exasperent certamina,
Fugaq; fractus conquiescat impetus.

Quo dicto, geminam capulo manum iniícíens absq; periculi respectu reflexo in tergum clypeo, complures in necem egit. Igitur Hadingo familiarium sibi numinum præsidia postulante, subitò Vagnostus partibus eius propugnaturus aduehitur. Cuius aduncum Asmundus gladium contemplatus, hoc in uocem carmine clamabundus erupit:

Quid gladío pugnas incuruo?
Ensículus fato tibí fiet,
Framea torta necem generabit.
Hostem nanque manu superandũ
Carmínibus lacerarí fidís,
Plus uerbís quàm uí conníSus,
In magna uires ope ponens.
Quíd me sícumbone retundís
Audací iaculo minítando?
Cum sis crímínibus míserandís
Obsítus & maculís refertus.
Infamís sic te nota sparsit
Putentem uitíjs labeonem.

Hæc uociferantem Hadingus hasta traijcit amentata. Sed nec mortis Asmundo solatia defuere: siquidem inter exiguas uitæ reliquias, uulneratum interfectoris pedem, perpetua claudicatione mulctauit, clademq; suam, paruulo ultionis
B momento memorabilem reddidit. Ita alterum membri debilitas, alterum uitæ finis excepit. Corpus eius solenni funere elatum apud Vpsalam regijs procuratur exequijs. Cuius coniux Gunnilda ne ei supereSSet, spíritum sibí ferro surripuit, uirumq; fato insequí, quàm uita deserere præoptauit. Huius corpus amici sepulturæ mandantes, mariti cineribus adiunxerunt: dignam eius tumulo rati, cuius charitatem uitæ prætulerat. Iacet itaq; Gunnilda aliquanto speciosius uirum busti quàm tori societate complexa. Post hæc Hadingo uictore Suetiam populante, Asmundi filius Vffo nomine, conserendæ manus diffidentia adductus, in Daniam exercitum traijcit, hostilesq; lares incessere, quàm proprios tueri satius duxit: opportunum propulsandarum iniuriarum genus existimans, quod ab hoste paterétur inferre. Ita Danis ad propria defensanda redire compulsis, salutemq; patriæ exterarum rerum dominio præferentibus, domesticum solum hostilibus armis uacuefactum repetijt. Igitur cum Hadingus è bello Suetico regressus, ærarium suum quo bellis ac spolijs quæsitas opes excipere consueuit, furto uiolatum animaduerteret, continuò custodem eius Glumerum suspendio consumpsit, callidoq; commenti genere edixit, ut si quis è noxijs ablata referre curasSet, honoris locum quem Glumerus possederat obtineret. Quo promisso, sontium quidam beneficij percipiendi quàm crimínis tegendi studiosior redditus, pecuniam regi reportandam curauit. Quem conscij in summam principis amicitiam receptum putantes, nec uberius quàm fidelius honoratum credentes, & ipsi pari pręmij spe relatis pecunijs, reatum detegunt. Quorum confessio primum honoribus ac beneficijs excepta, mox supplicijs punita, hud paruum uitandæ crudelitatis documentum reliquit. Dignos dixerim qui solutæ taciturnitatis pœnas patibulis luerent, quos cum silentij salubritas tutos pręstare posSet, uocis stoliditas in exitium pertraxit. His gestis, Hadingus per summum integrandi belli apparatum hyberna permensus, uerno sole frigoribus liquatis Suetiam repetit, ibiq; lustrum míli-

Calliditas Hadingi.

C tando confecit. Cuius milites diuturnę expeditionis negocio consumptis alimentis ad ultimam penè tabem redacti, syluestribus fungis famem lenire cœperunt. Tandem per summam necessitatis indigentiam commanducatis equis, ad postremum canina cadauera corporibus indulserunt. Sed neq; humanis artubus uesci nephas habitum. Itaq; Danis in extremas desperationis angustias compulsis, nocte concubia sine autore tale castris carmen insonuit:

Danorum fames ingens.

Tetro penates omine patrios
Liquistis, hoc rus Marte sequi rati.
Quæ uana mentes ludit opinio?
Quæ cæca sensus corripuit fides?
Hoc arbitrantes posse solum capi?
Non amplitudo Suetica cedere,
Non exterorum Marte ualet quati.
At summa uestri defluet agminis,
Cum Marte uestros cœperit aggredi.
Nam cum ferocem uim fuga soluerit
Et prælíorum pars uaga labitur
In terga dantes Marte prioribus
Cædis potestas liberior datur,
Maiorq; ferri parta licentia
Cum sors rebellem præcipitem fugat,
Nec tela tendat, quem metus abstrahit.

Quod præsagiũ crebra Danorũ cæde sequẽs lucis euentus impleuit. Nocte posterà uocẽ huiusmodi incerto autore æditã, Suetica auribus iuuentus excepit:

D Quid me sic Vffo prouocat seditione graui
Pœnas daturus ultimas? confodietur enim
Multa premendus cuspide, exanimisq; ruet
Audaciam cœpti luens. nec petulantis erit
Liuoris intactum scelus, augurioq; meo
Cum bella primum gesserit, contuleritq; manum,
Excepta membris spicula corpus ubiq; petent,
Crudosq; hiatus uulnerum fascia nulla premet,
Nec ampla plagarum loca contrahet ulla salus.

Eadem nocte congressis exercitibus, duo senes humano habitu tetriores, capitibus coma uacuis, inter syderum micatus, triste uisu caluitium præferentes, contrarijs uotorum studijs, monstriferos diuisere conatus. Siquidem alter Danorum partibus intendebat, alter Sueonum studiosus extabat. Victus Hadingus cum in Helsingiam confugisset, ibiq; Solis feruore percalefactum corpus frigida maris aqua sublueret, inauditi generis belluam, crebris ictibus attentatam oppressit, necatamq; in castra perferendam curauit. Quem facto ouantem obuia fœmina hac uoce compellat:

Seu pede rura teras, seu ponto carbasa tendas,
Infestos patiere deos, totumq; per orbem
Propositis inimica tuis elementa uidebis.
Rure rues, quatiere mari, dabiturq; uaganti
Perpetuus tibi turbo comes: nec deseret unquã
Vela rigor: nec tecta tegent, quæ si petis icta
Tempestate ruent, diro pecus occidet algu.
Omnia præsentis sortem uitiata dolebunt.
Vt scabies fugiere nocens, nec tetrior ulla

A Peſtis erit, tantum pœnæ uis cœlica penſat.
Quippe unum è ſuperis alieno corpore tectum
Sacrilegæ necuere manus: ſic numinis almi
Interfector ades. Sed cum te exceperit æquor,
Carceris æolici laxos patiere furores.
Te Zephyrus Boreasq; ruens, te proteret Auſter,
Et coniuratos certabunt edere flatus,
Donec diuinum uoto meliore rigorem
Solueris, & meritam tuleris placamine pœnam.

Regreſſus igitur Hadingus, eodemq; cũcta tenore perpeſſus, tranquilla quęq; proprio turbidabat aduentu. Siquidem nauigante eo oborta nimbi uis ingenti claſſem tempeſtate conſumpſit. Naufragum hoſpitia petentem, ſubita penatium ſtrages excepit. Nec antè malo remediũ fuit, quàm ſcelere ſacrificijs expiato, cum ſuperis in gratiã redire potuiſſet. Siquidem propitiandorũ numinum gratia, Fro deo rem diuinam furuis hoſtijs fecit: quem litationis morem annuo feriarum circuitu repetitum, poſteris imitandũ reliquit. Fro Blod Sueones uocãt. Cumq; forte gigantum quendam Nitherorum regis Haquini filiam Regnildam pactũ animaduerteret, indignam rei conditionem peroſus, per ſummam futurę copulæ deteſtationem ingenuo auſu nuptias præcucurrit, Noruagiamq; profectus, tam fœdum regiæ uirginis amatorẽ armis oppreſſit. Adeò nanq; uirtutem ocio prætulit, ut cum regijs delicijs frui liceret, non ſolum ſuas, uerumetiam alienas iniurias propulſare omni uoluptate iocundius duceret. Autorem beneficij puella crebris obtuſum uulneribus ignara medendi cura proſequit̃. Cuius ne notitiam ſibi temporis interiectus eriperet, crus eius annulo uulneri incluſo obſignatum reliquit.

B Eadem poſtmodũ à patre eligendi mariti libertate donata, contractam conuiuio iuuentutem curioſiore corporum attrectatione luſtrabat, depoſita quondam inſignia perquirens. Spretis omnibus, Hadingum latentis annuli indicio deprehenſum amplectitur, eiq; ſe coniugem donat, qui coniugio ſuo gigantem potiri paſſus nõ fuerat. Apud quam diuerſantem Hadingo mirum dictu prodigiũ incidit. Siquidem cœnante eo, fœmina cicutarum gerula, propter foculum humo caput extuliſſe conſpecta, porrectoq; ſinu percunctari uiſa, qua mundi parte tam recentia gramina brumali tempore fuiſſent exorta. Cuius cognoſcẽdi cupidum regem proprio obuolutũ amiculo, refuga ſecum ſub terras abduxit. Credo dijs infernalibus ita deſtinantibus, ut in ea loca uiuus adduceretur, quę morienti petenda fuerat. Primũ igitur uapidæ cuiuſdam caliginis nubilum penetrantes, perq; callem diuturnis adeſum meatibus incedentes, quoſdam prætextatos, amictoſq; oſtro proceres conſpicantur: quibus præteritis loca demum aprica ſubeunt, quæ delata à fœmina gramina protulerunt: progreſſiq; præcipitis lapſus ac liuentis aquæ fluuiũ diuerſi generis tela rapido uolumine detorquentẽ, eundemq; ponte meabilem factum offendunt. Quo pertranſito, binas acies mutuis uiribus concurrere contemplantur: quarum conditionẽ à fœmina percunctante Hadingo, ij ſunt, inquit, qui ferro in necem acti, cladis ſuæ ſpeciem continuo proteſtantur exemplo, preſentiq; ſpectaculo præteritæ uitæ facinus æmulanť. Prodeuntibus murus aditu, tranſcenſuq; difficilis obſiſtebat: quem fœmina nequiccq; tranſilire conata, cum ne corrugati quidem corporis exilitate proficeret, galli caput quem ſecum fortè deferebat abruptũ, ultra mœnium ſepta iactauit, ſtatimq; rediuiuus ales reſumpti fidem ſpiraculi claro teſtabatur occentu. Regreſſus igitur Hadingus, patriamq; cum cõiuge repetere orſus, imminentiũ ſibi piratarum inſidias, celeri nauigatione caſſauit. Qui licet ijſdem penè flatibus iuuarentur, ipſum tamen æquora præſulcantem paribus uelis occupare non poterant. Inter hæc Vffo cum mirę

Hadingus uiuus ad inferos ducitur.

C pulchritudinis filiam haberet, potiturum ea qui uita Hadingum ſpoliaret edixit. Quo pacto Thuningus quidam admodum ſolicitatus, adcita Byarmenſium manu uotiuum ſtuduit impetrare progreſſum. Quem excepturus Hadingus, dum claſſe Noruagiam præteriret, animaduertit in littore ſenem crebro amiculi motu appellandi nauigij monitus afferentem: quẽ repugnantibus ſocijs, damnoſumq; profectionis diuerticulũ affirmantibus, naue ſuſceptũ centuriandi exercitus autorem habuit, in ordinanda agminũ ratione curioſius attendere ſolitũ, ut prima per dyadem phalanx, ac per tetradem ſecunda conſtaret, tertia uero octoadis adiectione ſuccreſceret, ſemperq; priorẽ inſequens duplicitatis augmento tranſcenderet. Idem quoq; funditorũ alas in extremã aciem concedere iuſſit, eisq; ſagittariorũ ordines ſociauit. Ita digeſtis in cuneũ cateruis, ipſe poſt bellatorũ terga conſiſtens, ac folliculo quẽ ceruici impenſum habebat, baliſtã extrahens, quę primũ exilis uiſa, mox cornu tenſiore prominuit, denos neruo calamos adaptauit, qui uegetiore iactu pariter in hoſtem detorti, totidem numero uulnera cõfixerunt. Tũc Byarmenſes arma artibus permutantes, carminibus in nymbos ſoluere cœlũ, lætamq; aëris faciẽ triſti imbriũ aſpergine confuderũt. Ecõtrario ſenex obortã nymbium molem obuia nube pellebat, madoremq; pluuię nubilo caſtigabat obiectu. Victorẽ Hadingũ dimiſſus ſenex, nõ ui hoſtili, ſed uoluntario mortis genere conſumendũ prędixit, clariſq; bellis obſcura, ac lõginquis finitima pręponere uetuit. Quo relicto, Hadingus ab Vffone per colloquij ſimulationẽ in Vpſalam accerſitus, amiſſis per inſidias ſocijs, noctis habitu protectus aufugit. Nam Danis ędis in quã conuiuij nomine cõtracti fuerant, exceſſum petentibus, præſtò erat qui cuiuſq; exertũ foribus caput ferro demeteret. Cuius facti iniuriã prælio inſecutus Vffonẽ oppreſſit, eiusq; corpus depoſito odio cõſpicui operis mauſoleo manda

D uit, amplitudinẽ hoſtis elaborato buſti ſplendore confeſſus. Ita quem uiuũ hoſtili ſtudio inſectari ſolebat, extinctũ honoris impendio decorabat. Et ut ſibi deuictæ gentis animos conciliaret, fratrẽ Vffonis Hundingũ, regno præfecit, ne imperiũ potius in exteros transfuſum, q̃ in Aſmundi familia continuatũ uideret. Cumq; ſublato iam æmulo complures annos per ſummã armorũ deſuetudinẽ, rerum agitatione uacuus exegiſſet, tandem diutinum ruris cultum nimiamq; maritimarum rerum abſtinentiam cauſatus, & quaſi bellum pace iocundius ratus, talibus ſeipſum culpare deſidiæ modis aggreditur:

Quid moror in latebris opacis
Collibus implicitus ſcrupoſis,
Nec mare more ſequor priori?
Eripit ex oculis quietem
Agminis increpitans lupini
Stridor, & uſq; polum leuatus
Queſtus inutilium ferarum
Impatiensq; rigor leonum.
Triſtia ſunt iuga uaſtitasq;
Pectoribus truciora fiſis.
Officiunt ſcopuli rigentes
Difficilisq; ſitus locorum
Mentibus æquor amare ſuetis.
Nam freta remigijs probare
Officij potioris eſſet,
Mercibus ac ſpolijs ouare
Aera aliena ſequi locello
Aequoris inhiare lucris
Quàm ſalebras nemorumq; flexus
Et ſteriles habitare ſaltus.

Cuius uxor ruralis uitæ ſtudio maritimarũ auiũ matutinos pertæſa cõcentus, quantũ in ſylueſtrium locorum uſu uoluptatis reponeret, hac uoce detexit:

Me canorus angit ales immorantem littori
Et ſoporis indigentem garriendo concitat.
Hinc ſonorus æſtuoſæ motionis impetus
Ex ocello dormientis mite demit ocium:
Nec ſinit pauſare noctu mergus alte garrulus
Auribus faſtidioſa delicatis inſerens,

Nec

A Nec uolentem decubare recreari ſuſtinet
Triſtiore flexione diræ uocis obſtrepens.
Tutius ſyluis fruendum dulciusq; cenſeo.
Quis maior quietis uſus, luce, nocte carpitur,
Quàm marinis immorari fluctuando motibus?

Eodẽ tempore Toſto quidã obſcuro lutiæ loco ortus, ferocitate clarus emerſit: plebe nanq; uario petulãtiæ genere laceſſita, late crudelitatis famã extulit, tantaq; malignitatis opinione percrebuit, ut facinoroſi cognomine notaret. Sed nec exterorũ iniurijs abſtinẽs, poſt fœdã patriæ uexationẽ, etiam Saxoniã tentat. Cuius duce Syfrido laborantibus prælio ſocijs pacẽ petente, fore quod ab ipſo poſcebat aſſeruit, dũmodo ſibi gerendi cũ Hadingo belli ſocietatẽ polliceri uoluiſſet. Refragantẽ illum, cõditioniq; parere metuentẽ, acri minarũ genere ad eam quã optabat promiſſionẽ perduxit. Fit em ut q̃d blande non ſtruitur, minaciter impetret. A quo terreſtri negocio ſuperatus Hadingus, cũ uictoris claſſem inter fugiendũ repertã perfoſſis lateribus nauigationi inutilẽ reddidiſſet, cõceſſam ſcapham in altum direxit. Quẽ Toſto occidiſſe ratus, cũ diu inter promiſcua necatorũ cadauera quæſitũ reperire nõ poſſet, ad claſſem regreſſus, animaduertit eminus myoparonem medijs maris æſtibus fluctuantẽ. Quẽ cum adductis in altũ nauigijs perſequi ſtatuiſſet, fractionis periculo reuocatus, ægre littus repetijt. Tũc correptis integris cœptũ uiæ genus exequit. Hadingus occupari ſe uidẽs, percontari comitẽ cœpit, an nandi uſum calleret, neganteq; eo, fugæ diffidentia ſponte euerſi nauigij cõcauas partes amplexus, mortis fidẽ inſequẽtibus fecit. Securũ deinde Toſtonem inopinatumq; & ſpoliorũ reliquijs auidius incubantẽ adortus, proſtrato exercitu prædã deſerere coëgit, ſuamq; eius fuga ulciſcit. Nec Toſtoni in uindictã ſui animus defuit. Nam cũ ob accepti uulneris magnitudinẽ reparandarũ intra pa
B triam uiriũ copiam nõ haberet, legati titulo Britanniã petijt. In qua profectione nauigationis ſocios in aleæ luſum per laſciuiã contraxit, rixamq; à teſſerarũ iactibus ortam, funeſta cæde finire docuit. Ita placido exercitij genere diſcordiã per totum nauigiũ diffudit, cruentamq; pugnã mutatus lite iocus progenuit. Et ut aliquod ex alieno malo cõmodum caperet, correptis interfectorũ pecunijs, Collonẽ quendam piratica tunc temporis inſignẽ adciuit. Quo comite paruo pòſt in patriã reuerſus, cum Hadingo, ſuã quàm militũ fortunã expendere pręoptante, ex prouocatione congreſſus occiditur. Nolebant enim priſcæ fortitudinis duces uniuerſorum diſcrimine exequi, quod paucorũ ſorte peragi potuiſſet. His geſtis, Hadingo defunctæ coniugis ſpecies per quietem obſeruata, ſic cecinit:

Bellua nata tibi eſt rabiem domitura ferarum,
Quæq; truci rapidos atteret ore lupos.
At poſt pauca ſubiunxit:
Fac caueas, ex te nocuus tibi prodijt ales
Felle ferox bubo, uoce canorus olor.

Rex mane ſopore diſcuſſo, cuidã coniecturarũ ſagaci uiſum exponit. Qui lupi nomine futuræ ferocitatis filiũ interpretatus, Oloris uocabulo filiã denotauit, illum hoſtibus pernicioſum, hanc patri inſidioſam fore præſagiẽs. Euentus augurio reſpondit. Siquidẽ Hadingi filia Vluilda priuato cuidã Guthormo denupta ſiue copulæ indignitate, ſiue claritatis affectatione permota, maritũ in parẽtis cædẽ abſq; pietatis reſpectu ſolicitat: reginã ſe, q̃ regis filiã cẽſeri malle prędata. Cuius exhortationis modũ ijſdẽ penè uerbis, quibus ab ipſa ęditus fuerat, explicare cõſtituit: q ferè huiuſmodi erat: O miſerã me, cuius nobilitatẽ diſpar copulæ nexus obtenebrat. O infelicẽ, cuius ſtemmati ruſtica iugatur humilitas. O infortunatam principis prolem, quam tori lege plebeius æquiparat. Miſerandam regis filiam, cuius

C decorem ignauus pater in abſoletos ac deſpicabiles tranſmiſit amplexus. Infauſtam matris ſobolem, cuius felicitati tori commercium derogat, cuius munditiam immunditia ruralis attrectat, dignitatẽ indignitas uulgaris inclinat, ingenuitatem conditio maritalis extenuat. At ſi quis tibi uigor ineſt, ſi qua mentem uirtus poſſidet, ſi dignum te regis generum probas, ſocero faſces eripe, genus probitate redime, proſapiæ defectum uirtute æſtima, ſanguinis damnum animo penſa. Felicior eſt honos audacia, quàm hæreditate quæſitus. Melius uirtute culmen, quàm ſucceſſione conſcenditur. Aptius honores meritum, quàm natura conciliat. Adde quod ſenectutem ſubruere nephas non eſt, quæ proprio in ruinam pondere ſuppreſſa deuergit. Sufficient ſocero tot temporum faſces, ſenilis tibi poteſtas obueniat. Quæ ſi te fruſtrata fuerit, alteri cedet. Lapſui uicinum eſt, quicquid ſenio conſtat. Sat illi regnaſſe ſit: tibi quandoq; præſſe conueniat. Malo præterea uirum regnare quàm patrem. Malo regis coniunx, quàm nata cenſeri. Melius eſt principẽ intus amplecti, quàm exterius uenerari. Glorioſius nubere regi, quàm obſequi. Ipſe quoq; tibi ſceptrum, q̃ ſocero malle debeas. Proximum ſibi quenq; natura cõſtituit. Aderit cœpto facultas, ſi facto uoluntas acceſſerit. Nihil eſt quod non ingenio cedat. Inſtaurandum epulum eſt, exornandum conuiuium, prouidendi paratus. Inuitandus ſocer, fraudi uiam familiaritas ſimulata præſtabit. Nullo melius quàm affinitatis nomine inſidiæ teguntur: adde quod temulentia promptum cædi iter aperiet. Cumq; rex capitis cultui intentus, fabulis mentem, barbæ manum intulerit, pilorumq; perplexionem crinali ſpico ſeu pectinis enodatione diſcreuerit, applicari ferrũ uiſceribus ſentiat. Minor occupatis ſolet cautela perquiri. Dextera tua tot ſcelerum uindex accedat. Pium eſt ultricem miſerorum manum extendere. Talibus inſiſtente Vluilda, uir ſuggeſtione uictus, inſidijs ope-
D ram pollicetur. Interea Hadingus generi dolum cauere ſomnio monitus, petito conuiuio quod ei filia charitatis ſimulatione parauerat, armatorum nõ longe prę-ſidia ſtatuit, quibus aduerſum inſidias cum res exigeret, uteretur. Quo cibum capiente, ſatelles in fraudis miniſterium adcitus, occultato ſub ueſte ferro opportunum ſceleri tempus tacitus expectabat. Quo rex animaduerſo, collocatis in uicino militibus ſignum lituo dedit. Quibus continuò opem ferentibus, dolum in autorem retorſit. Interea rex Sueonũ Hundingus occaſum Hadingi falſo acceptum nuncio inferijs excepturus, optimatibus contractis eximiæ capacitatis dolium cereali liquore completum delitiarum loco medium conuiuijs apponi præcepit: & ne quid celebritatis deeſſet, ipſe miniſtri partibus aſſumptis, pincernã agere cunctatus non eſt. Cumq; exequendi officij gratia regiam perluſtraret, offenſo gradu in dolium collapſus, intercluſum humore ſpiritum reddidit, deditq; pœnas ſiue Orco, quem falſa exequiarum actione placabat, ſiue Hadingo, cuius interitum mentitus fuerat. Quo cognito Hadingus parem ueneratori gratiam relaturus, extinctoq; ſupereſſe non paſſus, ſuſpendio ſe uulgo inſpectante conſumpſit.

HISTORIAE DANICAE LIBRI PRIMI FINIS.

HISTORIAE DANORVM LIBER SECVNDVS.

HADINGO filius Frotho succedit, cuius uarij insignesq; casus fuere. Pubertatis annos emensus, iuuenilium prę ferebat complementa uirtutum. Quas ne desidię corrumpendas preberet, abstractum uoluptatibus animum, assidua armorum intentione torquebat. Qui cum paterno thesauro bellicis operibus absumpto, stipendiorum facultatem, qua militem aleret, non haberet, attentiusq; necessarij usus subsidia circūspiceret, tali subeuntis indigenæ carmine concitatur: *Hic Frotho uulgo dicebatur Frotho geffmylde, id est liberalis.*

Insula non longe est præmollibus ædita cliuis
Collibus æra tegens, & opime conscia prædæ.
Hic tenet eximium montis possessor aceruum,
Implicitus gyris serpens crebrisq; reflexus
Orbibus, & caudæ sinuosa uolumina ducens,
Multiplicesq; agitans spiras, uirusq; profundens.
Quem superare uolens clypeo, quo conuenit uti,
Taurinas intende cutes, corpusq; bouinis
Tergoribus tegito, nec amaro nuda ueneno
Membra patere sinas, sanies quod conspuit urit.
Lingua trisulca micans patulo licet ore resultet,
Tristiaq; horrifico minitetur uulnera rictu,
B Intrepidum mentis habitum retinere memento.
Nec te permoueat spinosi dentis acumen,
Nec rigor aut rapida iactatum fauce uenenum.
Tela licet temnat uis squamea, uentre sub imo
Esse locum scito quo ferrum mergere phas est,
Hunc mucrone petens medium rimaberis anguem.
Hinc montem securus adi, pressoq; ligone
Perfossos scrutare cauos, mox ære crumenas
Imbue, completamq; reduc ad littora puppim.

Credulus Frotho solitarius in insulam trajicit, ne comitatior belluam adoriretur quàm Athletas aggredi moris fuerat. Quę cum aquis pota specum repeteret, impactum Frothonis ferrum aspero cutis horrore contempsit. Sed & spicula quæ in eam conjecta fuerant, eluso mittentis conatu læsionis irrita resultabant. At ubi nil tergi duritia cessit, uentris curiosius annotati mollities ferro patuit: quæ se morsu ulcisci cupiens, clypeo duntaxat spinosum oris acumen impegit. Crebris deinde linguam micatibus ducens, uitam pariter ac uirus efflauit. Repertæ pecuniæ regem locupletem fecere, quibus instructus, classe Curetum partibus admouetur. Quorum rex Dorno periculosi belli metu huiusmodi ad milites orationem habuisse fertur: Externum proceres hostem, & totius fermè occidentis armis opibusq; succinctum, salutarem pugnæ cunctationem sectantes, inediæ uiribus obtinendum curemus. Internum hoc malum est, difficilimum ære domesticum debellare periculum. Facile famelicis obuiatur. Melius aduersarium esurie, quàm armis tentabimus. Nullum hosti inedia acrius iaculum adacturi. Edax uirium pestis edendi penuria nutritur. Armorum opem alimentorum inopia subruit. Illa quiescentibus nobis tela contor- *Dornonis Curetum regis oratio.*

C queat, illa pugnæ ius officiuḿq; ſuſcipiat: diſcriminis expertes, diſcrimen licebit inferre. Exangues abſq; ſanguinis detrimento præſtare poterimus. Inimicũ ocio ſuperare phas eſt. Quis damnoſe quàm tutò dimicare maluerit? Quis cum impune certare liceat, pœnam experiri contendat? Felicior armorum ſucceſſus aderit, ſi præuia fames bellum cõmittit. Hac primam cõfligendi copiam duce captemus: caſtra noſtra tumultus expertia maneant: illa noſtri loco decernat: quę ſi uicta ceſſerit, ocium rumpendum eſt: facile ab indefeſſo laſſitudine concuſſus opprimitur. Adeſa marcore dextera pigrior in arma perueniat. Lentiores ferro manus dabit, quẽ quiſpiam prius labor exhauſerit. Præceps uictoria eſt, ubi tabe conſumptus, cum robuſto congredit̃. Taliter indemnes alijs Danorũ autores fore poterimus. His dictis, quæcũq; tutatu difficilia animaduertit defenſionis diffidentia populatus, adeò hoſtilem ſæuitiã in uaſtanda patria præcucurrit, ut nihil quod à ſuperuenientibus occupari poſſet intactũ relinqueret. Maiorẽ deinde copiarũ partem indubitatę firmitatis municipio cõplexus, ab hoſte ſe circunſideri permittit. Cuius Frotho oppugnãdi diffidentia cõcitatus, complures inſolitæ profunditatis foſſas intra caſtra fieri, latenterq; per corbes humũ egeri, & in fluuiũ mœnibus propinquũ tacite diſijci iuſſit. Quẽ dolum crebro ceſpite foſſis ſuperaddito, occultandũ curauit, incautũ hoſtem præcipitio cõſumpturus, futurumq; ratus, ut ignaros deſidentis glebæ lapſus obrueret. Poſt hæc ſimulato metu caſtra pauliſper deſerere cœpit: quibus imminẽtes oppidanos paſſimq; eluſis ueſtigijs in foueas prouolutos ingeſtis deſuper iaculis trucidauit. Inde profectus in Trannonẽ Rutenæ gentis tyrannũ incidit, cuius maritimas copias ſpeculaturus, crebros clauos ex fuſtibus creat, ijſdemq; carabũ onerat: quo hoſtilẽ noctu claſſem ſubiens, imas nauigiorũ partes terebro ſauciat: quæ ne repentinũ undarũ paterent̃ incurſum, patentia foraminũ loca, prouiſis antea clauis obſtruit, terebriq; damnũ ſtipitibus penſat. At ubi foraminũ copiã mergendæ claſſi ſufficere credidit, demptis obſtaculis, promptũ aquis aditũ patefecit, hoſtilemq; claſſem ſua circunfundere properauit. Ancipiti periculo circunuenti Ruteni, armis prius an undis reſiſterẽt, hæſitabãt. Naufragio pereunt, dum nauigium ab hoſte uindicare contendunt. Internũ diſcrimen externo atrocius erat, dum foris ferrũ ſtringũt, intus fluctibus cedunt. Bina ſimul in miſeros pericula graſſabant̃. Incertũ erat celerius nando ſalus an dimicando peteretur. Mediũ pugnæ certamẽ noua fati diremit occaſio. Geminæ mortes uno ferebant̃ inceſſu: duæ leti uiæ ſociũ egere periculũ. Ambiguũ erat, ferrũ magis an fretũ afficeret: gladios propulſantẽ, tacitus fluctuũ allapſus excepit: econtrario fluctibus obuiantẽ, obuius enſis implicuit: aquarũ eluuies cruoris aſpergine fœdabatur. Victis itaq; Rutenis, patria Frothoni repetitur: qui cum legatos in Ruſciam exigendi tributi ſtudio miſſos, incolarum perfidia atroci mortis genere cõſumptos animaduerteret, duplici iniuria permotus, urbem Rotalam arcta admodum obſidione perſequitur. Qua ne fluuij interſtitio prohibente tardius potiretur, uniuerſam aquę molem noua riuorum diuerſitate partitus, ex ignotę profunditatis alueo meabilia uada perfecit: nec antè deſtitit quàm rapidior uortex diuiduo minoratus excurſu, languidiore undas lapſu ageret, ac per exiles flexus uadoſa paulatim conſtrictione rareſceret. Ita amne domito, oppidum naturæ præſidio uacuum, inoffenſa militum irruptione proſternit. His geſtis, ad urbem Paltiſcam exercitum contulit, quam uiribus inuictam ratus, bellum fallacia mutauit. Siquidem paucis admodum conſcijs ignotæ opacitatis latebras petiuit, extinctumq; ſe quo minus hoſti terroris afferret, uulgo nunciari præcepit. Additæ in fidem exequiæ, tumulusq; conſtructus. Sed & milites conſcio fraudis mœrore, ſimulatum ducis obitum proſequuntur. Qua fama rex urbis Veſpaſius perinde ac uictoria potitus, tam languidam ac remiſſam defenſionem egit, ut

Frothonis ſtratagema.

Tranno Rutenorum rex.

D

Aſtutia militaris egregia.

hoſtibus

A hoſtibus irrumpendi poteſtate facta, inter luſus ac ocia necaretur. Vrbe capta Frotho ſpe orientis imperiũ cõplexus, Anduani mœnibus admouet. Qui quondam ſuccenſæ per Hadingum urbis admonitus, cunctos eius penates domeſticis auibus uacuefecit, quo minus ſimilis iacturæ periculo mulctaret. Nec noua Frothoni calliditas defuit: quippe permutata cum ancillulis ueſte, peritã ſe pugnandi puellã ſimulat, depoſitoq; uirili cultu, fœmineũ æmulatus, transfugę titulo oppidũ petit. Illic omnibus curioſius exploratis, poſtridie emiſſo comite exercitũ muris affore iubet, portasq; ſua pandendas opera pollicet. Taliter eluſis uigilibus, urbs ſomno ſepulta diripitur, ſecuritatis pœnas interitu luens, deſidiaq; ſua q̃ hoſtium uirtute miſerior. Nihil enim in re militari pernicioſius animaduertitur, quàm per ocium metu uacuũ, ſolutis neglectisq; rebus, nimia fiducię præſumptione torpeſcere. Anduanus cum patriæ res perditas euerſasq; conſpiceret, regias opes nauibus impoſitas, ut undas potius quàm hoſtem ditaret, in altum demerſit: quam quam ſatius fuerat aduerſariorũ fauorem pecuniæ largitionibus occupare, q̃ eius cõmodum mortalitatis uſibus inuidere. Poſt hæc Frothone filiã in matrimonium per legatos poſcente, cauendũ reſpondit, ne rerum proſperitate corruptus, uictoriæ ſucceſſum in ſuperbiã uertat: ſed potius uictis parcere, & in deiectorũ conditione, priſtinum fulgoris habitum uenerari meminerit, diſcatq; in miſerorũ ſorte præteritam æſtimare fortunã. Curandũ itaq;, ne cuius affinitatẽ expetat, imperiũ rapiat, & quam nuptijs illuſtrare geſtiat, obſcuritatis ſordibus reſpergat, matrimonij dignitatem auaritiæ ſtudio corrupturus. Cuius dicti comitate & uictorem generum adſciuit, & regni libertatem obtinuit. Interea Sueonũ regis Hadingi coniunx Thorilda, cum priuignos ſuos Regnerum & Thoraldum, quorum infinito odio tenebatur, ut uarijs periculorũ generibus implicaret, regio tandem pecori B prefeciſſet, Hadingi filia Suanhuita ſororibus in famulitiũ ſumptis, Suetiã petit, clariſſimæ indolis exitiũ muliebri ingenio præcurſura. Cumq; prædictos adoleſcentes nocturnis gregum excubijs occupatos, diuerſi generis portentis circunfundi uideret, ſorores equis deſcendere cupientes, tali poëmatis ſono uetuit:

Stratagema recens.

De Anduano rege.

Thorildæ in priuignos ſæuitia.

Monſtra quidem uideo celerem captantia ſaltum,
Corpora nocturnis præcipitare locis.
Bella gerit dæmon, & iniquæ dedita rixæ
Militat in medijs, turba nephanda uijs.
Effigie ſpectanda truci, portenta feruntur,
Hæcq; hominum nulli rura patere ſinunt.
Agmina præcipiti per inane ruentia curſu,
Hac nos progreſſum ſiſtere ſede iubent.
Flectere lora monent, ſacrisq; abſiſtere campis,
Aruaq; nos prohibent ulteriora ſequi.
Trux lemurum chorus aduehitur præcepsq; per auras
Curſitat, & uaſtos ædit ad aſtra ſonos.
Accedunt Fauni Satyris, Panumq; caterua
Manibus admixta militat ore fero.
Siluanis coëunt aquili, laruæq; nocentes
Cum lamijs callem participare ſtudent.
Saltu librantur furiæ, glomerantur eiſdem
Laruæ, quas ſimis fantua iuncta premit.
Calcandus pediti trames terrore redundat,
Tutius excelſi terga premantur equi.

Ad hæc Regnerus ſeruũ regiũ ſe profeſſus, tam longinqui à domo exceſſus cauſam aſtruxit, quod cum paſtoralis operis gratia rus relegatus, pecus cui præerat

C amisisset, desperata recuperatiõe reditu abstinere q̃ ultionis pœnã incurrere præoptasset. Et ne fratris conditionem silentio prẽteriret, tale dictis poëma subiunxit:

Nos homines, non monstra puta, seruosq; manentes
Per loca pascendos exagitasse greges.
At cum per teneros ageremus tempora lusus,
Fortè remota uagum cessit in arua pecus.
Cumq; petita diu spes deforet inueniendi,
Incessit miseris sollicitudo reis.
Cumq; boum nusquam uestigia certa paterent,
Obtinuit mœstus fontia corda pauor.
Hinc est quod uirgæ uulnus pœnale uerentes,
Duximus in proprios triste redire lares.
Credidimus quàm ferre manum, pœnamq; subire
Tutius assuetis abstinuisse focis.
Sic pœnam differre iuuat, reditumq; perosis
Hac domínum latebra fallere cura manet.
Hac ope neglecti pecoris uitabitur ultor,
Solaq; stat nostris hæc fuga tuta uijs.

Tunc Suanhuita speciosissimũ lineamentorũ eius habitum curiosiori contemplatione lustratum impensius admirata, regibus te, inquit, nõ seruis ædítum prærádians luminũ uibratus eloquitur. Forma prosapiam pandit, & in oculorũ micatu naturæ uenustas elucet. Acritas uisus ortus excellentiã præfert. Nec humili loco natum liquet, quem certissima nobilitatis índex pulchritudo cõmendat. Exterior pupillarum alacritas interni fulgoris geniũ confitetur. Facies fidem generi facit, & in luculentia uultus, maiorũ claritudo respicitur. Neq; enim tam comis, tamq;
D ingenua species, ab ignobili potuit autore profundi. Sanguinis decus cognato fr c ıtem decore perfundit, & in oris speculo conditio natiua resultat. Minime ergo tam spectati cælaminis simulacrũ obscurus opifex absoluit. Nunc itaq; celerrima declinatione crebros uiæ excessus petentes, mõstrigenos uitate concursus, ne elegantissimorũ corporum præda, sordidissimis pastum agminibus præbeatis. At Regnero maximus ob deformitatẽ cultus rubor incesserat, cuius unicum in obscuranda nobilitate remediũ ducebat. Seruitutẽ itaq; nõ semper uirilitate uacuam reperiri subiunxit. Sæpe enim sordido cultu robustam obtegi manũ, fortemq; dextram atra uestе concludi interdũ: itaq; naturę uitium uirtute redimi, damnumq; generis animi ingenuitate pensari. Se ergo Thor deo excepto, nullam monstrigenæ uirtutis potentiã expauere, cuius uirium magnitudini nihil humanarum diuinarum'ue rerum digna possit æqualitate conferri. Sed neq; laruas liuido tantum squalore terribiles, à masculis debere pectoribus formidari, quarum effigies adulterino distincta pallore, momentaneũ corporis habitum ab aëris teneritudine mutuari consueuerit. Falli igitur Suanhuitam, quæ solidũ uirorum robur muliebriter emollire, uiresq; uinci insolitas effœminato pauore perfundere conetur. Admirata iuuenis constantiã Suanhuita, ablegato nubilæ inumbrationis uapore prætentas ori tenebras suda perspicuitate discussit, ensemq; uarijs conflictibus opportunum se ei daturam pollicita, miram uirginei candoris speciem nouo membrorum iubare præferebat. Taliter accensi iuuenis cõnubium pacta, prolato mucrone sic cepit:

Thor deus.

In gladio quo monstra tibi ferienda patebunt,
Suscipe rex sponsæ munera prima tuæ.
Hoc dignum te rite proba, manus æmula ferri
Gestamen studeat condecorare suum.

Ferrea

A Ferrea uis tenerum mentis confortet acumen,
Atque animus dextræ nouerit esse comes.
Aequet onus lator, & ut ensi congruat actus
Accedat grauitas, par in utroque tibi.
Framea quid prodest, ubi languet debile pectus,
Et telum trepidæ destituere manus?
Ferrum animo coëat, corpusq; armetur utroque,
Iungatur capulo, consona dextra suo.
Hæc celebres ædunt pugnas, quia iuncta uigoris
Plus retinere solent, dissociata minus.
Hinc tibi si uolupe est belli clarescere palma,
Consectare ausu quod premis ipse manu.

Cunq; multa ad hunc modũ coaptato rhythmorũ canore prompsisset, dimissis co mitibus aduersum obscœnissimas portentorũ cateruas, noctem dimicando per mensa, luce reddita uarias laruarũ formulas, & inusitata specierũ figmenta passim aruis incidisse cognoscit: inter quas & ipsius Thorildę crebris obfusa uulneribus effigies uisebatur: quas in struem congestas ingenti pyra accensa cremauit, ne teter obscœnorũ cadauerũ odor pestifera exhalatione diffusus, propius acceden tes corruptionis contagio sauciaret. Quo facto, Regnero Suetiæ regnũ, sibi uero Regneri torum conciliauit. Qui licet tirociniũ nuptijs auspicari deforme existima ret, seruatę salutis suæ respectu prouocatus, præmissum beneficio excoluit. Inter hęc Vbbo quidam sororem Frothonis Vluildam iampridem matrimonio comple xus, Daniæ regnũ, cuius procurationẽ perfunctorie gerebat, uxoris nobilitate fretus occupat. Quamobrẽ Frotho Orientis bella deserere coactus, apud Suetiã
B cum Suanhuita sorore graue prælium facit. Quo afflictus noctu conscensa cym ba, per occultos nauigationis anfractus, perforandæ hostiũ classis aditum quære bat. Deprehensus à sorore, rogatusq; cur tacito remigio uarias meatuũ ambages sequeretur, simili quæstionis modo percontantẽ absoluit. Nam Suanhuita quoq; eodem noctis tempore solitariã nauigationem ingressa, ancipiti declinationis gy ro multiplices sensim aditus recessusq; captabat. Fratrem itaq; dudum ab eo col latæ sibi libertatis admonitũ rogare cœpit, ut quam bellum Ruthenicũ petiturus, arbitraria nubendi potestate donauerat, assumpto cõiuge frui permittat, ratumq; post factum habeat, quod fieri ipse cõcesserit. Tam iustis precibus permotus Fro tho, pacem cum Regnero componit, iniuriamq; quã ex sororis petulantia susce pisse uidebatur, rogatui remisit. A quibus etiam manu quantã per eos amiserat donatus, deforme uulnus specioso beneficio pensatũ gaudebat. Daniam ingres sus, capto perductoq; ad se Vbboni ignouit, ueniamq; quàm pœnã mali merito rependere maluit, quod regnũ potius uxoris impulsu, quàm propria cupiditate tentasse, nec tam autor iniuriæ, quàm imitator fuisse uideretur. Vluildam eidem ademptam amico suo Scoto, qui et ipse Scotici nominis conditor fuit, nubere co ẽgit, tori uarietatem supplicij loco reputans. Cuius discessum regijs etiam uehi culis prosequutus, iniuriã beneficio pensauit. Sororis siquidẽ naturam, nõ inge nium intuens, suæ potius famæ, quàm illius nequitiæ consulebat. Quæ fraternis meritis nihil ex consueti odij pertinacia remittens, noui mariti animũ occidendi Frothonis, occupandiq; Danorũ imperij consilio fatigabat. Segniter enim dese rere solet animus, quicquid solido fuerit amore complexus. Neque fluidis annis molitũ continuò crimen elabitur. Primæuam quippe mentem posterior imitatur affectio. Nec citò uitiorũ uestigia pereunt, quæ tenera moribus ætas impresserit. Cum uacuas mariti aures haberet, insidias à fratre in uirum conuertit, mercede conductis, qui iugulũ dormientis cõfoderent. Qua de re Scottus per pedissequã

C certior factus, nocte qua cædis ministeriũ circa se peragendũ acceperat, lecto loricatus incessit. Rogatus ab Vluilda quid ita assuetæ quietis usum, ferreo cultu mutasset? Sic ad præsens sibi collibitum retulit. Cum somno obfusus putaretur, irrumpentes insidiarũ ministros lecto delapsus obtruncat. Quo euenit, ut Vluildam insidijs fratri nectendis abstraheret, & alijs uxorum perfidiam cauendi documentum præberet. Quæ dum geruntur, adoriendæ bello Fresiæ Frothoni consilium incidit, claritatẽ Orientis deuictione quæsitam, Occidentis oculis infundere auido. Oceanum petenti prima aduersum Vitthonem Fresorum piratam congressio fuit, in qua socijs primos hostium impetus solo clypeorũ obiectu patienter excipere iussis, non antè missilibus utendum edixit, quàm penitus hostium iaculorum imbrem exhausturũ aduerterent. Quę tanto à Fresis auidius emissa, quanto à Danis tolerabilius excepta, Vitthone Frothonis patientiam à pacis cupiditate profectam existimante. Oritur ingens classicum, & immenso pila stridore dissultant. Cum nullum incautis iaculum supereſſet, Danorum telis obfusi uincuntur. Fuga littus amplexi, inter flexuosos fossarum ambitus obtruncantur. Rhenum deinde classe rimatus, extremis Germaniæ partibus manus iniecit. Repetito oceano Fresorum classem uadosis inflictam uorticibus adortus, cæde naufragium cumulauit. Nec tantas hostium acies obtriuisse contentus, Britanniam tentat. Cuius rege deuicto, Melbricum Scoticę regionis præfectum aggreditur. Cui cum bellum illaturus Britannorum regem imminere ex speculatore cognosset, tergoq; simul ac pectori consulere nequiret, militibus ad concionem uocatis deserenda uehicula, abijciendam supellectilem, aurumq; quod ab eis gestaretur passim per arua dissijciendum edixit, affirmans solam in opum effusione opem restare. Nec aliud conclusis subsidium supereſſe, quàm hostem ab armis in auaritiam pellicere. Libenter prædam apud exteros quæsitam supremæ necessitati impendi debere. Fore enim ut hostes non minore auiditate collectam abijcerent, quàm repertam corriperent, oneri potius quàm usui futuram. Tunc Torkillus auaritia ante alios insignis, cæterisq; eloquio præstans, capite galea nudato clypeo innixus, Mouet, inquit, rex plerosq; tuæ præceptionis austeritas, qui magni ęstimant, quod sanguine pepererunt: ęgre proijcitur, quod maximo constat periculo quęsitum. Inuiti deserunt, quod uitæ discrimine emerunt. Extremæ enim dementiæ est, uirili animo ac manu parta muliebriter spernere, opesq; hosti insperatas afferre. Quid deformius, quàm belli fortunã prædæ quã gerimus contemptu præcurrere? certumq; & pręsens bonũ, dubij mali metu relinquere? Nondũ Scotos aspeximus, & aruum auro spargemus? Quales in prælio existimandi sunt, quos bellum petentes sola bellorũ eneruat opinio? An qui hosti formidolosi fuimus, ridiculi erimus, claritatemq; contemptu mutabimus? Mirabitur Britannus ab his se uictum, quos solo uinci timore conspexerit. Illorũ metu prememur, quibus metũ priores ingessimus? Quorũ pręsentiã contempsimus, absentiã metuemus? Quãdo opes probitate mercabimur, quas timore uitamus? Pecunias pro quibus pugnauimus, pugnam uitando temnemus? Quos paupertati subijcere debuimus, diuitijs imbuemus? Spolia fortiter cepimus, molliter iaciemus? Quid turpius à nobis committi poterit, quàm aurum erogare, quibus ferrum infligere debemus? Pauor nunquam eximet, quod uirtus peperit. Quod bello quæsiuimus, bello linquendum est. Tanti præda ueneat, quanti empta est, ferro precium ponderetur. Præstat speciosa defungi morte, q̃ lucis auiditate uilescere. A uita paruulo temporis momento deserimur. Pudor etiam fatum insequitur. Huic accedit, quod iactantes aurum, hostis hoc auidius insequetur, quo maiore metu urgeri crediderit. Præterea neutra nobis fortuna auri odium facit. Victores nanq; ære quod gestamus ouabimus, uicti sepulturæ præmio relinquemus. Hæc senior. At milites regis po-

Fresia à Danis subacta.

D

A gis potius quàm ſodalis conſilium intuentes, prioremq; exhortationem poſteræ præferentes, quod cuiq; opum erat certatim loculis egerunt. Mannos quoq; uariæ ſupellectilis gerulos oneribus ab ſoluunt, ſicq; uacuefactis crumenis, armis habilius accingunt. Quibus progreſſis ſuccedentes Britanni, in patentem late prędam diſſiliunt. Quos rex circa pecuniæ raptum auidius æquo occupatos conſpiciens, cauere iubet, ne deſtinatas prælio manus opum onere fatigent, ſcientes triumphum antè carpendum, quàm cenſum. Proinde auro ſpreto, auri dominos inſequantur. Nec æris, ſed uictoriæ fulgore mirentur: meminerintq; ſatius trophæum penſare, quàm quæſtum: potiorem eſſe metallo uirtutem, ſi rite amborum habitum metiantur: hoc nanq; exteriorem ornatum conciliari, illam interno exernoq; cultui precium afferre. Quamobrem remotos à pecuniæ contemplatione oculos habeant, abſtractumq; auaritia animum belli ſtudijs impendant. Pręterea nouerint prædā ab hoſtibus de induſtria reiectam, aurumq; inſidijs potius, quàm uſui ſeminatū. Sed & ſimplicem argenti nitorem latentis hami fraude implicitum teneri. Neq; enim facile fugiſſe exiſtimandum, qui ſortem Britannorum gentem fugæ prior adegerit. Cæterum nihil indignius opibus eſſe, quæ raptorem captiuant, dum ditare creduntur. Siquidem Danos quibus opes obtuliſſe uideantur, ferro cædeq; mulctandos duxiſſe. Itaq; ſi ſparſa rapiant, eo hoſtem inſtruere uiderentur. Si enim ęris in medio poſiti ſpecie tangerentur, nō ſolum id, ſed & ſi quid eis propriæ pecuniæ ſupereſſet amitterent. Quid enim colligere prodeſſet, quæ protinus erogare cogantur? Sin pecuniā proſterni renuerint, hoſtem haud dubie proſtraturos. Potius itaq; uirtute arduos, quàm cupiditate pronos exiſtere debere, nec occiduos in auaritiam animos, ſed erectos in gloriam habendos eſſe: armis non auro certandū fore. Finiente rege, eques Britannicus cunctis onuſtum auro

B gremium oſtendens, Colliguntur, inquit, rex ex oratione tua geminī rerum affectus, unus timoris, alter maleuolentiæ teſtis, cum & opibus propter hoſtem uti prohibeas, noſq; egenos tibi q̄ locupletes militare ſatius ducas. Quid hac deformius uoluntate? quid exhortatione ſtolidius? Domeſticas hic gazas agnoſcimus, agnitas tollere dubitabimus? Quod armis repetere pergebamus, quod ſanguine recuperare contendimus, ultro reſtitutum uitabimus? propria uendicare cunctabimur? Vter timidior eſt, qui parta fundit, an qui fuſa legere pertimeſcit? En q̄d neceſſitas ademit, caſus reddidit. Non hoſtium, ſed noſtra hæc ſpolia ſunt: non attulit aurum Britanniæ Danus, ſed abſtulit. Quæ ſubacti inuitiq; perdidimus, gratis redeuntia fugiemus? Nephas eſt tantum fortunæ beneficium indignanter excipere. Quid enim ueſanius, quàm opes in patulo conſtitutas deſpicere, concluſas ac uetitas affectare? Ante oculos collocata faſtidio dabimus, fugientia captaturi? In medio poſitis abſtinebimus, longinqua atq; extera petituri? Quando peregrina prædabimur, ſi propria refutamus? Nunquam deos tam infeſtos experiar, ut ſinum paterna auitaq; pecunia refertum, tam iuſto onere uacuefacere compellar. Noui Danorum luxum, nunquam plena meri uaſa liquiſſent, ni timor aufugere compuliſſet. Facilius uitam deſeruiſſent, quàm uinum. Cōmunis hic nobis affectio eſt, hac illis imagine reſpondemus. Eſto, fugam finxerint, antè tamen in Scotos incident, quàm egredi queant. Nunquam porcis proculcandum aut beluis hoc aurum rure ſqualebit, humano melius uſui ſeruiturum. Præterea ſi exercitus à quo uicti ſumus ſpolia rapimus, fortunā in noſmet uictoris transferimus. Quod enim certius uictoriæ præſagium accipi poſſet, quàm pugnam præda prę-
currere, caſtraq; ab hoſtibus deſerta ante prælium capere? Satius eſt metu uiciſſe quàm ferro. Finierat uix eques, & ecce omnium effuſæ in prædam manus nitida paſſim æra carpſere. Mireris illic obſcœnæ auiditatis ingenium, ſpeculari poſſes immoderatum cupiditatis exemplum. Videres cum gramine pariter aurum con-

Regis à præda dehortatio.

Equitis Britanni uerba.

C uelli, inteſtinum diſſidium naſci, immemores hoſtium ciues ferro decernere, familiaritatis iura, ſocietatis reſpectum negligi: auaritiam omnes, amicitias neminem intueri. Interea Frotho ſyluam quæ Scotiam Britanniamq; ſecernit, uaſto itinere permenſus, arma milites capere iubet. Cuius aciem ſpeculati Scoti, cum ſibi leuia tantum pila ſuppetere, Danos uero præſtantiori armaturæ genere cultos conſpicerent, pugnam fuga præueniunt. Quos Frotho Britannicæ effuſionis metu modicum inſecutus, Vluſldæ uirum Scotum cum ingenti exercitu obuium recepit, quem è remotiſſimis Scotię finibus auxilij Danis ferendi cupido perduxerat. Per hunc Scotorum inſectatione relicta, curſum in Britanniam reflectere iuſſus, prędam quam uafre reiecerat acriter recuperauit. Igitur quo æquiore animo opes deſeruit, hoc facilius recepit. Pœnituit tunc oneris Britannos, ſanguine pœnas auaritiæ dantes. Piguit inexpleta auiditati brachia porrexiſſe. Puduit minus regiæ exhortationi, quàm propriæ indulſiſſe cupiditati. Poſt hæc celeberrimum inſulę oppidum Lundoniam petit: cuius murorum firmitate expugnationis facultatẽ negante, mortis ſimulatione facta, uires ab aſtutia mutuatus eſt. Siquidẽ præfectus Lundoniæ Dalemannus, cum falſum de eius obitu nuncium accepiſſet, receptis in deditionem Danis, ducem ex indigenis offert. Quẽ ut ex magno aceruo legerent, oppidũ intrare permiſit. Quibus electionis diligentiam ſimulantibus, nocturnis inſidijs circumuentus opprimit. His geſtis, regem in patriam regreſſum, Scato quidam conuiuio excipit, bellicis eius laboribus uoluptatis licentiam permixturus. Apud quem Frotho dum regio more ſtratis auro puluinaribus accubaret, per Hundingum quendam ad dimicandum prouocatus, quanquam conuiualibus mentem gaudijs impendiſſet, plus pugnæ propinquitate quàm epularum præſentia delectatus, duello cœnam, uictoria duellum abſoluit. In quo du-

D biæ ſalutis uulnere ſuſcepto, rurſum Haquini pugilis adhortatione perſtrictus, prouocãtis nece ultionem irritatæ quietis exegit. Duos ex cubicularijs palàm inſidiarum conuictos, ingentibus ſaxis affixos pelago obruit, ponderoſum animi crimen annexa corporibus mole mulctando. Ferunt quidam Vluſldam tunc ei inſecabilem ferro ueſtem donaſſe, qua circumamictus nullo telorum acumine læderetur. Nec prętereundũ, Frothonem contuſis cõmolitisq; auri fragminibus cibos reſpergere ſolitum, quibus aduerſum familiares ueneficorum inſidias utere

Frothonis primi interitus. tur. Hic dum Regnerum Suetiæ regem falſo proditionis inſimulatum bello laceſſit, non telorum ui, ſed armorum pondere & corporis æſtu ſtrangulatus interijt, Haldano, Roë, & Scato, filijs relictis. His uirtute paribus, æqua regnandi inceſſit auiditas. Imperij cuiq; cura extitit: fraternus nullum reſpectus aſtrinxit: quẽ enim nimia ſui charitas ceperit, aliena deſerit, nec ſibi quiſquã ambitioſe atq; alijs amicè conſulere poteſt. Horum maximus Haldanus, Roë & Scato fratribus interfectis, naturam ſcelere polluit, regnum paricidio carpſit: & ne ullum crudelitatis exemplum omitteret, comprehenſos eorum fautores prius uinculorum pœna coërcuit, mox ſuſpendio conſumpſit. Cuius ex eo maxime fortuna admirabilis fuit, quod licet omnia temporũ momenta ad exercenda atrocitatis officia contuliſſet, ſenectute uitam nõ ferro finierit. Huius filij Roë, & Helgo fuere. A Roë

Roskildia à Roë condita. Roskildia condita memoratur, quam poſtmodum Sueno furcatæ barbæ cognomento clarus, ciuibus auxit, amplitudine propagauit. Hic breui anguſtoq; corpore fuit, Helgonem habitus procerior cepit. Qui diuiſo cum fratre regno, maris poſſeſſionem ſortitus, regem Sclauiæ Scalcum maritimis copijs laceſſitum oppreſſit. Quam cum in prouinciam redegiſſet, uarios pelagi receſſus, uago nauigationis genere perluſtrabat. Hic licet ferocioris ingenij eſſet, luxuria tamen ſæuitiam æquabat. Adeò ſiquidem proiectus in Venerem extitit, ut ambiguæ exiſtimationis eſſet, tyrãnide magis an libidine arſerit. Apud inſulam Thoro uirgine

Thora

A Thora ſtuprum pati coacta, filiam ſuſcepit, cui poſtmodū Vrſæ uocabulum aptauit. Hundingum Saxonię regis Syrici filium, apud Stadium oppidum prælio uicit, eundemq; ex prouocatione adortus duello proſtrauit: ob quod Hundingi interemptor uocatus, uictoriæ decus cognomine uſurpauit. Iutiæ Saxonibus ereptæ ius procurationemq; Heſcæ, Eyr & Ler ducibus commiſit. Apud Saxoniam ingenui ac liberti necem pari ſumma rependendam conſtituit, perinde ac liquidò conſtare uolens, quod cunctas Theutonum familias æqua ſeruitus teneret, omniumq; corrupta libertas parem conditionis ignominiam redoleret. Cum ad inſulā Thoro piraticam reflexiſſet, Thora necdum amiſſę uirginitatis mœrore depoſito turpi commento nephariam ſtupri ultionem excogitauit, ſiquidem filiam nubilis ætatis de induſtria littori immiſſam, concubitu patrem maculare præcepit. Quí licet inſidioſæ uoluptatis illecebris corpus dediſſet, animi tamen integritatem exuiſſe credendus non eſt, cum ei promptiſſimā erroris excuſationem ignorantiæ beneficium afferret. O ſtolidam matrem, quę filiæ pudicitiam ut ſuam ulciſceretur, exulare permiſit, nec ſanguinis ſui caſtitatem curauit, dummodo inceſti efficeret reum, per quem prior ipſa perdiderat cœlibatum. Atrocem fœminæ mentem, quæ ueluti ſecundam ſui corruptionem in pœnam corruptoris expendit, cum hoc ipſo potius iniuriam augere, quàm extenuare uideretur. Quippe quo ſe ultionem aſſequi credidit, culpam conſtruxit: & dum noxam detrahere geſtit, nephas adiecit, ſobolis ſuæ nouercam agendo, cuius ut propriam expiaret infamiam, flagitio non pepercit. Nec dubium eandem refertum impudentia animum geſſiſſe, cuius tantus à pudore exceſſus erat, ut iniurię ſolatium filiæ probro petere non erubeſceret. Magnum, ſed uno expiabile ſcelus, quod concubitus noxam fauſta proles deterſit, neque opinione triſtius, quàm fructu iocundius
B fuit. Siquidem genitus ex Vrſa Rolpho, ortus ſui infamiam conſpicuis probitatis operibus redemit: quorum eximium fulgorem omnis æui memoria ſpecioſo laudum præconio celebrat. Fit enim ut lætis lugubria finiantur, & in ſpecioſos exitus turpiter auſpicata concedant. Igitur ut flagitioſus, ita felix patris error extitit, quem tanta luce mirificus poſtmodum filius expiauit. Interea Regnero apud Suetiam defuncto, coniunx eius Suanhuita paruo pòſt & ipſa morbo ex mœſtitia contracto decedit, fato uirum inſecuta, à quo uita diſtrahi paſſa non fuerat. Fieri nanque ſolet, ut quidam ob eximiam charitatem, quam uiuis impenderant, etiam uita excedentes comitari cōtendant. His filius Hothbrodus ſuccedit, qui proferendi imperij ſtudio Orienti bellum intulit, ac poſt immenſam populorum cladem, Atiſſum & Hotherum filios procreauit. Hiſdem Geuarum quendam egregijs ſibi meritis deuinctum pædagogum adſciuit. Nec Orientis uictoria contentus, Daniam petit, eiusq; regem Roë tribus prælijs prouocatum occîdit. His cognitis Helgo filium Roluonem Lethrica arce concluſit hæredis ſaluti conſulturus, utcunq; ſuam fortunam tractaſſet. Deinde præſides ab Hothbrodo immiſſos ut externo patriam dominio liberaret, miſſis per oppida ſatellitibus cæde ſubegit. Ipſum quoque Hothbrodum cum omnibus copijs nauali pugna deleuit: nec ſolum fratris, ſed etiam patriæ iniuriam plenis ultionis armis penſauit. Quo euenit, ut cui nuper ob Hundingi cædem agnomen inceſſerat, nunc Hothbrodi ſtrages cognomentum inferret. Præterea Sueones perinde ac parum prælijs afflictos abiectiſſimo conditionis inſtituto mulctauit, lege ſanciens, ne cuiuſpiam eorum iuxta legitimarum compoſitionum formulam læſio ſarciretur. His geſtis, ob ſuperioris flagitij ruborem patriam penatesq; peroſus, repetito Oriente decedit. Opinantur quidam, quod exprobratæ ſibi turpitudinis anxius, ſuper diſtrictum gladium incumbendo, uoluntaria ſe morte conſumpſerit. Huic filius Roluo ſuccedit, uir corporis animiq; dotibus uenuſtus, qui ſtaturæ magnitudinem pari uir-

Theutoni à Danis ſubiugati.

C tutis habitu commendaret. Cuius temporibus cum Danorum imperio Suetia subiaceret, Atislus Hothbrodi filius liberandæ patriæ ratione callidius quæsita, matrem Roluonis Vrsam, coniugio sibi sociandam curauit, intercedente connubij affinitate efficaciores priuigno monitus super tributi laxatione daturus. Nec fortunam uotis aduersam habuit. Hic à puero liberalitatis odio imbutus adeò pecuniæ tenax extitit, ut munificum haberi infamiæ loco duceret. Quem cum Vrsa tantis auaritiæ sordibus obfusum uideret, ideóque eo carere cuperet, insidijs agendum rata, mira artis superficie fraudis formulam texit. Impietatis quippe simulationem amplexa, maritum capessendæ libertatis admonitum, nouarum rerum exhortatione solicitat, filiumq; maximis muneribus promissis, Suetiam arcessiri curat. Ita nanque se uotis maxime potituram credebat, si filio aurum uictrici nacto, regias opes fugiendo conuellere, uirumq; non tantum toro, sed etiam pecunia fraudare potuisset. Neque enim auaritiam ullo melius, quàm opum subtractione mulctandam putabat. Cuius doli profunditas ab intimis astutiæ modis profecta, haud facile ex hoc discerni poterat, quod permutandi tori studium, affectatæ libertatis imagine colorabat. Cæcam uiri mentem, quæ matrem aduersum filij caput exarsisse putauit, nec suam potius strui perniciem intellexit. Stolidum mariti sensum, qui peruicacem uxoris industriam non aduertit, transferendi connubij copiam filialis odij specie molientem. Cum enim nulla muliebribus animis fiducia debeatur, is tanto stolidiorem fœminæ fidem detulit, quanto facilius eam sibi fidam, filio insidiosam putauit. Igitur promissorum magnitudine excitus Roluo, cum Atisli fortè penates ingressus, ob absentiæ diuturnitatem conuictusq; dissuetudinem parum à matre cognosceretur, leniendæ famis subsidium per iocum petere cepit. Qua prandium à rege poscendum hortante, laD ceram uestis suæ partem exerens, operam consuentis exposcit. Cum obseratas matris aures haberet, difficile, inquit, ueram ac solidam amicitiam reperiri, cum filio mater epulum, fatu soror suendi obsequium neget. Ita matris errore mulctato, magnum eidem negatæ humanitatis ruborem iniecit. Quem cum Atislus inter epulas matri discubitu iunctum aspiceret, utrunque lasciuiæ increpans impudicum fratris sororisq; confessum asseruit. Cui Roluo, honestum in filio maternæ charitatis amplexum respondit, lacessitæ integritatis defensionem ab arctissimo naturæ uinculo mutuatus. Idem percunctantibus conuiuis, quod fortitudinis genus cæteris anteferret, patientiam nominauit. Interrogatus ab ijsdem Atislus, cui potissimum uirtuti uotorum suorum studium obligasset: Liberalitatis sibi professionem aptauit. Exiguntur igitur hinc animositatis, inde munificentiæ pacta, priorq; Roluo uirtutis experimentum ædere iubetur. Qui cum igni applicaretur, parmulam parti qua acrius urgebatur obiecit, alteroq; laterum defenso, reliquum munimento uacuum, unico patientiæ duramento firmauit. Magna uiri solertia, leniendi ardoris præsidium à clypeo mutuantis, ut inde expositio flammis, corpori propugnaret, unde eidem inter stridentia quandoque tela consuluisset. Aestus tamen telis acrior, cum uallatam clypeo partem expugnare non posset, defectum munimine latus inuasit. Quem pedissequa, quæ fortè propter focum astabat, intolerabili costarum ardore torreri conspiciens, egesta dolio clepsedra fuso flammam humore sopiuit, mediasq; incendij pœnas, tempestiuo liquoris beneficio repressit. Roluo patientiæ consummatione laudatur. Post hæc Atisli munera requiruntur. Ferunt illum collatis in priuignum opibus, ad ultimum ingentis ponderis torquem, quo donum cumulatius redderet, expendisse. Igitur Vrsa tertio conuiuij die, ædendæ fraudis copiam aucupata, suspicato nil tale

Vrsæ astus erga maritum.

Commendatio patientiæ in Roluone.

coniuge

A coniuge, regia pecunia uehiculis impoſita, proprijs ſe penatibus furtiuo ſubduxit egreſſu, ſubluſtricq; nocte fugam cum filio conſecuta diſcedit. Inſequentis ſe uiri metu percita, per ſummam ulterioris fugæ diffidentiam comites abijciendæ pecuniæ iuſſu ſolicitat, uita uel opibus carituros affirmans, unicum ſalutis ſtipendium in æris abiectione repoſitum, nec fugæ ſubſidium, niſi rerum damno carpendum. Eodem itaque exemplo utendum, quo ſibi Frothonem apud Britannos conſuluiſſe proditum erat. Adiecit etiam, non magno conſtare, ſi propria Suetis reſumenda deponerent, dum inde ſibi fugæ profectus, unde eis inſecutionis defectus accederet, magiſcq; aliena reſtitui, quàm ſua deſeri uiderentur. Nec mora, quo fuga celerius carperetur, reginæ iuſſa complentur. Aurum crumenis egeritur, opes hoſtium raptui relinquuntur. Sunt qui aſſerant Vrſam retentis pecunijs æs auro oblitum, fugæ ſuæ ueſtigijs inſtrauiſſe. Credi nanque poterat fœminam ingentia molitam facinora, metallum quoque iactui deſtinatum inani fulgore pinxiſſe, uerarum opum precia mendacis auri iubare ſimulantem. Videns igitur Atislus donatum Roluoni torquem, inter alia auri inſignia relictum intimum auaritiæ ſuæ pignus curioſius contemplatus, ut prædam exciperet, affixis humo genibus cupiditati maieſtatem inclinare ſuſtinuit. Quem Roluo tollendæ pecuniæ gratia pronum dimiſſumq; conſpiciens, proprijs proſtratum muneribus riſit, perinde ac cupide repetentem quod callide tribuiſſet. Contentis præda Suetis, ocyus ad naues ſe recipit, fugamq; uehementi remorum conatu captauit. Ferunt autem illum quicquid præſtare poſceretur, primæ ſupplicationi prompta liberalitate tribuere ſolitum, nec unquam ad ſecundam petentis uocem diſtuliſſe rogatum. Siquidem precum iterationem munificentiæ uelocitate præcurrere, quàm beneficium tarditate notare maluit. Quæ res ei maximam athletarum frequentiam conciliauit. Plerunque enim uirtus, aut præmijs paſcitur, aut laudibus incitatur. Per idem tempus Agnerus quidam Ingelli filius, ſororem Roluonis, Rutam nomine, matrimonio ducturus, ingenti conuiuio nuptias inſtruit, in quo cum pugiles omni petulantiæ genere debacchantes, in laltonem quendam nodoſa paſſim oſſa conijcerent, accidit ut eius conſeſſor Biarco nomine iacientis errore uehementem capite ictum exciperet, qui dolore pariter ac ludibrio laceſſitus, oſſe inuicem in iacientem remiſſo, frontem eius in occiput reflexit, idemq; loco frontis intorſit, tranſuerſum hominis animum uultus obliquitate mulctando. Ea res contumelioſam ioci inſolentiam temperauit, pugilesq; regia abire coëgit. Qua conuiuij iniuria permotus ſponſus, ferro cum Biarcone decernere ſtatuit, uiolatæ hilaritatis ultionem duelli nomine quæſiturus: in cuius ingreſſu, utri prior feriendi copia deberetur, diutule certatum eſt. Non enim antiquitus in ædendis agonibus crebræ ictuum uiciſſitudines petebantur, ſed erat cum interuallo temporis etiam feriendi diſtincta ſucceſſio, rariſq; ſed atrocibus plagis certamina gerebantur, ut gloria potius percuſſionum magnitudini, quàm numero deferretur. Prælato ob generis dignitatem Agnero, tanta ui ictum ab eo æditum conſtat, ut prima caſſidis parte conſciſſa, ſupremam capitis cuticulam uulneraret, ferrum'que medijs galeæ intercluſum foraminibus dimitteret. Tunc Biarco mutuò percuſſurus, quo plenius ferrum libraret, pedem trunco annixus, medium Agneri corpus, præſtantis acuminis mucrone tranſegit. Sunt qui aſſerant, morientem Agnerum ſoluto in riſum ore, per ſummam doloris diſſimulationem ſpiritum reddidiſſe. Cuius ultionem pugiles auidius expetentes, ſimili per Biarconem exitio mulctati ſunt. Vtebatur quippe præſtantis acuminis, inuſitatæ'que longitudinis gladio, quem Loui uocabat. Talibus operum meritis

Roluonis mira liberalitas.

Pugnandi ratio quæ fuerit ueteribus.

Biarconis robur.

C exultanti, nouam de se sylvestris fera victoriam præbuit. Vrsum quippe eximiæ magnitudinis obuium sibi inter dumeta factum, iaculo confecit, comitemq; suum saltonem, quò uiribus maior euaderet, applicato ore, egestum belluæ cruorem haurire iussit. Creditum nanque erat, hoc potionis genere corporei roboris incrementa præstari. His facinorum uirtutibus clarissimas optimatum familiaritates adeptus, etiam tegi percharus euasit, sororem eius Rutam uxorem adsciuit, uictiq; sponsam uictoriæ præmium habuit. Ab Atisio lacessiti Roluonis ultionem armis exegit, eumq; uictum bello prostrauit. Tunc Roluo magni acuminis iuuenem Hiarthuuarum nomine, sorore Sculda sibi in matrimonium data, annuoq; uectigali imposito, Suetiæ præfectum constituit, libertatis iacturam affinitatis beneficio leniturus. Hoc loci quiddam memoratu iocundum operi inseratur. Adolescens quidam Vuiggo nomine, corpoream Roluonis magnitudinem attentiori contemplatione scrutatus, ingentiq; eiusdem admiratione captus, percontari per ludibrium cœpit, quisnam esset iste krage, quem tanto staturæ fastigio prodiga rerum natura ditasset, faceto cauillationis genere inusitatum proceritatis habitum prosecutus: dicitur enim lingua Danica, krage, truncus cuius semicæsis ramis fastigia conscenduntur, ita ut pes præciforum stipitum obsequio perinde ac scalæ beneficio nixus, sensimq; ad superiora prouectus, petitæ celsitudinis compendium assequatur. Quem uocis iactum Roluo perinde ac inclytum sibi cognomen amplexus, urbanitatem dicti ingentis armillæ dono prosequitur, qua Vuiggo dexteram excultam extollens, læua per pudoris simulationem post tergum reflexa, ridiculum corporis incessum præbuit, præfatus exiguo lætari munere, quem fors diutinæ tenuisset inopiæ. Rogatus cur ita se gereret, inopem ornamenti manum, nulloq; cultus beneficio gloriantem, ad aspectum reliquæ, uerecundo paupertatis rubore perfundi dicebat. D Cuius dicti calliditate consentaneum priori munus obtinuit. Siquidem Roluo manum quæ ab ipso occultabatur, exemplo reliquæ in medium accersendam curauit. Nec Vuiggoni rependendi beneficij cura defuit: siquidem arctissima uoti nuncupatione pollicitus est, si Roluonem ferro perire contingeret, ultionem se ab eius interfectoribus exacturum. Nec prætereundum, quod olim ingressuri curiam proceres, famulatus sui principia, alicuius magnæ rei uoto principibus obligare solebant, uirtute tirocinium auspicantes. Interea Sculda tributariæ solutionis pudore permota, diris animum commentis applicans, maritum exprobrata conditionis deformitate, propulsandæ seruitutis monitu concitatum, atque ad insidias Roluoni nectendas perductum, atrocissimis nouarum rerum consilijs imbuit, plus unumquenq; libertati, quàm necessitudini debere testata. Igitur crebras armorum massas diuersi generis tegminibus obuolutas, tributi more per Hiarthuuarum in Daniam perferri iubet, occidendi noctu regis materiam præbituras. Refertis itaque falsa uectigalium mole nauigijs, Lethram pergitur, quod oppidum à Roluone constructum, eximijsq; regni opibus illustratum, cæteris confinium prouinciarum urbibus regiæ fundationis & sedis autoritate præstabat. Rex aduentum Hiarthuuari conuiualis impensæ delicijs prosecutus, ingenti se potione proluerat: hospitibus præter morem ebrietatis intemperantiam formidantibus. Cæteris igitur altiorem carpentibus somnum, Sueones quibus scelesti libido propositi communem quietis usum ademerat, cubiculis furtim delabi cœpere. Aperitur ilico telorum occlusa congeries, & sua sibi quisque tacitus arma connectit, deinde regiam petunt, irruptisq; penetralibus in dormientium corpora ferrum destringunt. Experrecti complures, quibus non minus subitæ cladis horror, quàm somni stupor incesserat, dubio nisu discrimini restitere, socij an hostes occurrerent, noctis errore incertum

Facete dictum.

Voto se astringendi mos priscus.

Lethra regalis olim sedes.

A certum reddente. Eiusdem forte silentio noctis Hialto qui inter regios proceres spectatæ probitatis merito præeminebat, rus egressus, scorti se complexibus dederat. Hic cum obortum pugnæ fragorem stupida procul aure sensisset, fortitudinem luxuriæ prætulit, maluitq; funestum Martis discrimen appetere, quàm blandis Veneris illecebris indulgere. Quanta hunc militem regis charitate flagrasse putemus, qui cum ignorantiæ simulatione excusationem absentiæ præstare posset, salutem suam manifesto periculo obijcere, quàm uoluptati seruire satius existimauit? Discedentem pellex percunctari cœpit, si ipso careat, cuius ætatis uiro nubere debeat. Quam Hialto perinde ac secretius allocuturus, propius accedere iussam, indignatus amoris sibi successorem requiri, præciso naso deformem reddidit, erubescendoq; uulnere libidinosæ percunctationis dictum mulctauit, mentis lasciuiam oris iactura temperandam existimans. Quo facto, liberum quæsitæ rei iudicium à se ei relinqui dixit. Post hæc repetito ocyus oppido, confertissimis se globis immergit, aduersasq; acies mutua uulnerum inflictione prosternit. Cumq; dormientis adhuc Biarconis cubiculum præteriret, expergisci iussum, tali uoce compellat:

Ocyus euigilet quisquis se regis amicum
Aut meritis probat, aut sola pietate fatetur.
Discutiant somnum proceres, stupor improbus absit,
Incaleant animi uigiles: sua dextera quenque
Aut famæ dabit, aut probro perfundet inerti.
Noxq; hæc aut finis erit, aut uindicta malorum.
Non ego uirgineos iubeo cognoscere ludos,
Nec teneras tractare genas, aut dulcia nuptis
B Oscula conferre, & tenues astringere mammas:
Non liquidum captare merum, tenerumue fricare
Fœmen, & in niueos oculum iactare lacertos.
Euoco uos ad amara magis certamina Martis.
Bello opus est, nec amore leui: nihil hic quoq; facti
Mollities eneruis habet, res prælia poscit.
Quisquis amicitiam regis colit, arma capessat.
Pensandis animis belli promptissima laus est.
Ergo uiris timidum nihil, aut leue fortibus insit,
Destituatq; animos armis cessura uoluptas.
In precio iam fama manet, laudis sibi quisque
Arbiter esse potest, propriaq; nitescere dextra.
Instructum luxu nihil assit, plena rigoris
Omnia præsentem discant exoluere cladem.
Non debet laudis titulos aut præmia captans
Ignauo torpere metu, sed fortibus ire
Obuius, & gelidum non expallescere ferrum.

Ad hanc uocem expergefactus Biarco, cubicularium suum Scalcum ocyus excitatum, hoc alloquitur modo:

Surge puer, crebroq; ignem spiramine pasce.
Verre larem ligno, & tenues dispelle fauillas.
Scintillas extunde focis, ignisq; iacentes
Erige relliquias, & opertas elice flammas.
Languentem compelle larem producere lumen,
Ardenti rutilas accendens stipite prunas.
Proderit admota digitos extendere flamma.

C Quippe calere manu debet qui curat amicum,
Et nocui penitus liuoris pellere frigus.
Rursum Hialto.
Dulce est nos domino percepta rependere dona,
Acceptare enses, famæq; impendere ferrum.
En uirtus sua quenq; monet, meritum bene regem
Rite sequi, dignaq; ducem grauitate tueri.
Enses Theutonici, galeæ armillæq; nitentes,
Loricæ talo immissæ, quas contulit olim
Roluo suis, memores acuant in prælia mentes.
Res petit & par est, quæcunque per ocia summa
Nacti pace sumus, belli ditione mereri,
Nec lætos cursus mœstis præponere rebus,
Aut duris semper casus præferre sequundos.
Mente pari proceres sortem capiamus utranque,
Nec mores fortuna regat, quia condecet æque
Delicias ac dura pati, uultuq; sub illo
Ducamus tristes quo dulces hausimus annos.
Omnia quæ poti temulento prompsimus ore,
Fortibus edamus animis, & uota sequamur
Per summum iurata louem, superosq; potentes.
Danorum primus herus est meus, assit eidem
Vt probus est quisq: procul hinc procul este fugaces,
Forti opus est stabiliq; uiro, non terga ferente
In dubium, belli ue truces metuente paratus.
D Maxima sæpe duci uirtus ex milite pendet.
Tanto etenim princeps aciem securior intrat,
Quanto illum melius procerum stipauerit agmen.
Arripiat digitis pugnacibus arma satelles,
Injiciens dextram capulo, clypeumq; retentans,
Inq; hostis ruat, & nullos expalleat ictus.
Nemo se retro feriendum præbeat hosti,
Nemo enses tergo excipiat, pugnacia semper
Pectora uulneribus pateant, certamina prima
Fronte gerunt aquilæ, & rapidis se rictibus urgent
Anteriore loco. species uos alitis æquet
Aduerso nullam metuentes corpore plagam.
Ecce furens æquoq; sui fidentior hostis,
Ferro artus, faciemq; aurata casside tectus,
In medios fertur cuneos, ceu uincere certus
Intimidusq; fugæ, & nullo superabilis ausu.
Suetica (me miserum) Danos fiducia spernit.
Ecce truces oculis Gotthi, uisuq; feroces
Cristatis galeis hastisq; sonantibus instant,
In nostro ualidam peragentes sanguine cladem,
Distringunt gladios, & acutas cote bipennes.
Quid te Hiaruare loquar? quem Sculda nocente repleuit
Consilio tantaq; dedit crudescere culpa?
Quid te infande canam nostri discriminis autor,
Proditor eximij regis, quem sæua libido

Imperij,

A Imperij, tentare nephas, furijsq; citatum
Coniugis æternam pepulit prætendere noxam?
Quis te error factum Danis dominoq; nocentem
Præcipitauit in hoc rerum scelus? unde subibat
Impietas tanto fraudis constructa paratu?
Quid moror? extremam iam degustauimus escam.
Rex perit, & miseram sors ultima corripit urbem.
Illuxit suprema dies, nisi fortè quis assit
Tam mollis, quod se plagis præbere timescat,
Aut imbellis ita ut domini non audeat ultor
Esse sui, dignosq; animo proscribat honores.
Tu quoq; consurgens niueum caput exere Ruta,
Et latebris egressa tuis in prælia prodi.
Cædes te foris acta uocat, iam curia bellis
Concutitur, diroq; strepunt certamine portæ.
Loricas lacerat ferrum, dirumpitur hamus
Nexilis, & crebro cedunt præcordia telo.
Iam clypeum regis uastæ minuere secures.
Iam longi resonant enses, crepitatq; bipennis
Humanis impacta humeris, & pectora findens.
Quid pauitãt animi? quid hebescit languidus ensis?
Porta uacat nostris, externo plena tumultu.

Cumq; Hialto magna admodum strage ædita prælij cruentasset, tertio tabernaculum Biarconis offenderat, quem metus causa auidum quietis ratus tali ignauiæ exprobratione pertentat:

B Vt quid abes Biarco? num te sopor occupat altus?
Quid tibi quæso moræ est? aut exi, aut igne premeris.
Elige quod præstat. eia concurrite mecum.
Igne ursos arcere licet, penetralia flammis
Spargamus, primosq; petant incendia postes.
Excipiat torrem thalamus, tectiq; ruina
Fomentum flammis, & alendo præbeat igni.
Fundere damnatis fas est incendia portis.
At nos qui regem uoto meliore ueremur,
Iungamus cuneos stabiles, tutisq; phalangem
Ordinibus mensi, quà rex præcepit eamus
Qui natum Boki Roricum strauit auari,
Implicuitq; uirum leto uirtute carentem.
Ille quidem præstans opibus, habituq; fruendi
Pauper erat, probitate minus quàm fœnore pollens,
Aurum militia potius ratus. omnia lucro
Posthabuit, laudisq; carens congessit aceruos
Aeris, & ingenuis uti contempsit amicis.
Cumq; lacessitus Roluonis classe fuisset,
Egestum cistis aurum deferre ministros
Iussit, & in primas urbis diffundere portas:
Dona magis quàm bella parans, quia militis expers,
Munere non armis tentandum credidit hostem,
Tanquam opibus solis bellum gesturus, & usu
Rerum non hominum Martem producere posset.

C Ergo graues loculos & ditia clauſtra reſoluit,
Armillas teretes & onuſtas protulit arcas
Exitij fomenta ſui, ditiſſimus æris
Bellatoris inops, hoſtiq; adimenda relinquens
Pignora quæ patrijs præbere pepercit amicis.
Annellos ultro metuens dare, maxima nolens
Pondera fugit opum, ueteris populator acerui.
Rex tamen hũc prudẽs, oblataq; munera ſpreuit,
Rem pariter uitamq; adimens: nec profuit hoſti
Cenſus iners, quẽ longo auidus cumulauerat ęuo.
Hunc pius inuaſit Roluo, ſummasq; peremptı
Cepit opes, inter dignos partitus amicos
Quicquid auara manus tantis congeſſerat annis:
Irrumpensq; opulenta magis, quàm fortia caſtra,
Præbuit eximiam ſocijs ſine ſanguine prædam.
Cui nil tam pulchrum fuit, ut non funderet illud,
Aut charum quod non ſocijs daret, æra fauillis
Aſſimulans, famaq; annos non fœnore menſus.
Vnde liquet regem claro iam funere functum
Præclaros egiſſe dies, ſpecioſaq; fati
Tempora, præteritos decoraſſe uiriliter annos.
Nam uirtute ardens dum uiueret omnia uicit,
Egregio dignas ſortitus corpore uires.
Tam præceps in bella fuit, quàm concitus amnis
D In mare decurrit, pugnamq; capeſſere promptus
Vt ceruus rapidum bifido pede tendere curſum.
Ecce per infuſas humana tabe lacunas
Cæſorum excuſſi dentes rapiente cruoris
Profluuio toto, & ſcabris limantur arenis.
Splendeſcunt limo alliſi, laceratąq; torrens
Sanguinis oſſa uehit, truncosq; ſuperfluit artus.
Danicus humeſcit ſanguis, ſtagnatq; cruenta
Latius eluuies, & corpora ſparſa reuoluit.
Eliſus uenis ualidum ſpumantibus amnis
Impiger inuehitur, Danis Hyuarus amator
Martis, & extenta pugnantes prouocat haſta.
Attamen hic inter diſcrimina fataq; belli
Frothonis uideo lætum arridere nepotem,
Qui Sirtuallinos auro conſeuerat agro.
Nos quoq; lætitiæ ſpecies extollat honeſta
Morte ſecuturos generoſi fata parentis.
Voce ergo ſimus alacres, auſuq; uigentes.
Nanq; metum par eſt animoſis ſpernere dictis,
Et memorabilibus letum conciſcere factis.
Deſerat os animumq; timor, fateamur utroq;
Intrepidos niſus, ne nos nota iudicet ulla
Parte aliqua ſignum dubij præſtare timoris.
Librentur ſtricto meritorum pondera ferro.
Gloria defunctos ſequitur, putriq; fauillæ
Fama ſuperſtes erit, nec in ullum decidet æuum,

Quod

A Quod perfecta ſuo patrauit tempore uirtus.
Quid clauſis agitur foribus, quid peſſula ualuas
Iuncta ferís cohibent? etenim iam tertia te uox
Biarco ciet, clauſoq; iubet procedere tecto.
Contra quæ Biarco:
Quid me Roluonis generum, quid bellice Hialto
Tanta uoce cies? etenim qui magna profatur,
Grandíloquiſq; alios uerbis inuitat ad arma,
Audere & dicta factis æquare tenetur,
Vt uocem fateatur opus. ſed deſine donec
Armer, & horrendo belli præcíngar amictu.
Iamq; enſem lateri iungo, iam corpore primum
Lorica galeaq; tegor, dum tempora caſſis
Excípit, & rigido conduntur pectora ferro.
Nemo magis clauſis refugit penetralibus uri
Cumq; ſua rogus eſſe domo, licet inſula memet
Ediderit, ſtrictæq; habeam natalia terræ,
Biſſenas regi debebo rependere gentes
Quas títulis dedit ille meis. attendite fortes,
Nemo lorica ſe ueſtiat interituri
Corporis, extremum perſtringat nexile ferrum,
In tergum redeant clypei, pugnemus apertis
Pectoribus, totosq; auro denſate lacertos:
Armillas dextræ excípiant, quo fortius ictus
B Collíbrare queant, & amarum figere uulnus.
Nemo pedem referat, certatim quiſq; ſubire
Hoſtiles ſtudeat gladios, haſtasq; mínaces,
Vt charum ulciſcamur herum: ſuper omnia felix
Qui tanto ſceleri uindictam impendere poſſit,
Et fraudem iuſto punire piacula ferro.
Ecce mihi uídeor ceruum penetraſſe ferocem
Theutonico certe qui ſnyrtir dícitur enſe,
A quo belligeri cepi cognomen, ut Agner
Ingelli natum fudi, retuliq; trophæum.
Ille meo capiti impactum perfregit Hothingum
Eliſum morſu gladium, maiora daturus
Vulnera, ſi melius ferri uíguiſſet acumen.
Cui contra læuam lateris cum parte ſiniſtri
Diſſecui, dextrumq; pedem, labensq; ſub artus
Incidit in medias ferrum penetrabile coſtas.
Hercule nemo illo uiſus mihi fortior unquam.
Semiuigil ſubſedit enim cubitoq; recliuis
Rídendo excepit letum, mortemq; cachinno
Spreuit, & elyſium gaudens ſucceſſit in orbem.
Magna uiri uirtus, quæ riſu calluit uno
Supremam celare necem, ſummumq; dolorem
Corporis ac mentis læto compeſcere uultu.
Nunc quoq; cuiuſdam præclaro ſtemmate nati
Vitales fibras ferro rimabar eodem,
Et ferrum penitus intra præcordia merſi.

C Filius hic regis,& auito sanguine lucens
Indole clarus erat,teneriscp nitentior annis.
Non illi hamatum poterat prodesse metallum,
Non ensis,non umbo teres,tam uiuida ferri
Vis erat,obiectis tardari nescia rebus.
Ergo duces ubi sunt Gotthorum,militiæcp
Hiartuari?ueniant,& uires sanguine pensent.
Qui iaciunt,qui tela rotant,nisi regibus orti.
Surgit ab ingenuis bellum,clarissima Martem
Stemmata conficiunt,nec enim uulgaribus ausis
Res agitur,quam sola ducum discrimina tentant.
Illustres obeunt proceres,en maxime Roluo
Magnates cecidere tui,pia stemmata cessant.
Nõ humile obscurum ue genus, nõ funera plebis
Pluto rapit, uilescp animas,sed fata potentum
Implicat,& claris complet phlegethonta figuris.
Non memini certamen agi,quo promptius esset
Alternare enses,partiricp ictibus ictus.
Dans unum tres accipio,sic mutua Gotthi
Vulnera compensant,sic dextra potentior hostis
Vindicat acceptam cumulato fœnore pœnam.
Quanquam adeò solus multorum funere leto
Corpora tradiderim pugnans,ut imagine collis
Aeditus è truncis excrescceret arcubus agger,
D Et speciem tumuli congesta cadauera ferrent.
Et quid agit,qui me nuper prodire iubebat
Eximia se laude probans,alioscp superba
Voce terens, & amara serens opprobria, tanquã
Vno bissenas complexus corpore uitas?

Ad hæc Hialto.

Quanq̃ subsidio tenui fruor,haud procul absum,
Hac q̃cp qua stamus opus est ope,nec magis uscp
Vis aut lecta manus promptorũ in bella uirorum
Exigitur,iam duræ acies & spicula scutum
Frustatim secuere meum,partescp minutim
Auulsas absumpsit edax per prælia ferrum.
Prima sibi testis res est,secp ipsa fatetur.
Fama oculo cedit,uisuscp fidelior aure est.
Rupti etenim clypei retinacula sola supersunt.
Sectus & in gyro remanet mihi peruidus umbo.
Et nunc Biarco uiges,quanq̃ cunctatior æquo
Extiteris,damnumcp moræ probitate repensas.

At Biarco.

Carpere me necdum,probriscp lacessere cessas?
Multa moras afferre solent,nancp obuius ensis
Cunctandi mihi causa fuit,quem Sueticus hostis
In mea prævalido contorsit pectora nisu.
Nec parcè gladium capuli moderator adegit:
Nam quantum in nudo uel inermi corpore fas est
Egit in armato,sic duri tegmina ferri

A Vt molles traiecit aquas, nec opis mihi quicquam
Aspera loricæ poterat committere moles.
Et nunc ille ubi sit qui uulgo dicitur Othin
Armipotens uno semper contentus ocello?
Dic mihi Ruta precor usquam si conspicis illum?
Ad hæc Ruta.
Adde oculum propius, & nostras prospice chelas,
Antè sacraturus uictrici lumina signo
Si uis præsentem tutò cognoscere Martem.
Tum Biarco.
Si potero horrendum Friggæ spectare maritum
Quantumcunq; albo clypeo sit tectus, & altum
Flectat equum, Lethra nequaquam sospes abibit.
Fas est belligerum bello prosternere diuum,
Ante oculos regis clades speciosa cadentes
Excipiat, dum uita manet studeamus honeste
Posse mori, clarumq; manu decerpere funus.
Ad caput extincti moriar ducis obrutus, ac tu
Eiusdem pedibus moriendo allabere pronus,
Vt uideat quisquis congesta cadauera lustrat,
Qualiter acceptum domino pensauimus aurum.
Præda erimus coruis, aquilisq; rapacibus esca,
Vescenturq; uorax nostri dape corporis ales.
Sic belli intrepidos proceres occumbere par est,
B Illustrem socio complexos funere regem.

Hanc maxime exhortationum seriem idcirco metrica ratione compegerim, quod earundem sententiarum intellectus, Danici cuiusdam carminis compendio digestus, à compluribus antiquitatis peritis memoriter usurpatur. Contigit autem potitis uictoria Gothis omne Roluonis agmen occumbere, neminemq; excepto Vuiggone ex tanta iuuentute residuum fore. Tantum enim excellentissimis regis meritis ea pugna à militibus tributum est, ut ipsius cædes omnibus oppetendæ mortis cupiditatem ingeneraret, eiq; morte iungi uita iucundius duceretur. Lætus Hiartuarus prandendi gratia positis mensis conuiuium pugnæ succedere iubet, uictoriam epulis prosecuturus. Quibus oneratus magnæ sibi admirationis esse dixit, quod ex tanta Roluonis militia nemo qui saluti fuga, aut captione consuleret, repertus fuisset. Vnde liquidum fuisse, quanto fidei studio regis sui charitatem coluerint, cui superstites esse passi non fuerint. Fortunam quoque quod sibi ne unius quidem eorum obsequium supereſſe permiserit causabatur, quàm libentissime se talium uirorum famulatu usurum testatus. Oblato Vuiggone perinde ac munere gratulatus, an sibi militare uellet perquirit. Annuenti destrictum gladium affert. Ille cuspidem refutans, capulum petit; hunc morem Roluoni in porrigendo militibus ense extitisse præfatus. Olim nanque se regum clientelæ daturi, tacto gladij capulo obsequium polliceri solebant. Quo pacto Vuiggo capulum complexus, cuspidem per Hiartuarum agit, ultionis compos, cuius Roluoni ministerium pollicitus fuerat. Quo facto, ouans irruentibus in se Hiartuari militibus cupidius corpus obtulit, plus uoluptatis se ex tyranni nece, quàm amaritudinis ex propria sentire uociferans. Ita cõuiuio in exequias uerso, uictoriæ gaudium funeris luctus insequitur. Clarum ac semper memorabilem uirum, qui uoto fortiter expleto, mortem spoate complexus suo ministerio mensas tyranni sanguine maculauit. Neque enim occidentium manus

C uiuax animi uirtus expauit, cum prius à se loca quibus Roluo assueuerat, interfectoris eius cruore respersa cognosceret. Eadem itaque dies Hiartuari regnum finiuit ac peperit. Fraudulenter enim quæsitæ res, eadem sorte defluunt qua petuntur, nullusq; diuturnus est fructus, qui scelere ac perfidia partus fuerit. Quo euenit, ut Sueones paulò ante Daniæ potitores, ne suæ quidem salutis potientes existerent. Protinus enim à Sialandensibus deleti, læsis Roluonis manibus iusta exoluere piacula. Adeò plerunque fortunæ sæuitia ulciscitur, quod dolo ac fallacia patratur.

HISTORIAE DANICAE LIBRI SECVNDI FINIS.

SAXONIS GRAMMATICI
HISTORIAE DANORVM LIBER TERTIVS.

D OTHERVS Athisli frater, idemq; Geuari regis alumnus, cuius mentionem præmisi, post Hiartuarum utriusque regni imperium sumit. Huius tempora si ab ætatis eius origine cœpero, aptius explicabuntur. Pulchrius enim pleniusq; extrema annorum illius curricula perstringuntur, ubi prima silentio non damnantur. Interfecto ab Helcone Hodbroddo, filius Hotherus sub tutela Geuari regis pueritiæ procursum exegit. Adolescens collacteis ac coëuis summa corporis firmitate præstabat. Cæterum ingenium eius crebræ dotauerant artes. Quippe natationis, arcus, cæstuumq; peritia, necnon quantamcunq; ea ætas capere poterat, agilitate pollebat. Haud minus exercitio, quàm uiribus potens. Immaturam adhuc ætatem uberrimis animi beneficijs transcendebat. Nemo illo chelis, aut lyræ scientior fuerat. Præterea sistro ac barbyto, omniq; fidium modulatione callebat. Ad quoscunq; uolebat motus uarijs modorum generibus humanos impellebat affectus. Gaudio, mœstitia, miseratione, uel odio, mortales afficere nouerat. Ita auriũ uoluptate, aut horrore animos implicare solebat. Tot iuuenis artibus Geuari filia Nanna admodum delectata, amplexum eius expetere cœpit. Fit enim ut uirtute iuuenum uirgines incalescant, & quorum minus complacet forma, probitas acceptetur. Multiplices enim amor aditus habet. Alijs amor decor, alijs animi uirtus, quibusdam artium usus uoluptatis iter aperit, nonnullis comitas Veneris copiam parat, complures famæ candor acceptos facit. Nec leuius uulnus fortes quàm pulchri puellis infligere solent. Accidit autem ut Othini filius Balderus Nannæ corpus abluentis aspectu solicitatus, infinito amore corriperetur. Vrebat illum uenustissimi corporis nitor, animumq; perspicuæ pulchritudinis habitus inflammabat. Validissimum nanque libidinis irritamentum est decor. Hotherum itaque per quem maxime uotum interpellandum timebat, ferro tollere constituit, ne moræ impatiens amor, ullo fruendæ libidinis obstaculo tardaretur. Eodem forte tempore Hotherus inter uenandum errore nebulæ perductus, in quoddam syluestrium uirginum conclaue incidit, à quibus proprio nomine

Amoris aditus multi.

A mine ſalutatus, quænam eſſent, perquirit. Illæ ſuis ductibus auſpicijsq́ maxime bellorum fortunam gubernari teſtantur. Sæpe enim ſe nemini conſpicuas præ-lijs intereſſe, clandeſtinisq́ ſubſidijs optatos amicis præbere ſucceſſus. Quíp-pe conciliare proſpera, aduerſa infligere poſſe pro libito memorabant, adiecto, qualiter in collacteam eius Nannam inter lauandum conſpectam, Balderus ex-arſerit: hortatæq́ ne eum, quamuis infeſtiſſimo odio dignum, armis laceſſeret, ſemideum hunc eſſe teſtantes, arcano ſuperum ſemine procreatum. His acce-ptis, Hotherus labentis hoſpitij tegmine defectus, ſub dío ſe relictum totiusq́ expertem umbraculi medijs repente campis expoſitum conſpicatur. Præcipue uero puellarum præpetem fugam, lociq́ uerſilem ſitum, ac fallacem ædis imagi-nem mirabatur. Ignorabat enim quæ circa ſe geſta fuerant, ludibrium tantum, inaneq́ præſtigioſarum artium extitiſſe commentum. Vnde rediens Geuaro, ordinem inſecutæ errorem ſuum ludificationis exponit, filiamq́ eius continuò poſtulauit. Cui Geuarus quamlibentiſſime ſe fauturum ſubiunxit, ni Balderi íram repulſa contracturum metueret, priorem illum ſibi conſentaneas preces porrexiſſe teſtatus. Nam ne ferro quidem ſacram corporis eius firmitatem cede-re perhibebat. Adiecit tamen, ſcire ſe gladium arctiſſimis obſeratum clauſtris, quo fatum ei infligi poſſit: hunc à Mimingo ſyluarum ſatyro poſſideri. Eidem quoque armillam eſſe, mira quadam arcanaq́ uirtute, poſſeſſoris opes augere ſo-litam. Horum præterea locorum aditum inuium, impedimentis obfuſum, haud facile mortalibus patêre poſſe. Maiorem ſiquidem itineris partem inuſitati frígo-ris ui perenniter obſideri. Iubet itaque ceruis iugalibus currum inſtruat, cuius ce leritate eximio gelu rigentia iuga tranſcendat. Quô cum peruenerit, tabernacu-lum ſuum ita à ſole auerſum conſtituat, ut umbram ſpecus cui Mimingus aſſue-
B uiſſet excipiat, nec ipſum mutua tamen obumbratione contingat, ne ſatyrum inſolitæ obſcuritatis iactus exitu deturbaret. Ita armillam enſemq́ in expedito fore, quorum alterum opum, alterum belli fortuna comitaretur, in utroque in-gens poſſeſſori præmium eſſe. Hactenus Geuarus. Nec inerter Hotherus quæ ab ipſo didicerat executus, tabernaculo ad prædictum modum locato, noctu cu-ras, interdiu uenationes agebat. Vtranque temporis uicem peruigil exſomnisq́ ducebat, ita diſcrimina lucis noctisq́ partitus, ut hanc rerum meditationi tribue-ret, illam conuectandis corporis alimentis impenderet. Cumq́ forte pernox at-tonita curis mente langueſceret, obumbrantem tabernaculo ſuo ſatyrum haſta petiuit, obrutumq́ ictu, nec ſatis fugæ potentem, uinculis intercepit. Vltima de-inde per ſummam uerborum atrocitatem minatus, enſem, armillasq́ depoſcit. Nec ſegniter ſatyrus ſalutis redemptionem, quæ ab ipſo petebatur, exhibuit. Adeò cunctis re prior eſt uita, cum nihil apud mortales ſpiritu charius exiſtere ſoleat. Hotherus opum adeptione lætatus, patriam repetit, paucis, ſed inſigni-bus ſpolijs felix. Quibus eum Gelderus Saxoniæ rex potitum comperiens, mi-lites in tam illuſtris prædæ raptum, crebro concitabat hortatu. Paruit iuuentus regi, properanter inſtruens claſſem. Quod præuidens Geuarus, quippe diui-nandi doctiſſimus erat, induſtriaq́ præſagiorum excultus, uocato Hothero, iu-bet congreſſuri ſecum Gelderi iacula patienter excipiat, non antè ſua remiſſu-rus, quàm hoſtem miſſilibus carere conſpiciat. Cæterum roſtratas admoueat falces, quibus nauigia lacerari, caſſidesq́ & ſcuta militibus detrahi poſſint. Cuius conſilio obſequutus Hotherus, ſalutarem eius exitum expertus eſt. Siquidem ad primos Gelderi impetus ſubſiſtere ſuos, ac corpora ſcutis protegere iubet, præſentis pugnæ uictoriam patientia capeſſendam teſtatus. At hoſtis miſſilibus nulla ex parte cohibitis, ijſdemq́ per ſummam pugnandi cupiditatem effuſis, hoc

C auidius haſtas ac ſpicula torquere cœpit, quo Hotherũ in his excipiendis patien-
tius ſe gerere comperit. Quæ partim ſcutis, partim nauigijs infixa rarũ dedere uul
nus, complura innoxia ac fruſtra uidebantẽ excuſſa. Siquidẽ Hotheri milites regis
imperium exequentes, receptam telorum uim conſerta clypeorum teſtudine re-
pellebant: nec rarus quidem eorum numerus erat, quæ leui ictu umbonibus im-
pacta fluctibus incidebant. Quorum omnium copia uacuefactus Gelderus, dum
eadem ab hoſtibus correpta, alacrius in ſe retorqueri conſpiceret, mali cacumen
puniceo ſcuto complexus, indiciũ id pacis erat, ſaluti deditione conſuluit. Quem
Hotherus amiciſſimo uultu, benigniſſimoq; ſermone exceptum, nõ minus huma
nitate quàm arte perdomuit. Ea tempeſtate Helgo Halogiæ rex, Cuſonis Finno-
rum Byarmorumq; principis filiã, nomine Thoram, crebrę legationis officio pro-
cabatur. Adeò quod per ſe minus ualidũ eſt, alieni indigum noſcitur. Nam cum
eius temporis iuuenes matrimonij poſtulationẽ propria uoce proſequendi con-
ſuetudinem haberent, hic tanto oris uitio obſitus erat, ut nõ ſolum exteras, ſed etí-
am domeſticas aures erubeſceret. Adeò calamitas omnis conſcios uitat. Eo ſiquí-
dem naturæ damna moleſtiora ſunt, quo liquidius patent. Huius Cuſo legatione
ſpreta, coniugio indignũ reſpondit, qui propria parum uirtute ſubnixus, ad id im
petrandum precaria mutuareť officia. Quod audiens Helgo, Hotherũ quem po
litioris facundiæ nouerat, ſuis fauere ſtudijs obſecrabat, alacriter ſe quicquid is im
peraſſet executurũ pollicitus. Ille ſedula iuuenis ſupplicatione deuictus, armata
claſſe Noruagiam petit, quod uerbis non poſſet, uiribus peracturus. Cumq; pro
Helgone per ſummã eloquij ſuauitatem egiſſet, refert Cuſo, mentem filiæ conſu-
lendam, ne quid contra nolentem, paterna uideretur ſeueritate præſumptũ. Ac-
ceríitamq; an proco allubeſceret, percontatus annuẽtis Helgoni nuptias pollice-
D tur. Igitur Hotherus obſeratas Cuſonis aures ad ea quæ precabatur exaudienda,
rotundæ uolubilisq; facundiæ dulcedine patefecit. Quæ dum in Halogia gerun-
tur, Balderus poſtulandæ Nannę gratia, Geuari fines armatus ingreditur. A quo
cum ipſius Nannæ mentem cognoſcere iuberetur, exquiſitis uerborũ delenimen
tis puellam aggreſſus, cum nullum uotis locum efficere potuiſſet, repulſę cauſam
cognoſcere inſtitit. Quæ reſpondit, nuptijs deum mortali ſociari non poſſe, quod
ingens naturæ diſcrimen copulæ commercium tollat. Sed & ſuperos interdum
pacta reſcindere ſolitos, ſubitoq; uinculum diſijci, quod impares contraxiſſent.
» Neq; enim ſtabilem diſſonis ineſſe nexum, cum apud excelſos humilium ſemper
» fortuna ſordeſcat. Præterea abundantiæ & egeſtatis diuiduum contuberniũ eſſe,
» nec inter ſplendidas opes obſcuramq; pauperiem firma ſocietatis iura conſiſtere.
Ad ultimum, ſupernis terreſtria non iugari, quæ tanto originis interuallo diſcors
rerum natura ſecreuerit, quod à diuinæ luculentia maieſtatis infinitum diſtet hu-
mana mortalitas. Hac reſponſi cauillatione eluſis Balderi precibus, detrectandi
coniugij prudens argumenta texebat. Quod cum Hotherus ex Geuaro cogno-
ſceret, multa ſuper Balderi petulantia, apud Helgonem querulus diſſerebat: in-
certi ambo quid facto opus eſſet, uarijs ſententiam conſilijs agitabant. Amica
ſiquidem in aduerſis collocutio tametſi periculum non tollit, ægritudinem mi-
nuit. Inter cętera animi uota, fortitudinis ſtudio prępõderante manus, claſſe cum
Baldero conferitur. Hominibus aduerſum deos certatum crederes. Nam Balde-
ro Othinus ac Thoro ſacraq; deũm agmina propugnabant. Diuinis humanisq;
uiribus permixtum aſpiceres bellum. At Hotherus tunica ferrum ſpernente ſuc-
cinctus, confertiſſimos deorum cuneos irrumpebat, & quantum terrenus in ſu-
perna poterat, graſſabatur. Sed & Thoro inuſitato clauæ libratu cuncta clypeo-
rum obſtacula lacerabat, tantum ad ſe inceſſendum hoſtes inuitans, quantum ſo-
cios ad

A cios ad tuendum. Nullum erat armaturæ genus, quod impellenti non cederet. Nemo ferientem tutò excipere poterat. Quicquid ictu arcebat, obruit. Non clypei, non cassides impactum pertulere robur. Nulli corporis aut uirium magnitudo subsidio fuit. Proinde uictoria ad superos concessisset, ni Hotherus inclinata suorum acie celerius aduolans, clauam præciso manubrio inutilem reddidisset. Quo telo defecti diui subitam dedere fugam. Inimicum opinioni esset, nisi fidem antiquitas faceret, deos ab hominibus superari. Deos autem potius opinatiue, quàm naturaliter dicimus. Talibus nanque non natura, sed gentium more, diuinitatis uocabulum damus. Cæterum Balderum fuga cursu quæsita seruauit. Cuius nauigijs uictores aut ferro laceratis, aut fluctu obrutis, non contenti deos uicisse, classis reliquias sæuitia insequuntur, earum iactura funestam belli cupidinem expleturi. Adeò plerunq; insolentiam successus exasperat. Testis belli portus Balderi fugam uocabulo refert. Gelderum quoque Saxoniæ regem, eodem consumptum bello, remigum suorũ cadaueribus superiectum, ac rogo nauigijs extructo impositum, pulcherrimo funeris obsequio extulit. Cineres eius perinde ac regij corporis reliquias, non solum insigni tumulo tradidit, uerumetiam plenis uenerationis exequijs decorauit. Post hæc, ne connubij spem ulterior rerum importunitas moraretur, repetito Geuaro cupitis Nannæ complexibus fruitur. Deinde Helgonem ac Thoram plenis liberalitatis officijs prosequutus, nouam Suetiæ nuptam aduexit, cunctis tam uenerabilis uictoria, quàm Balderus ridiculus fuga. Quo tempore cum Sueonum magnates, soluendi tributi gratia Daniam petiuissent, ob egregia patris merita, à popularibus loco regio cultus, fallax fortunæ lenocinium expertus est. Siquidem à Baldero quem paulò ante deuicerat prælio superatus, ad Geuarum decurrere necesse habuit, uictoria
B post regnum amissa, quam priuatus adeptus fuerat. Victor Balderus, ut afflictum siti militem opportuni liquoris beneficio recrearet, nouos humi latices terram altius rimatus aperuit. Quorum erumpentes scatebras sitibundum agmen hianti passim ore captabat. Eorundẽ uestigia sempiterno firmata uocabulo, quanquam pristina admodũ scaturigo desierit, nondum prorsus exoleuisse creduntur. Idem laruarum Nannæ speciem simulantiũ continua noctibus irritamenta perpessus, adeò in aduersam corporis ualetudinẽ incidit, ut ne pedibus quidem incedere posset: quamobrem biga rheda'ue emetiendorum itinerum consuetudinem habere cœpit. Tanta amoris ui suffusum pectus, ad extremã penè tabem eum redegerat. Nihil enim sibi uictoriam dedisse credidit, cuius Nanna præda non fuerit. Fro quoq; deorum satrapa sedem haud procul Vpsala cepit, ubi ueterem litationis morem tot gentibus ac seculis usurpatum, tristi infandoq; piaculo mutauit. Siquidẽ humani generis hostias mactare aggressus, fœda superis libamenta persoluit. Inter hæc Hotherus defectã ducibus Daniã, Hiartuarumq; celeres peremptí Roluonis pœnas dedisse cognoscens, quod uix spe complecti posset, casu sibi collatum dicebat. Nam & Roluonem quẽ quod ab eius patre suum interfectum meminisset uita spoliare debuerat, aliena opera supplicium luisse, & sibi potiendę Daniæ copiam insperato rerũ beneficio patuisse. Quippe regnum eius auito sibi iure competere, si rite maiorum stemmata reuoluantur. Inde Sialandiæ portum Isoram ingenti classis numero occupat, imminentis fortunæ beneficio usurus. Vbi rex ab occurrente sibi Danorũ populo constitutus, paulò post Athisli fratris quem Suetis præesse iusserat, excessu cognito, Sueticum Danico imperium sociat. Cæterum Athislum mors ignominiosa consumpsit. Dum enim Roluonis inferias per summam animi hilaritatem conuiuio celebraret, potione auidius sumpta, subito fine sordidæ intemperantiæ pœnas pependit. Ita dum alie-

C num fatum impensioribus lætitiæ modis excolit, proprium irrumpere coëgit. Balderus quoque classe Sialandiam petens, cum & armis celeber & maiestate conspicuus haberetur, Hothero Suetiam tenente, quicquid super regni fastigio postulabat, promptissimis Danorum suffragijs impetrauit. Tam ancipiti censura maiorum nostrorum sententia fluctuata est. Huic Hotherus à Suetia regressus infestum intulit bellum. Acerrimum imperij cupidis de rerum summa certamen incesserat. Eidem Hotheri fuga finem imposuit. Qui cum in Iutiam concessisset, uicum in quo manendi usum habuit, nomine suo nuncupandum curauit. Vbi hybernis peractis, solitarius incomitatusq; Suetiam repetit. Ibi magnatibus accersitis, ob infelices rerum cursus, quibus ipsum Balderus bis uictor afflixerat, lucis ac uitæ pigere se dixit. Deinde consalutatis omnibus, difficilia aditu loca deuio calle sectatus, expertes humani cultus indagines perlustrabat. Fit enim ut quibus insolabilis animi dolor inciderit, obscuros externosq; secessus quasi quoddam pellendæ tristitiæ remedium captent, nec magnitudinem mœroris inter humanos queant tolerare conuictus. Adeò plerunque amica est ægri tudini solitudo. Præcipue enim illuuies ac squalor delectant, quos aduersa animi ualetudo concusserit. Consueuerat autem in æditi montis uertice consulenti populo plebiscita depromere. Quamobrem uenientes occultantis se regis inertiam causabantur, absentiaq; eius grauissimis omnium querelis lacerata est. At Hotherus extrema locorum deuia peruagatus, insuetumq; mortalibus nemus emensus, ignotis fortè uirginibus habitatum reperit specum. Easdem esse constabat, quæ eum insecabili ueste quondam donauerant. A quibus cur eo locorum uenerit interrogatus, infaustos belli declarat euentus. Itaque fide earum damnata, gestarum infeliciter rerum fortunam tristesq; casus deflere cœpit, secus sibi cessisse questus, quàm ab ipsis promissum accepit. At nymphæ eum quanquam raro uictor extiterit, æquam tamen hostibus cladem ingessisse dicebant, nec minoris stragis autorem fuisse quàm complicem. Cæterum in expedito uictoriæ gratiam fore, si inusitatæ cuiusdam suauitatis edulium augendis Balderi uiribus excogitatum præripere potuisset. Nihil enim factu difficile futurum, dummodo hosti in augmentum roboris destinato potiretur obsonio. Ex quarum dictis, Hotherus promptissimam inferendi Balthero belli fiduciam mente præsumpsit, quanquam deos armis incessere terrenis arduum nisibus uideretur. Fuere quoque ex suis qui illum tutò bellum cum superis commissurum negarent: atque illi infinitus animi calor respectum maiestatis ademerat. Apud fortes enim non semper impetum ratio subruit, aut consilio temeritas succumbit. Vel fortasse meminerat Hotherus excellentissimis uiris incertissimã extare potentiam, exiguam que glebam ingentes arietare currus. Contrà Balderus Danis in arma contractis, Hotherum acie excipit. Ingenti utrinque clade gesta, ac ferè pari partium strage ædita, nox prælium soluit. Cuius tertio fermè peruigilio Hotherus clàm cunctis res hostium exploraturus egreditur. Somnum quippe eius profecta ab imminenti discrimine cura discusserat. Ita plerunque ingens animi motus quieti corporis aduersatur, nec alterius requiem unius inquietudo patitur. Igitur in hostium castra perueniens, tres nymphas arcanę dapis gerulas Balderi castris excessisse cognoscit. Quas cursim insequens (nam earum fugã roscida prodidere uestigia) tandẽ tecta quibus assueuerant subit. Igitur ab his quisnã esset rogatus, citharœdũ se dixit. Nec experimentũ professioni dissonũ fuit. Oblatam nanq; chelim inflexis ad musam neruis, compositisq; plectro fidibus moderatus, gratum auribus melos promptissima modulatione fundebat. Cæterũ tres illis colubræ fuere, quarũ tabo solidatiuæ confectionis epulum Baldero temperare solebant.

Solitudo amica ægritudini.

Antrum dearũ

D

A lebant. Iamq; anguium aperto ore multa pulmento sanies influebat. Sed & nympharum quædam humanitatis studio Hotherum epulo compertiuissent, ni trium maxima uetuisset, fraudem Baldero fieri protestans, si ipsius hostem corporei roboris incrementis auxissent. Ille se non Hotherum, sed Hotheri comitem dicebat. Eædem nanque nymphæ accurati nitoris cingulum, potentemq; uictoriæ zonam clementi benignitate ei largitæ sunt. Qui cum pristinum iter remetiendo calle quo uenerat repedaret, obuij sibi Balderi latus hausit, eumq; semineccm prostrauit. Quo militibus nunciato, totis Hotheri castris alacer exultantium clamor insonuit, Danis Balderi fortunam publico mœrore prosequentibus. Qui cum indubitatum sibi fatum immínere sentiret, dolore uulneris accensus, die postera prælium renouat. Quo feruente, lectica se in aciem deferri iussit, ne intra tabernaculum obscura morte defungi uideretur. Postera nocte eidem Proserpina per quietem astare aspecta, postridie se eius complexu usuram denunciat. Nec inane somnij præsagium fuit: nam Balderum elapso triduo, nimius uulneris cruciatus absumpsit. Cuius corpus exercitus regio funere elatum, facto colle condendum curauit. Hunc quidam nostri temporis uiri, quorum præcipuus Haraldus erat, uigente ueteris sepulturæ fama, spe reperiendæ pecuniæ noctu adorti, repentino cœptum horrore liquerunt. Ex ipso nanque perrupti montis cacumine, subita torrentis uis, magno aquarum strepitu prorumpere uidebatur, cuius rapidior moles incitatissimo lapsu subiectis infusa campis quicquid offendebat inuolueret. Ad cuius impetum deturbati fossores, abiectis ligonibus, uariam carpsere fugam, irruentis aquæ uorticibus implicandos se rati, si cœptum diutius exequi niterentur. Ita à dijs loci illius præsidibus incussus subitò metus, iuuenum animos auaritia abstractos, ad salutis curam conuertit, neglectoq; cupiditatis proposito, uitæ studiosos esse docuit. Huius autem scaturiginis speciem adumbratam, non ueram fuisse constat, nec ab imis terræ uisceribus genitam, sed præstigiosa quadam administratione productam, cum in arido liquidos manare fontes, natura non sinat. Omnes hunc posteri collem, ad quos fractionis eius fama transierat, intentatum liquere. Quamobrem an quicquam opum contineat, parum compertum, cum nemo opacam eius crepidinem, obstante periculi metu, post Haraldum tentare præsumpserit. At Othinus quanquam deorum præcipuus haberetur, diuinos tamen & aruspices, cæterosq; quos exquisitis præscientiæ studijs uigere compererat, super exequenda filij ultione solicitat. Plerunque enim humanæ opis indiga est imperfecta diuinitas. Cuius Rostiophus Phinnicus, alium ex Rinda Ruthenorum regis filia suscitandum prædixit, qui fraternæ cladis pœnas exigere debebat. Deos siquidem consortis sui ultionem orituri fratris officio destinasse. Hoc audito, Othinus os pileo ne cultu proderetur obnubens, prædictum regem stipendia meriturus accedit. A quo magister militum effectus, recepto exercitu, pulcherrimam ex hostibus uictoriam retulit. Quem rex ob pugnam strenue æditam, in primum amicitiæ gradum adciuit, haud parcius donis, quàm honoribus cultum. Idem post paruulum temporis interuallum, solus hostium acies in fugam propulit, mirificæq; cladis autor pariter ac nuncius redijt. Admirationi omnibus erat, quod tanta de innumeris strages unius accipi uiribus potuisset. Quibus meritis fretus Othinus, tacite regem amoris sui consciũm facit. Cuius benignissimo fauore recreatus, dum à puella osculum peteret, alapam recepit. Nec eum aut contumeliæ deformitas, aut iniuriæ dolor, proposito depulit. Postero siquidem anno, ne quod auide orsus erat, ignominiose desereret, peregrina ueste sumpta, regis contubernium repetit (Neque enim facile ab occurrentibus dignosci poterat, cum ueras oris

Rindæ austera pudicitia.

C notas falſus ſqualor abſtergeret, ueterem habitum noua furaretur illuuies) Roſterum ſe uocitari, fabriliumq; rerum officio callere perhibuit. Itaque multiplices rerum formas ſpecioſiſſimis æris lineamentis complexus adeò profeſſionem artificio commendauit, ut recepto à rege magni ponderis auro, matronarum ornamenta procudere iuberetur. Igitur complura fœminei cultus inſignia fabricatus, tandem armillam cæteris operoſius expolitam, annulosq; complures pari ſtudio decuſatos puellæ præbuit. Sed nullis flecti meritis indignatio poteſt. Quẽ Rinda baſium ſibi porrigere cupientem, colapho percuſſit. Minus enim acceptantur dona quæ præſtat inuiſus: ſanè gratiora ſunt, quæ ab amicis porriguntur. Adeò interdum ex offerente oblati precium pendet. Non dubitauit enim peruicacis animi puella, quin ſubdolus ſenex libidinis aditum ficta liberalitate captaret. Præterea acre eidem atque intractabile ingenium fuit: ſiquidem dolum obſequio inſtrui, donorumq; ſtudio flagitijs uotum ſubeſſe cognouit. Quam pater plurimum obiurgare quod nuptias detrectaret aggreſſus, illa ſenile peroſa connubium, teneris puellarũ annis præproperos complexus negabat, ab infirmioris ætatis excuſatione reſpuendarum nuptiarum ſubſidium mutuata. At Othinus nihil amantium ſtudijs perſeuerantiæ robore efficacius expertus, quanquã geminæ repulſæ ignominia affectus fuiſſet, tertio regem priori ſpecie confuſa, perfectiſſimam rei militaris induſtriam profeſſus acceſſit. Eundem in hanc curam non uoluptas modo, ſed etiam demendæ ignominiæ cupido perduxerat. Ita præſtigiarum peritis uerſili uultu uarios habitus præ ſe ferendi promptiſſima quondam poteſtas inceſſerat: quippe præter naturalem corporis ſpeciem, cuiuſlibet ætatis ſtatum ſimulare callebant. Igitur ſenex iocundum profeſſionis ſuæ ſpectaculum æditurus, inter promptiſſimos inſolentius obequitare ſolebat, nec eo qui-
D dem officij genere puellæ rigor inflecti potuit: uix ſiquidem animus ſyncere in gratiam redit, cum quo uehemens ſemel odium geſſit. Quam cum diſceſſurus oſculo petere uellet, ita ab ea propulſus eſt, ut mentum terræ nutabundus impingeret. Quam protinus cortice carminibus adnotato contingens, lymphanti ſimilem reddidit, receptam toties iniuriam modeſto ultionis genere inſequutus. Adhuc tamen propoſitum exequi non cunctatus, quippe ſpem eius fiducia maieſtatis inflauerat, puellari ueſte ſumpta, quarto regem uiator indefeſſus petiuit. A quo receptus non modo ſedulum ſe, ſed etiam importunum exhibuit. Qui quod muliebriter propemodum cultus eſſet, à pleriſq; fœmina credebatur. Cæterum ſe uocabulo uuecham arte medicam teſtabatur, profeſſionem quoq; promptiſſimis cõmendabat officijs. Tandem in reginæ famulitium adſcitus, puellę pediſſequam egit. Cuius etiam pedum ſordes ſerotinis horis abluere ſolebat. Licebat quoque lympham pedibus miniſtranti ſuras ac ſuperiores femorum partes contingere. At quoniam uario fortuna paſſu graditur, quod arte promptum nõ erat, in expedito caſus conſtituit. Accidit enim puellam corporis firmitate defectam, circumſpectis morbi remedijs in ſalutis præſidium manus quas ante damnauerat aduocare, quemq; ſemper faſtidio habuerat ſeruatorem adſciſcere: qui curioſius cuncta doloris indicia perſcrutatus, ut morbo quamprimũ occurreretur, medicata potione utendum aſſeruit. Cęterum eius temperamenti tantam acerbitatem fore, ut niſi puella uinculis ſe continendam dediſſet, curationis uim perferre non poſſet. Ab intimis enim fibris, morbi propulſandam eſſe materiam. Quo pater audito, filiam uincire non diſtulit, iniectamq; toro ad omnia quæ medicus admoniſſet, patientiam præſtare iuſſit. Fallebat illum fœminei ſpecies cultus, quo ſenex ad obumbrandam artis ſuæ peruicaciam utebatur: quæ res medicamenti ſpeciem ad ſtupri licentiam tranſtulit. Medicus nanque Veneris occaſione ſumpta, mutato curationis officio, prius ad exercendę libidinis, quàm pellendæ febris

negocium

A negocium procurrit, aduersa puellæ ualetudine usus, cuius inimicam sibi incolumitatem expertus fuerat. Aliam quoq; ea de re opinionem subtexere nõ pigebit. Aiunt enim quidam, quod cum rex laborantem amore medicum tanto animi ac corporis impendio nihil profecisse cognosceret, ne bene meritum debita mercede fraudaret, clandestino filiæ concubitu potiri permiserit. Adeò interdum paterna in prolem grassatur impietas, cum naturę clementiam uiolenta corrumpit affectio. Quem errorem ædito filiæ partu plena ruboris pœnitentia insecutus est. At diij, quibus præcipua apud Byzantiũ sedes habebatur, Othinum uarijs maiestatis detrimentis diuinitatis gloriam maculasse cernentes, collegio suo submouendum duxerunt. Nec solum primatu eiectum, sed etiam domestico honore cultuq; spoliatum proscribendum curabant: satius existimantes probrosi antistitis potentiam subrui, quàm publicæ religionis habitum prophanari, ne uel ipsi alieno crimine implicati insontes, nocentis crimine punirentur. Videbant enim apud eos, quos ad deferẽdos sibi diuinitatis honores illexerãt, uulgato maioris dei ludibrio obsequium contemptu, religionem rubore mutari, sacra pro sacrilegio duci, statas solennesq; cerimonias puerilium deliramentorum loco censeri. Mors præ oculis, metus in armis erat, & in omnium caput unius culpam recidere putares. Hunc itaq; ne publicam religionem exulare cogeret exitio mulctantes, Ollerum quendam non solum in regni, sed etiam in diuinitatis insulas subrogauere, tanquam deos ac reges creare in æquo positum foret. Quem licet perfunctorie flaminem creauissent, integro rerum honore donabant, ne alieni officij procurator, sed legitimus dignitatis aduerteretur esse successor. Et ne quid amplitudinis deesset, Othini quoq; ei nomen imponunt, uocabuli fauore inuidiam nouitatis excluduri. Quo denis fermè annis diuini senatus magistratũ gerente, tandẽ Othinus

B dijs atrocitatem exilij miserantibus, satis iam graues pœnas dedisse uisus, squaloris deformitatem pristino fulgoris habitu permutauit. Iam enim superioris infamiæ notam medij temporis interuallum exederat. Extitere tamen qui ipsum recuperandæ dignitatis aditu indignum censerent, quod scænicis artibus, & muliebris officij susceptione teterrimum diui nominis opprobrium ædidisset. Sunt qui asserant eum quosdam deorum adulando, quosdam præmijs permulcendo, amissæ maiestatis fortunam pecunia emercatum fuisse, & ad honores quibus iam pridem defunctus fuerat, ingentis summæ precio reditum comparasse. Quos si quanti emerit rogas, illos consule, qui quanti diuinitas uæneat didicerũt. Mihi minus cõstare fateor. Igitur Ollerus ab Othino Byzantio pulsus, in Suetiã concessit: ubi ueluti nouo quodã orbe opinionis suæ monumenta restaurare conniſus, à Danis interfectus est. Fama est illum adeò præstigiarum usu calluisse, ut ad traijcienda maria osse quod diris carminibus obsignauisset, nauigij loco uteretur, nec eo segnius quàm remigio præiecta aquarum obstacula superaret. At Othinus recuperatis diuinitatis insignibus, tanto opinionis fulgore cunctis terrarũ partibus innitebatur, ut eum perinde ac redditum mundo lumen omnes gentes amplecterentur, nec ullus orbis locus extaret, qui numinis eius potentiæ nõ pareret. Qui cum filium Boum, quẽ ex Rinda sustulerat, bellici laboris studiosum cognosceret, accersitum fraternæ cladis memorem esse iubet, potius à Balderi interfectoribus ultionem exacturum, q̃ armis innoxios oppressurũ, quod aptior ac salubrior pugna competeret, ubi pium belli locum iusta uindictæ licentia tribuisset. Interea Geuarus Gunnonis satrapæ sui dolo nunciatur oppressus: cuius cladem Hotherus acerrimis ultionis uiribus insequuturus, interceptũ Gunnonem atq; ardenti pyræ iniectum cremauit, quod ipse Geuarum antè per insidias occupatum nocturno uiuum igni consumpserat. Taliter educatoris manibus parentando, filios demum Herletum, Geritumq; Noruagiæ prætulit. Post hæc, uocatis in con-

Ollerus præstigiator insignis

C cionem maioribus, bello quo Boum excipere debeat, periturũ se refert, idq; non dubijs coniecturæ modis, sed ueris uatũ prædictionibus expertũ. Orat proinde filium suũ Roricum regno præficiant, ne ius hoc ad externas, ignotasq; familias improborũ censura transfunderet: plus uoluptatis se ex filij successione, quàm amaritudinis ex propinqua morte percepturũ testatus. Quo ocyus impetrato, pugna cum Boo congressus occiditur. Nec iocunda Boo uictoria extitit. Quippe tam grauiter affectus acie excessit, ut scuto exceptus, atq; à peditibus uicissim subeuntibus domũ relatus, postridie uulnerũ dolore consumeret. Cuius corpus magnifico funeris apparatu, Rutenus tumulauit exercitus, nomine eius insignem extruens collem, ne tanti iuuenis monumenta à posterorũ memoria citius dilaberentur. Igitur Curetes ac Sueones, perinde ac Hotheri morte tributariæ sortis onere liberati, Daniã quam annuis uectigaliũ obsequijs amplecti solebant, armis aggredi animũ induxerunt. Ea res Sclauis quoq; defectionis audaciã ministrauit, aliosq; complures, ex obsequentibus hostes effecit. Cuius iniuriæ propulsandæ gratia Roricus contractã in arma patriam, recensitis maiorũ operibus, ad capessendam uirtutem impenso hortationis genere concitabat. At Barbari ne bellum absq; duce cõmitterent, capite opus esse cernentes, creato sibi rege, cæteris militię uiribus ostensis obscuriore loco, binos armatorũ manipulos condunt. Nec Roricum insidiæ fefellere, qui cum classem suam uadosi cuiusdã gurgitis arctis faucibus inhærere conspiceret, harenis quibus insidebat abstractam profundo adegit, ne limosis inflicta paludibus, diuersa ab hostibus parte peteretur. Præterea latebras socijs interdiu captandas cõstituit, quibus insistentes, ex improuiso nauium suarum irruptoribus insultarent, fore posse præfatus, ut in autorũ caput propriæ fraudis euentus recideret. Barbari uero qui insidijs addicti fuerant, Danicæ cir-
D cunspectionis ignari, irruptione temere ædita, omnes oppressi sunt. Reliqua Sclauorum manus ignorata sociorũ strage, super Rorici mora multa anceps admiratione pendebat: quem inter ægras mentiũ fluctuationes diutule expectatũ cum præstolatio indies molestior fieret, classe tandem petendũ ducebat. Erat aũt inter eos uir corporis habitu insignis, officio magus, qui prospectis Danorũ turmis, ut paucorũ impendio, inquit, complurium pericula redimant, publicam stragem priuato discrimine præcurrere liceat. Ego uero in hanc confligendi legem nõ deero, si cui uestrum mutuus decernendi mecũ ausus incesserit. In primis aũt prætaxata à me conditione utendũ postulo, cuius talem sanè formulã texui: si uicero, uectigalium nobis concedatur immunitas: si uincar, pristina uobis tributa soluantur: aut enim hodie patriam seruitutis iugo uictor exuam, aut uictus inuoluam. In utranq; fortunam prædem me, uademq; recipite. Quod audiens Danorũ quidã animi q; corporis uiribus robustior, percũctari Roricũ cœpit, quid ei præmij foret, qui pugna prouocantẽ exciperet. At Roricus cum senas forte armillas haberet, ita mutuis nexibus inuolutas, ut ab inuicem sequestrari nequirent, nodorũ inextricabiliter serie cohærente, easdem certamen audenti in præmiũ pollicetur. At iuuenis parum fortunæ certus, si, inquit, Rorice rem prospere gessero, tua uincentis mercedem liberalitas æstimet, tu palmã arbiter metiaris: sin propositũ mihi parum ex sententia cesserit, quid uicto præmij debes, quẽ aut sæua mors, aut ignominia grauis inuoluet? has imbecillitas habere comites consueuit, hæc superatorũ stipendia sunt, quos quid nisi extremũ dedecus manet? Quænã soluenda merces? Quæ gratia referenda, cui fortitudinis precium adest? Quis impotentẽ Martis hedera redimiuit, præmijs uictricibus decorauit? Virtuti, nõ ignauiæ palma tribuit. Gloria infelicitas caret. Illam quippe triumphus laudis, hanc aut finis iners, aut uita deformis insequitur. Ego uero, qui quorsum duelli fortuna uergat ambigo, præmium audacter expetere nõ præsumo, quod an iure mihi debeatur ignoro. Neq;

enim

A enim incerto uictorię, certum uictoris præmiũ occupare conceditur. Supersedeo trophæo dubius coronæ constanter meritũ flagitare. Recuso lucrum, quod mihi mortis æque ac uitæ stipendiũ esse poterit. Stoliditatis est immaturo fructui manus inijcere, eumq; decerpere uelle quẽ necdum quis satis sibi debitum nouerit. Hæc manus aut palmam mihi præstabit, aut finem. Hæc fatus, gladio barbarũ serit, fortuna minus, q; ingenio promptus. Ab eo siquidem repercussus, primi ictus magnitudine exanimatus est. Quo triste Danis spectaculũ dante, uictorẽ socium Sclaui ingenti donatũ pompa, magnificis excepere tripudijs. Idem die postera siue recentis uictoriæ successu elatus, siue alterius adipiscendæ cupidine accensus, hostes cõminus aditos pristinæ ꝓuocationis uerbis lacessere instituit. Fortissimũ nanq; Danorũ à se prostratũ ratus, nemini illorũ secum ulterius ꝓuocatione dimicandi spiritũ supersse credebat. Vnius quoq; pugilis occasu, totius se exercitus uires labefactasse confisus, nihil ad quos posteriores sui conatus intenderent, executione difficile arbitrabatur. Nihil enim successu magis insolentiam nutrit, nec ullum prosperitate efficacius superbię incitamentum est. Dolebat itaq; Roricus, unius uiri petulantia publicam labefactari uirtutẽ, illustresq; uictorijs Danos, nõ modo à quondam uictis insolenter excipi, uerumetiã ignominiose contemni. Prę terea neminem ita animo promptũ, aut manu strenuum in tanto militum numero reperiri, cui salutem suam pro patria deuouendi cupido suppeteret. Tam probrosam Danicæ cunctationis infamiã prima Vbbonis magnanimitas repulit. Præstabat etenim corpore, incantandi artibus pollens. Huic quoq; deindustria certaminis præmiũ perquirenti, rex armillas spopõdit. Tum ille, quã (inquit) promisso fidem deferam cum ipse pignus in manibus habeas, nec sub aliena munus custodia deponas? Præsto sit cui pignoris depositũ credas, ne promissum retractãdi fas sit. Accendit enim pugilum animos irreuocabilis præmij certitudo. Quod eum
B profectò per ludibriũ dixisse constabat, quẽ in propulsandã patriæ contumeliam sola uirtus armauerat. Quem Roricus auri cupidine captum ratus, ne præter regiam consuetudinẽ reuocaturus donum, aut promissum rescissurus uideretur, ut erat in nauigio collocatus, armillas ingenti excussas iactu petitori porrigere statuit. Sed conatum eius fefellit interstitij magnitudo. Armillę enim languido, ac parum uegeto motu, citra destinatũ locum collapsæ fluctibus interceptæ sunt, unde Rorico Slyngebond inoleuit agnomen. Quæ res Vbboni magno uirtutis indicio fuit. Neq; enim eum obrutæ mercedis damnũ audaci mentis proposito exuit, ne uirtutem auaritiæ stipendijs obnoxiã fecisse uideretur. Igitur auide petito certamine, se potius honestati intentum, quàm quæstui deditum, pecuniæ cupiditati fortitudinẽ prætulisse, monstrabat, fiduciam sui nõ in precio, sed magnanimitate repositam ostensurus. Nec mora circuatur campus, milite circus stipatur, concurrunt pugiles, fit fragor, fremit spectatrix turba: uotorũ suffragijs discors. Excandescunt igitur athletæ animis, & mutuis in uulneribus ruentes, eundem lucis ac pugnę exitum sortiuntur: Credo procurante fortuna, ne alter alterius exitio gloriam uoluptatemq; perciperet. Quæ res Rorico rebellionẽ animos conciliauit, tributaq; restituit. Eodem tempore Horuuendillus & Fengo, quorũ pater Geruuendillus lutorum præfectus extiterat, eidem à Rorico in lutiæ præsidiũ surrogantur. At Horuuendillus triennio tyrannide gesta, per summã rerum gloriã piraticæ incubuerat, cum rex Noruagiæ Collerus operum eius ac famæ magnitudinẽ æmulatus, decorum sibi fore existimauit, si tam late patentẽ piratæ fulgorem superior armis obscurare quiuisset. Cuius classem uaria fretum nauigatione scrutatus offendit. Insula erat medio sita pelago, quã piratæ collatis utrinq; secus nauigijs obtinebant. Inuitabat duces iocunda littorũ species: hortabatur exterior locorum amœnitas, interiora nemorum uerna perspicere, lustratisq; saltibus secretam syluarum

C indaginem pererrare, ubi fortè Collerũ Horuuendillumq; inuicem ſine arbitris obuios inceſſus reddidit. Tũc Horuuendillus prior regem percontari niſus, quo pugnæ genere decernere libeat, præſtantiſſimũ affirmans quod pauciſſimorũ uiribus æderetur. Duellum ſiquidẽ ad capeſſendam fortitudinis palmam omni certaminis genere efficacius fore, quod propria uirtute ſubnixũ, alienę manus opem excluderet. Tam fortem iuuenis ſententiã admirans Collerus, cum mihi, inquit, pugnæ delectum permiſeris, maxime utendum iudico, quæ tumultuationis expers duorum operam capit. Sanè & audacior, & uictoriæ promptior æſtimatur. In hoc cõmunis nobis ſententia eſt, hoc ultro iudicio conuenimus. At quoniã exitus in dubio manet, inuicem humanitati deferendũ eſt, nec adeò ingenijs indulgendum, ut extrema negligantur officia. Odium in animis eſt, adſit tamen pietas quæ rigori demum opportuna ſuccedat. Nam etſi mentium nos diſcrimina ſeparant, naturæ tamen iura conciliant. Horum quippe conſortio iungimur, quantuſcunq; animo liuor diſſociet. Hæc itaq; pietatis nobis conditio ſit, ut uictum uictor inferijs proſequatur. His em̃ ſuprema humanitatis officia ineſſe conſtat, quæ nemo pius abhorruit. Vtraq; acies id munus rigore depoſito cõcorditer exequatur. Faceſſat poſt fatũ liuor, ſimultasq; funere ſopiatur. Abſit nobis tantę crudelitatis ſpecimen, ut quanq; uiuis odium interceſſerit, alter alterius cineres perſequamur. Glorioſum uictori erit, ſi uicti funus magnifice duxerit. Nam qui defuncto hoſti iuſta perſoluerit, ſuperſtitis ſibi fauorem aſciſcit, uiuumq; beneficio uincit, quiſquis extincto ſtudium humanitatis impenderit. Eſt & alia nõ minus luctuoſa calamitas, quæ uiuos interdum damnata corporum parte contingit. Huic non ſegnius quàm ultimę ſorti ſuccurrendũ exiſtimo. Sæpe enim incolumi ſpiritu membrorum clades pugnantibus incidit: quæ ſors omni fato triſtior duci ſolet, quod mors omnium memoriã tollat, uiuens uero proprij corporis ſtragem negligere
D nequeat. Hoc quoq; malum ope excipiendũ eſt. Conueniat igitur alterius ab altero læſionem denis auri talentis ſarciri. Nam ſi pium eſt alienis calamitatibus compati, quanto magis propriis miſereri? Nemo naturæ non conſulit: quam qui negligit, ſui paricida eſt. In hæc data acceptaq; fide, pugnam ineunt. Necq; enim eis aut mutui occurſus nouitas, aut uernantis loci iocunditas, quo minus inter ſe ferro occurrerent, reſpectui fuit. Horuuendillus appetendi hoſtis, quàm muniẽdi corporis nimio animi calore auidior redditus, neglecta clypei cura, ambas ferro manus iniecerat: nec audaciæ euentus defuit. Collerum ſiquidẽ ſcuto crebris ictibus abſumpto ſpoliatũ, defecto tandem pede exanimem occidere coẽgit. Quem ne pacto abeſſet, regio funere elatum magnifici operis tumulo, ingentiq; exequiarũ apparatu proſequutus eſt. Deinde ſororem eius Selam nomine, piraticis exercitam rebus, ac bellici peritam muneris perſequutus occîdit. Trienniũ fortiſſimis militię operibus emenſus, opima ſpolia, delectamq; prædam Rorico deſtinat, quo ſibi propiorem amicitię eius gradum conſciſceret. Cuius familiaritate fultus, filię eius Geruthæ connubiũ impetrauit, ex qua filium Amlethum ſuſtulit. Tantę felicitatis inuidia accenſus Fengo, fratrem inſidijs circumuenire conſtituit. Adeò ne à neceſſarijs quidem ſecura eſt uirtus. At ubi datus paricidio locus, cruenta manu funeſtam mentis libidinem ſatiauit. Trucidati quoq; fratris uxore potitus, inceſtum paricidio adiecit. Quiſquis enim uni ſe flagitio dederit, in aliud mox procliuior ruit: ita alterum alterius incitamentũ eſt. Idem atrocitatem facti tanta calliditatis audacia texit, ut ſceleris excuſationẽ beneuolentiæ ſimulatione componeret, paricidiũq; pietatis nomine coloraret. Gerutham ſiquidẽ quanq; tantæ manſuetudinis eſſet, ut neminem uel tenui læſione cõmouerit, incitatiſſimũ tamen mariti odiũ expertam, ſaluandæq; eius gratia fratrem à ſe interfectum dicebat, quod mitiſſimam & ſine felle fœminã grauiſſimũ uiri ſupercilium perpeti indignum uideret.

Nec

A Nec irrita propositi persuasio fuit. Necq; enim apud principes fides mendacio deest, ubi scurris interdum gratia redditur, obtrectatoribus honos. Nec dubitauit Fengo, paricidales manus flagitiosis inferre complexibus, geminæ impietatis noxam pari scelere prosequutus. Quod uidens Amlethus, ne prudentius agendo patruo suspectus redderetur, stoliditatis simulationem amplexus, extremũ mentis uitium finxit, eoq; calliditatis genere non solum ingenium texit, uerumetiam salutem defendit. Quotidie maternum larem pleno sordium torpore complexus, abiectũ humi corpus obscœni squaloris illuuie respergebat. Turpatus oris color, illitaq; tabo facies ridiculę stoliditatis dementiã figurabant. Quicquid uoce ædebat, deliramentis consentaneum erat. Quicquid opere exhibuit, profundã redolebat inertiam. Quid multa? Non uirum aliquem, sed delirantis fortunæ ridendum diceres monstrum. Interdum foco assidens, fauillasq; manibus uerrens: ligneos uncos creare, eosdemq; igni durare solitus erat: quorum extrema contrarijs quibusdam hamis, quo nexuum tenaciores existerent, informabat. Rogatus quid ageret, acuta se referebat in ultionem patris spicula præparare. Nec paruo responsum ludibrio fuit, quod ab omnibus ridiculi operis uanitas contemnere tur, quanq; ea res proposito eius postmodum opitulata fuerit. Quæ solertia apud altioris ingenij spectatores primam ei calliditatis suspicionem iniecit. Ipsa nanque exiguæ artis industria, arcanum opificis ingenium figurabat. Nec credi poterat obtusi cordis esse, cui tam exculto manus artificio calluisset: denicq; exactissima cura præustorum stipitum congeriem asseruare solebat. Fuere ergo qui illum uegetioris ingenij asserentes, sapientiã simplicitatis prętextu occulere, profundumq; animi studium calliditatis cõmento obscurare putarent, nec aptius astum deprehendi posse, quàm si illi inter latebras usquàm excellentis formę fœmina applica-
B retur, quæ animum eius ad amoris illecebras prouocaret. Naturæ siquidem tam præceps in Venerem esse ingenium, ut arte dissimulari non possit: uehementiorem quoq; hunc motum fore, quàm ut astu interpellari queat: ideoq; si is inertiam fingeret, futurum ut occasione susceptа, uoluptatis illico uiribus obtemperaret. Procurantur igitur qui iuuenem in longinquas nemorũ partes equo perductũ, eo tentamenti genere aggrederentur. Inter quos fortè quidã Amlethi collacteus aderat, à cuius animo nondum sociæ educationis respectus exciderat. Hic prætériti conuictus memoriam præsenti imperio anteponens, Amlethum inter deputatos comites, instruendi potius quàm insidiandi studio prosequebat, quod eum ultima passurum non dubitaret, si uel modicum sensati animi indiciũ præbuisset, maxime uero si Veneris palàm rebus uteretur. Quod ipsi quoq; Amletho obscurum non fuit. Equum siquidem conscendere iussus, ita se de ceruice industria collocauit, ut suum ipsius ceruici dorsum obuertens, aduersa caudam fronte specta ret. Quam frenis quoq; complecti cœpit, perinde atq; ea parte ruentis equi impetum moderaturus. Qua astutiæ meditatione patrui cõmentum illusit, insidias expugnauit. Ridiculum satis spectaculum fuit, cum idem habenæ expers, regente caudam sessore procurreret. Procedens Amlethus cum obuium inter arbusta lupum habuisset, comitibus tenerioris ætatis equũ occurrisse dicentibus, perpaucos huiusmodi in Fengonis grege militare subiunxit, ut modesto ita faceto imprecationis genere patrui diuitias insequutus. Qui cum illo prudenti responso usum astruerent, ipse quoq; se de industria locutũ asseuerabat, ne aliqua ex parte mendacio indulgere uideretur. Falsitatis enim alienus haberi cupiens, ita astutiam ueriloquio permiscebat, ut nec dictis ueracitas deesset, nec acuminis modus uerorũ iudicio proderetur. Idem littus præteriens, cum comites inuento periclitatæ nauis gubernaculo, cultrum à se eximiæ granditatis repertum dixissent, eo, inquit, prægrandem pernam secari conuenit, profectò mare significans, cuius immensi-

C tati gubernaculi magnitudo congrueret. Harenarũ quoq; præteritis cliuis, fabulum perinde ac farra aſpicere iuſſus, eadem albicantibus maris procellis permolita eſſe reſpondit. Laudato à comitibus reſponſo, idem à ſe prudenter aditum aſſe uerabat. Ab ijſdem quo maiorem exercendæ libidinis audaciam ſumeret deinduſtria relictus, immiſſam à patruo fœminam, perinde ac fortuitu oblatam obſcuro loco obuiam recepit, conſtupraſſetq; ni collecteus eius tacito conſilij genere inſidiarum indicium detuliſſet. Conſiderans enim quonam aptius modo occultũ monitoris officiũ exequi, periculoſamq; iuuenis laſciuiam præcurrere poſſet, repertam humi paleam, œſtri præteruolantis caudę ſubmittendam curauit. Egit deinde ipſum in ea potiſſimum loca, quibus Amlethum ineſſe cognouit, eoq; facto maximum incauto beneficium attulit, nec callidius tranſmiſſum indicium, quàm cognitum fuit. Siquidem Amlethus uiſo œſtro, ſimulq; ſtramine quod caudæ inſitũ geſtabat, curioſius pernorato, tacitum cauendæ fraudis monitũ intellexit. Igitur inſidiarum ſuſpicione conterritus, quo tutius uoto potiretur, exceptam amplexibus fœminam ad paluſtre procul inuium protrahit. Quam etiam peracto concubitu, ne rem cuiquam proderet, impenſius obteſtatus eſt. Pari igitur ſtudio petitum ac promiſſum eſt ſilentium. Maximam enim Amletho puellæ familiaritatem uetus educationis ſocietas conciliabat, quod utercq; eoſdem infantiæ procuratores habuerit. Domum itaq; reductus, cunctis an Veneri indulſiſſet per ludibriũ interrogantibus, puellã à ſe conſtupratã fateẽ. Interrogatus rurſum quo rem loco egerit, quóue puluino uſus fuerit, ungulæ iumenti, criſtęq; galli, laquearibus quoq; tecti innixum ſe dixit. Horum enim omnium particulas uitandi mendacij gratia cum tentandus proficiſceretẽ, contraxerat. Quæ uox multo circunſtantiũ riſu excepta eſt, quanquam nihil rerũ ueritati per iocum detraxerit. Puella quoq; ea de re in-

D terrogata, nihil eum tale geſſiſſe perhibuit. Fides negationi habita eſt, eo quidem pronius, quo minus ſatellites facti conſcios fuiſſe conſtabat. Tum is qui præſtandi indicij gratia œſtrum ſignauerat, ut ſalutẽ Amlethi uaframenti ſui beneficio conſtitiſſe monſtraret, nuper ſe eius unicè ſtudioſum extitiſſe dicebat. Nec inepta iuuenis reſponſio fuit. Ne enim indicis meritũ negligere putaretẽ, quiddam ſtraminis gerulũ ſubitis adlapſum pennis, quodq; paleam poſteriore corporis parte deſixam geſtaret, ſibi conſpectũ retulit. Quod dictũ, ut cæteros cachinno concuſſit, ita Amlethi fautorem prudentia delectauit. Superatisq; omnibus, arcanamq; iuuenilis induſtriæ ſeram patefacere nequeuntibus, quidã amicorũ Fengonis præſumptione quàm ſolertia abũdantior fore negabat, ut inextricabile calliditatis ingenium uſitato inſidiarũ genere proderetur. Maiorem quippe eius peruicaciam eſſe, q; ut leuibus experimentis attingi debeat. Quamobrem multiplici illius aſtutiæ ſimplicem tentationis modum afferri non oportere. Subtiliorem itaq; rationis uiam altiore animi ſenſu à ſe repertã dicebat, executioni nõ incongruam, & propoſitæ rei indagationi efficaciſſimam. Fengone ſiquidem per ingentis negocij ſimulationem deinduſtria abſentiam præſtante, ſolum cum matre Amlethum cubiculo claudi oportere, procurato antea uiro, qui ambobus inſcijs in obſcura ędis parte conſiſteret, quid illis colloquio foret attentius excepturus. Futurum enim ut ſi quid filius ſaperet, apud maternas aures eloqui non dubitaret, nec ſe genitricis fidei credere pertimeſceret. Idem ſe explorationis miniſtrum cupidius offerebat, ne potius autor conſilij quàm executor uideretur. Delectatus ſententia Fengo, facta longinquæ profectionis ſimulatione diſcedit. Is uero qui conſilium dederat, conclaue quo cũ matre Amlethus recludebatur tacite petiuit, ſubmiſſusq; ſtramento delituit. Nec inſidiarum Amletho remedium defuit. Veritus enim ne clandeſtinis cuiuſpiam auribus exciperetur, primum ad ineptæ conſuetudinis ritum decurrens, obſtrepentis galli more occentum ædidit, brachijſq; pro alarum

plauſu

A plauſu cõcuſſis, conſcenſo ſtramẽto corpus crebris ſaltibus librare cœpit, ſi quid illic clauſum deliteſceret experturus. At ubi ſubiectã pedibus molem perſenſit, ferro locum rimatus ſuppoſitum confodit, egeſtumq; latebra trucidauit. Cuius corpus in partes conſciſſum, aquis feruentibus coxit, deuorandumq; porcis per os cloacæ patentis effudit, atq; ita miſeris artubus cœnum putre conſtrauit. Taliter eluſis inſidijs conclaue repetit. Cumq; mater magno eiulatu queſta præſentis filij ſocordiam deflere cœpiſſet, quid, inquit, mulierum turpiſſima grauiſſimi criminis diſſimulationem falſo lamenti genere expetis, quæ ſcorti more laſciuiens, nefariam ac deteſtabilem tori cõditionem ſecuta, uiri tui interfectorem pleno inceſti ſinu amplecteris, & ei qui prolis tuę parentẽ extinxerat, obſcœniſſimis blandimentorum illecebris adularis? Ita nempe equę coniugum ſuorũ uictoribus maritantur: brutorũ natura hæc eſt, ut in diuerſa paſſim coniugia rapiantur: hoc tibi exemplo prioris mariti memoriam exoleuiſſe conſtat. Ego uero non ab re ſtolidi ſpeciem gero, cum haud dubitem, quin is qui fratrem oppreſſerit, in affines quoque pari crudelitate debacchaturus ſit: unde ſtoliditatis quàm induſtriæ habitum amplecti præſtat, & incolumitatis præſidium ab extrema deliramentorum ſpecie mutuari. In animo tamen paternæ ultionis ſtudium perſeuerat, ſed rerum occaſiones aucupor, temporũ opportunitates operior. Non idem omnibus locus competit. Contra obſcurum immitemq; animum, altioribus ingenij modis uti conuenit. Tibi uero ſuperuacuũ ſit meam lamentari deſipientiã, quæ tuam iuſtius ignominiam deplorare debueras. Itaq; non alienæ, ſed propriæ mentis uitium defleas neceſſe eſt. Cætera ſilere memineris. Tali conuicio laceratam matrem ad excolendum uirtutis habitum reuocauit, præteritosq; ignes præſentibus illecebris præferre docuit. Reuerſus Fengo, inſidioſæ explorationis autorem nuſquam reper-
B tum, diutinę inquiſitionis ſtudio proſequebatur, nemine ſe eum uſpiã cõſpexiſſe dicente. Amlethus quoque, an ullum ipſius ueſtigium deprehenderit per iocum rogatus, in cloacam illum iuiſſe retulit, perq; eius ima collapſum, ac nimia cœni mole obrutum, à ſubeuntibus paſſim porcis eſſe conſumptum. Quod dictum tametſi ueri confeſſionem exprimeret, quia ſpecie ſtolidũ uidebatur, auditoribus ludibrio fuit. Cumq; Fengo priuignum indubitatæ fraudi ſuſpectum tollere uellet, ſed id tum ob aui eius Rorici, tum ob coniugis offenſam exequi non auderet, Britanniæ regis officio necandum duxit, innocentiæ ſimulationem alieno miniſterio quęſiturus. Ita dum occultare ſæuitiam cupit, amicum inquinare, quàm ſibi infamiam conſciſcere maluit. Diſcedens Amlethus, matri tacite iubet, textilibus aulam nodis inſtruat, ſuasq; poſt annum inferias falſo peragat, eoq; tempore reditum pollicetur. Proficiſcũtur cum eo bini Fengonis ſatellites, literas ligno inſculptas (nam id celebre quondam genus chartarũ erat) ſecum geſtantes, quibus Britannorũ regi tranſmiſſi ſibi iuuenis occiſio mandabatur. Quorũ Amlethus quietem capientium loculos perſcrutatus, literas deprehendit, quarum perlectis mandatis, quicquid chartis illitum erat, curauit abradi, nouisq; figurarũ apicibus ſubſtitutis, damnationem ſuam in comites ſuos, mutato mandati tenore, conuertit. Nec mortis ſibi ſententiam ademiſſe, & in alios periculum tranſtuliſſe cõtentus, preces huiuſmodi falſo Fengonis titulo ſubnotatas adiecit, ut Britanniæ rex prudentiſſimo ad ſe iuueni miſſo filiam in matrimonium erogaret. At ubi in Britanniam uentum, adeunt legati regem, literasq; quas alienæ cladis inſtrumentũ putabant, propriæ mortis indices obtulerunt. Quo diſſimulato rex, hoſpitali illos humanitate proſequitur. Tunc Amlethus omnem regiarum dapum apparatum, perinde ac uulgare edulium aſpernatus, ſummam epularum abundantiam miro abſtinentię genere auerſatus eſt, nec minus potioni quàm dapibus pepercit. Admirationi omnibus erat, quod alienigenæ gentis iuuenis, accuratiſſimas regiæ

C menſæ delicias,& inſtructiſſimas luxu epulas,tanquam agreſte aliquod obſoniũ faſtidiret.Soluto conuiuio, rex quũ amicos ad quietem dimitteret, per quendam cubiculo immiſſum,nocturna hoſpitum colloquia clandeſtino explorationis genere cognoſcenda curauit.Interrogatus igitur à ſocijs Amlethus, quid igitur ita heſternis epulis, perinde ac uenenis abſtinuiſſet? panem cruoris cõtagio reſperſum,potioni ferri ſaporem ineſſe,carneas dapes humana cadaueris oliditate perfuſas,ac ueluti quadã funebris nidoris affinitate corruptas dicebat. Addidit quoque regem ſeruilibus oculis eſſe,reginam tria ancillaris ritus officia prę ſe tuliſſe, non tam cœnam quàm eius autores plenis opprobrijs conuicijs inſecutus. Cui mox ſocij priſtinum mentis uitium exprobrantes,uarijs petulantiæ ludibrijs inſultare cœperunt,quod probanda culparet,cauſaretur idonea,quod inſignem regem,excultamq; moribus fœminam parũ honeſto ſermone laceſſeret, laudemq; meritos extremi dedecoris opprobrio reſperſiſſet. Quibus rex ex ſatellite cognitis,talium autorem ſupra mortalem habitum,aut ſapere,aut deſipere teſtatus eſt, tam paucis uerbis perfectiſſimam induſtriæ altitudinem cõplectendo. Accerſitum deinde uillicum,unde panem adſciuerat percontatur. Qui quũ eum domeſtici piſtoris opera confectũ aſſereret,ſciſcitatur item,ubi materiæ eius ſeges creuiſſet,& an ullum illic humanæ ſtragis indiciũ extaret. Qui reſpondit,haud procul abeſſe campum, uetuſtis interfectorũ oſſibus obſitum,& adhuc manifeſta antiquæ ſtragis ueſtigia præ ſe ferentem, quem à ſe perinde ac cæteris feraciorẽ opimæ ubertatis ſpe,uerna fruge conſertum dicebat.Itaq; ſe neſcire,an panis hoc tabo uitioſi quicquam ſaporis contraxerit. Quo audito rex, Amlethũ uera dixiſſe coniectans,unde lardum quoque allatum fuiſſet,cognoſcere curę habuit.Ille ſues ſuos per incuriam cuſtodia elapſos, putri latronis cadauere paſtos aſſeuerabat, ideoq; fortè eorum carnibus corruptioni affinem inceſſiſſe ſaporem. Quum rex
D in hoc quoq; ueracem Amlethi ſententiã cõperiſſet,quonam liquore potionem miſcuiſſet inquirit. Vt farre,& aqua temperatam cognouit,demonſtratũ ſibi ſcaturiginis locum in altum fodere aggreſſus,cõplures gladios rubigine adeſos reperit,ex quorum odore lymphas uitium traxiſſe exiſtimatum eſt. Alij ideo potionem notatam referunt,quod in eius hauſtu apes abdomine mortui alitas deprehenderit,uitiumq; referri guſtu,quod olim fauis inditũ extitiſſet. A quo rex culpati ſaporis cauſas competenter æditas uidens, quum ab eodem exprobratam ſibi oculorum ignominiam,ad generis fœditatem pertinere cognoſceret,clàm conuenta matre,quis ſibi pater extitiſſet inquirit.Qua neminem ſe prẽter regem paſſam dicente,rem quęſtione ex ea cognoſcendam minatus,quod ſeruo ortus eſſet accepit,notatæ originis ambiguitatem extorto confeſſionis indicio perſcrutatus. Igitur ut conditionis ſuæ rubore contuſus,ita iuuenis prudentia delectatus,eundem cur reginam ſeruilium morum exprobratione maculaſſet, interrogat. Sed dum coniugis comitatem nocturno hoſpitis ſermone laceſſitam doluit, eandem ancilla matre creatam didicit.Siquidem ille tria ſe circa eam ſeruilis ritus uitia denotaſſe dicebat: Vnum,quod ancillæ more pallio caput obduxerit: alterũ,quod ueſtem ad greſſum ſuccinxerit: tertium,quod ciborum reliquias dentium anguſtijs inhærentes ſtipite eruerit, erutasq; cõmanducauerit. Matrem quoque eius in ſeruitutem captiuitate redactam memorabat,ne potius ſeruili more,quàm genere eſſe uideretur.Cuius induſtriam rex perinde ac diuinum aliquod ingenium ueneratus,filiam ei in matrimonium dedit, affirmationem quoque eius tanquam cœleſte quoddam teſtimonium amplexatus eſt. Cæterum comites ipſius, ut amici mandatis ſatisfaceret,proxima die ſuſpendio conſumpſit.Quod beneficiũ Amlethus tanquam iniuriam ſimulata animi moleſtia proſecutus, aurum à rege compoſitionis nomine recepit,quod poſtmodum igni liquatum clàm cauatis baculis

infun-

A infundendum curauit. Apud quem annum emensus, impetrata profectionis licentia patriam repetit, nihil secum ex omni regiarum opum apparatu præter gerulos auri bacillos deportans. Vt lutiam attigit, præsentem cultum pristinis permutauit moribus, quibus ad honestatem usus fuerat, in ridiculæ consuetudinis speciem deinduſtria conuersis. Cumq; triclinijũ in quo suæ ducebantur exequiæ, squalore obsitus intrasset, maximũ omnibus stuporem iniecit, quod obitum eius falso fama uulgauerat. Ad ultimũ horror in risum concessit, exprobrantibus sibi mutuò per ludibrium conuiuis uiuum affore, quem ipsi perinde ac defunctũ insequerentur. Idem super comitibus interrogatus, ostensis quos gestabat baculis, hic, inquit, & unus & alius est. Quod utrum uerius, an iocosius protulerit nescias. Siquidem ea uox, quanquam à pleriscq; uana existimata fuerit, à uero tamen habitu non desciuit, quæ peremptorũ loco pensationis eorum precium demonstrabat. Pincernis deinde quo maiorem conuiuis hilaritatem afferret coniunctus, curiosiore propinandi officio fungebatur. Et ne gressum laxior uestis offenderet, latus gladio cinxit, quem plerunq; deinduſtria distringens, supremo digitos acumine uulnerabat: quamobrem à circumstantibus curatũ, ut gladius cum uagina ferreo clauo trajiceretur. Idem quo tutiorem insidijs aditum strueret, petitam poculis nobilitatem crebris potionibus onerauit, adeoq; cunctos mero obruit, ut debilitatis temulentia pedibus, intra regiam quieti se traderent, eundemq; conuiuij & lecti locum haberent. Quos quum insidijs opportunos animaduerteret, oblatam proposiri facultatem existimans, præparatos olim stipites sinu excipit, ac deinde ædem in qua proceres passim fusis humi corporibus permixtam somno crapulam ructabantur, ingressus, compactam à matre cortinam, quæ etiam interiores aulæ parietes obducebat, rescissis tenaculis decidere coëgit. Quã ster-
B tentibus superiectam, adhibitis stipitum curuaminibus, adeò inextricabili nodorum artificio collígauit, ut nemo subiectorũ, tametsi ualidius adniteretur, consurgendi effectum assequi posset. Post hæc tectis ignem injjcit, qui crebrescentibus flammis late incendium spargens, totos inuoluit penates, regiam consumpsit, omnesq; aut profundum carpentes somnum, aut frustra assurgere conantes, cremauit. Inde petito Fengonis cubículo, qui prius à comitibus in tabernaculũ perductus fuerat, gladium fortè lectulo cohærentem arripuit, suumq; eius loco defixit. Excitato deinde patruo, proceres eius igne perire retulit, adesse Amlethũ ueterum uncorum suorum ope succinctum, & iam debita paternæ cladis supplicia exigere auidum. Ad hanc uocem Fengo lectulo desiliens, dum proprio defectus gladio nequicquam alienum distringere conatur, opprimitur. Fortem uirũ, æternoq; nomine dignum, qui stultitiæ cõmento prudenter instructus, auguſtiorem mortali ingenio sapientiam admirabili ineptiarum simulatione suppressit, nec solum propriæ salutis obtentum ab astutia mutuatus, ad paternæ quoque ultionis copiam eadem ductũ præbente peruenit. Itaq; & se solerter tutatus, & parentem strenue ultus, fortior, an sapientior existimari debeat, incertum reliquit.

HISTORIAE DANICAE LIBRI TERTII FINIS.

SAXONIS GRAMMATICI
HISTORIAE DANORVM LIBER QVARTVS.

C

PERACTA uitrici strage, Amlethus facinus suum incerto popularium iudicio offerre ueritus, latebris utendum existimauit, donec quorsum inconditæ plebis uulgus procurreret dicisset. Igitur uicinia quæ noctu incendiũ speculata fuerat, mane causam conspecti ignis nosse cupiens, collapsam in cineres regiam animaduertit, ruinasq; eius adhuc tepidas perscrutata, nihil præter informes combustorum corporum reliquias reperit. Adeò autem uorax flamma omnia perederat, ut ne index quidem extaret, ex quo tantæ cladis causa accipi posset. Corpus quoque Fengonis ferro confossum inter cruentas spectabatur exuuias. Alijs indignatio patens, alijs mœror, quibusdam gaudium occultum incesserat. Hi ducis lamentabantur interitũ, hi sospitam paricidæ tyrannidem gratulabantur. Ita regis necis euentus diuidua spectatorũ sententia excipiebatur. Ea uulgi tranquillitate Amlethus relinquendarum latebrarũ fiduciam adeptus, accersitis quibus arctiorem patris memoriam inhærere cognouerat, concionem petit, in qua orationem huiusmodi habuit: Nõ uos moueat proceres prẽsens calamitatis facies, si quos miserabilis Horuuendilli exitus mouet: non uos inquam moueat, quibus in regem fides, in parentem pietas seruata est. Paricidæ, non regis intueamini funus. Luctuosior siquidem illa facies erat, quũ ipsi regem nostrum ab iniquissimo paricida (ne dicam fratre) flebiliter iugulatum uidistis. Ipsi laceros Horuuendilli artus, ipsi corpus crebris uulneribus absumptum plenis miserationis oculis aspexistis. Quem ab atrocissimo carnifice spiritu spoliatum, ut patria libertate exueretur, quis dubitet? Vna manus ei fatum, & uobis seruitutem iniecit. Quis igitur tam amens, ut Fengonis crudelitatem Horuuendillianæ præferat pietati? Mementote qua uos Horuuendillus beneuolentia fouerit, iustitia coluerit, humanitate dilexerit. Memineritis ademptũ uobis mitissimum regem, iustissimum patrem, subrogatum tyrannum, suffectum paricidam, erepta iura, cõtaminata omnia, pollutam flagitijs patriam, impositum ceruicibus iugum, ereptum libertatis arbitrium, & nunc his finis, quum suis autorem criminibus obrutum, suorum pœnas scelerum paricidam pependisse cernatis. Quis mediocriter prudens spectator, beneficium iniuriæ loco duxerit? Quis mentis compos proprium in autorem scelus recidisse condoleat? Quis cruentissimi lictoris cladem defleat, aut crudelissimi tyranni iustum lamentetur interitum? Præstò est autor rei quem cernitis. Ego quidem & parentem & patriam ultione prosequutum me fateor. Opus, quod uestris pariter manibus debebatur, exercui. Quod uos mecum cõmuniter cõcedebat, solus impleui. Adde quod neminem tam præclari facinoris sociũ habui, nec cuiuspiã mihi comes opera fuit: quanq; haud ignorem uos huic manũ daturos negocio, si petissem, à quibus fidem regi, beneuolentiam principi seruatam non dubito. Sed sine uestro discrimine nefarios puniri placuit: neq; enim alienos humeros oneri subijciendos putabam, cui sustentando proprios suffecturos credebam. Incinerauí ego alios, solum Fengonis truncum uestris manibus cõcremandum reliqui, in quo saltem iustæ ultionis cupidinem exatiare possitis. Concurrite alacres, extruite rogũ, exurite impium corpus, decoquite scelestos artus, spargite noxios cineres, dissicite immites fauillas: non urna, non tumulus nefandas ossium reliquias claudat. Nullum paricidij uestigiũ maneat, nullus contaminatis artubus intra patriam locus

Oratio perfectæ eloquentiæ plena.

D

A cus exiſtat,nulla contagium uicinia contrahat,non mare, non ſolũ damnati cadaueris hoſpitio polluatur.Cætera ego præbui,id ſolum uobis pietatis officiũ relictum eſt. His exequijs proſequendus tyrannus, hac pompa paricidæ funus ducendum.Sed neq; eius cineres,qui patriam libertate nudauerit,à patria tegi conuenit.Præterea quid meas reuoluam ęrumnas? calamitates recenſeam? retexam miſerias? quas ipſi me plenius noſtis.Ego à uitrico ad mortem quæſitus,à matre cõtemptus,ab amicis conſputus, annos flebiliter exegi, dies calamitoſe duxi,incertum uitæ tempus periculis ac metu refertum habui. Poſtremo omnem ætatis partem, maxima cum rerũ aduerſitate miſerabiliter emenſus ſum.Sæpe me tacitis intra uos quæſtibus ſenſu uacuũ gemebatis deeſſe ultorem patri,paricidio uindicem.Quæ res occultũ mihi ueſtræ charitatis indiciũ attulit,in quorũ animis nec dum regiæ cladis memoriam exoleuiſſe cernebam.Cuius itaq; tam aſperum pectus,tam ſaxeus rigor,quem non paſſionũ mearũ cõpaſſio molliat, ęrumnarũ miſeratio nõ flectat? Miſeremini alumni ueſtri,moueamini infortunijs meis, qui ab Horuuendilli nece immunes geritis manus. Miſeremini quoq; afflictæ genitricis meæ,& reginæ quondam ueſtræ,extincto congaudete dedecori,quæ uiri ſui fratrem interfectoremq; cõplexa,geminũ ignominiæ pondus fœmineo perpeti corpore cogebatur.Quamobrem ut ultionis ſtudiũ occultarem,obſcurarẽ ingeniũ, adumbratũ nõ uerum inertiæ habitũ amplexatus ſum,ſtoliditatis figmento uſus, ſapientiæ cõmentum texui,quod nunc an efficax fuerit,utrũ finis ſui cõplementum attigerit,ueſtro conſpectui patet:uos tantę rei arbitros habere cõtentus ſum. Ipſi paricidales fauillas pedibus proculcatis:deſpicamini cineres eius,qui iugulati fratris uxorem polluit,flagitio temerauit,dominũ læſit, maieſtatem proditionis ſcelere laceſſiuit,acerbiſſimã uobis tyrannidem intulit,libertatem ademit, inceſto

B paricidiũ cumulauit. Me tam iuſtæ uindictæ miniſtrũ,tam piæ ultionis æmulũ patritio ſuſcipite ſpiritu,debito proſequimini cultu,benigno refouete cõtuitu. Ego patriæ probrũ dilui,matris ignominiam extinxi,tyrannidem repuli,paricidã oppreſſi,inſidioſam patrui manũ mutuis inſidijs eluſi; cuius ſi ſupereſſet,in dies ſcelera percrebreſcerent. Dolebam & patris & patrię iniuriam,illum extinxi uobis atrociter,& ſupra quàm uiros decuerat,imperantem. Recognoſcite beneficium, ueneramini ingeniũ meum, regnũ ſi merui date, habetis tanti autorem muneris, paternæ poteſtatis hæredem,non degenerem, non paricidam, ſed legitimũ regni ſucceſſorem,& pium noxæ paricidalis ultorem.Debetis mihi recuperatũ libertatis beneficium,excluſum afflictantis imperiũ,ademptũ oppreſſoris iugũ,excuſſum paricidæ dominiũ,calcatũ tyrãnidis ſceptrũ.Ego ſeruitute uos exui,indui libertate,reſtitui culmen, gloriã reparaui,tyrannũ ſuſtuli, carnificem triumphaui. Præmiũ penes uos eſt,ipſi meritũ noſtis,à ueſtra merces uirtute requiritur. Flexerat hac oratione adoleſcens omniũ animos,quoſdam ad miſerationẽ,alios ad lachrymas uſq; perduxit.At ubi quieuit mœror, rex alacri cunctorũ acclamatione cenſetur.Plurimũ quippe ſpei in eius induſtria ab uniuerſis reponebat, qui tanti facinoris ſummã profundiſſimo aſtu texuerat,incredibili molitione concluſerat. Mirari illum cõplures uideres,tanto temporis tractu ſubtiliſſimũ texiſſe conſiliũ. His apud Daniam geſtis,ternis nauigijs impenſius adornatis,ſocerum uiſurus ac coniugem,Britanniam repetit.In clientelã quoq; armis præſtantem iuuentutem adciuerat,exquiſito decoris genere cultam,ut ſicut cuncta deſpicabili dudum habitu geſſerat, ita nunc magnificis ad omnia paratibus uteretur, & quicquid olim paupertati tribuerat,ad luxurię impenſam conuerteret. In ſcuto quoq; ſibi parari iuſſerat oẽm operũ ſuorũ contextũ,ab ineuntis ætatis primordijs auſpicatus,idq; exqſitis picturæ notis adũbrandũ curauit.Quo geſtamine pinde ac uirtutũ ſuarũ teſte uſus,claritatis incremẽta cõtraxit.Iſtic depingi uideres Horuuendilli iugulũ

C Fengonis cum inceſtu paricidium, flagitioſum patruum fratruelem ridiculum, aduncas ſtipitum formas, ſuſpicionem uitrici, diſſimulationem priuigni, procurata tentamentorum genera, adhibitam inſidijs fœminam, hiantem lupum, inuentum gubernaculum, præteritum ſabulum, initum nemus, inſitam œſtro paleam, inſtructum indicijs adoleſcentem, eluſis comitibus rem ſeorſum cũ uirgine habitam. Cerneres itaque adumbrari regiam, adeſſe cum filio reginam, trucidari inſidiatorem, trucidatum decoqui, cloacæ coctum infundi, infuſum ſuibus obijci, cœno artus inſterni, inſtratos belluis abſumendos relinqui. Videres etiam ut Amlethus dormientium comitum ſecretum deprehenderit, ut obliteratis apicibus, alia figurarum elementa ſubſtituerit, ut dapem faſtidierit, potionemq; contemſerit, ut uultum regis arguerit, ut reginam ſiniſtri moris notauerit. Aſpiceres quoque legatorum ſuſpendium, adoleſcentis nuptias figurari, Daniam naufragio repeti, inferias conuiuio celebrari, comitum loco baculos percontantibus oſtendi, iuuenem pincernæ partes exequi, diſtricto per induſtriam ferro digitos exulcerari, gladium clauo pertundi, conuiuales plauſus augeri, increbreſcere tripudia, aulæam dormientibus inijci, iniectam uncorum nexibus obfirmari, pertinacius ſopitos inuolui, tectis torrem immitti, cremari conuiuas, depaſtam incendio regiam labefactari, Fengonis cubiculum adiri, gladium eripi, inutilem erepti loco conſtitui, regem priuigni manu proprij mucronis acumine trucidari. Hæc omnia excultiſſimo rerum artificio militari eius ſcuto opifex ſtudioſus illeuerat, res formis imitatus, & facta figurarum adumbratione complexus. Sed & comites ipſius, quo ſe nitidius gererent, oblitis tantum auro clypeis utebãtur. Quos Britanniæ rex benigniſſime exceptos, regij apparatus impenſis proſequit. Qui inter epulandum, an Fengo uiueret, integriſq; fortunis eſſet cupide percontatus, cognoſcit è genero ferro perijſſe, de cuius fruſtra ſalute perquireret. Cumq; in-

D terfectorẽ eius crebris percontationibus inueſtigaret, eundem cladis eius autorem, ac nuncium extare didicit. Quo audito, tacitum animi ſtuporem contraxit, quod ad ſe promiſſam quondam Fengonis ultionem pertinere cognoſceret. Ipſe equidem ac Fengo, ut alter alterius ultorem ageret, mutua quondã pactione decreuerant. Trahebat itaque regem hinc in filiam pietas, in generum amor, inde charitas in amicum, & præterea iuriſiurandi firmitas, ipſa quoq; mutuæ obteſtationis religio, quam uiolare nefarium erat. Tandem cum affinitatis contemptu iuratoria præponderauit fides, conuerſusq; ad ultionem animus, neceſſitudini religionem antepoſuit. Sed quoniam hoſpitalitatis ſacra uiolare nefas credebatur, aliena manu ultionis partes exequi præoptauit, innocentiæ ſpeciem occulto facinore prætenturus. Igitur inſidias officijs texit, lædendiq; curam adumbratis beneuolentiæ ſtudijs obſcurauit. Et quia coniunx eius nuper morbo conſumpta fuerat, Amlethum reparandarum nuptiarum legationem ſuſcipere iubet, admodum ſe ſingulari ipſius induſtria delectatum præfatus. Regnare ſiquidem in Scotia fœminam aſſerebat, cuius uehementer connubium affectaret. Sciebat nanque eam non modo pudicitia cœlibem, ſed etiam inſolentia atrocem, proprios ſemper exoſam procos, amatoribus ſuis ultimum irrogaſſe ſupplicium, adeò ut ne unus quidem è multis extaret, qui procationis eius pœnas capite non luiſſet. Proficiſcitur itaq; Amlethus quanquam periculoſa legatio imperaretur, iniuncti muneris obſequium non detrectans, ſed partim domeſticis ſeruis, partim regis uernaculis fretus, ingreſſusq; Scotiam quum haud procul reginæ penatibus abeſſet, recreandorum equorum gratia iunctum uiæ pratum acceſſit, ibiq; loci ſpecie delectatus, quieti conſuluit, iocundiore riui ſtrepitu ſomni cupidinem prouocante, ordinatis qui ſtationem eminus obſeruarent. Quo audito regina denos iuuenes exterorum aduentum, apparatumq; ſpeculaturos emittit. Quorum

Britanni regis in iureiurando religio.

unus

A unus uegetioris ingenij, elusis uigilibus peruicacius subiens clypeum Amlethi, quem capiti forte dormiturus affixerat, tanta lenitate submouit, ut ne superiacentis quidē quietē turbaret, aut cuiuspiā ex tanto agmine somnū perrumperet, dominam nō modo nuncio, sed etiam rerū indicio certiorē redditurus. Delegatas quoque ei literas loculis quibus asseruabant pari calliditate subduxit. Quibus regina ad se perlatis clypeū curiosius contemplata, ex affixis notulis totius argumenti summā elicuit, eumq; affore intellexit, qui exactissimo prudentiæ consilio fretus, de patruo paternæ cladis pœnas acceperit. Literas quoq; nuptiarū suarum petitionem continentes intuita, totos obliterauit apices, quod senum admodū connubiū abhorreret, iuuenū complexus appeteret. Inscripsit aūt mandatū perinde atq; à Britanniæ rege sibi transmissum, & eius titulo pariter ac nomine consignatū, quo se latoris peti coniugio simularet. Quinetiā facta quæ ex eius scuto cognouerat, scripto complectenda curauit, ut & clypeū literarū testem, & literas clypei interpretes existimares. Deinde eos, quorū exploratione usa fuerat, scutū referre, literasq; loco suo restituere iubet, eodem fallaciæ genere Amlethū insequuta, quo eū in cauillandis comitibus usum acceperat. Interea Amlethus clypeū capiti fraude subductum expertus, occlusis deinduſtria oculis quietem callidius simulat, quod uero sopore amiserat, ficto recuperaturus. Alteram quippe fallendi uicem hoc pronius ab insidioso quærendam putauit, quo solam prosperius egerit: nec eum opinio fefellit. Speculatorē quippe clandestino aditu scutum ac chartam pristino loco reponere cupientem prosiliens corripit, captumq; uinclorū pœna coërcuit. Deinde excitatis comitibus reginæ, penates accedit. Cui ex soceri persona consalutatæ scriptū est, eiusdemq; sigillo obsignatum porrexit. Quod quum accepisset Hermuthruda, perlegissetq; (reginæ id nomen erat) operam Amlethi, industri-
B amq; uerbis impensioribus prosequuta, iustas Fengonē pœnas pependisse dicebat, ipsum uero Amlethum rem humana æstimatione maiorem incomprehensæ profunditatis ingenio molitum, quod non solum paterni exitij, maternicq; concubitus ultionem inscrutabili sensus altitudine cōmentus fuisset, uerumetiā regnū eius à quo crebras insidias expertus fuerat, conspicuis probitatis operibus occupasset. Quamobrē mirari se tam eruditi ingenij uirum uno nuptiarū errore labefactari potuisse, qui quum humanas penè res claritate transcendat, in ignobilem obscuramq; copulam prolapsus uideatur. Quippe coniugem eius seruis parentibus esse, quanq; eos fortuna regijs honoribus exornasset. In expetendis siquidem coniugijs prudenti non formæ fulgorē, sed generis metiendū. Quapropter si rite copulam appetat, prosapiā æstimet, nec specie capiatur, quæ quū illecebrarū irritamentū sit, multorū candorem inaniter fucata deterſit. Esse uero quā sibi nobilitate parem asciscere possit. Se siquidem nec rebus tenuem, nec sanguine humilē, eius amplexibus idoneam fore, utpote quam nec regijs opibus uincat, nec auito splendore præcellat: quippe reginam se esse, & nisi refragaretur sexus, regem existimari posse, imò quod uerius est, quemcunq; toro suo dignata fuerit, regem existere, regnumq; se cum amplexibus dare. Ita & nuptijs sceptrū, & sceptro nuptias respondere. Nec paruī beneficij esse eam proprios offerre amplexus, quę circa alios ferro repulsam exequi consueuerat. Hortat itaq; placendi studiū in se transferat, in se uotū nuptiale deflectat, genusq; formę præferre discat. Hæc dicēs, astrictis in eum complexibus ruit. Ille tam comi uirginis eloquio delectatus, in mutua prorumpit oscula, alternos complexuū nodos conserit, sibiq; quod uirgini placitum protestat. Fit deinde conuiuiū, accersunt amici, corrogant primores, nuptię peragunt: quibus expletis, quum nupta Britanniā repetit, ualida Scotorū manu propius subsequi iussa, cuius opera aduersum uarios insidiarum obiectus uteretur. Redeunti Britannici regis filia, quam in matrimonio habebat, occurrit: quæ

Connubiū expetenti quæ æstimanda.

quanq̃ se superductæ pellicis iniuria læsam quereretẽ, indignũ tamen aiebat mari-
tali gratiæ pellicatus odiũ anteferri, neq; se adeò uirum auersaturã, ut quod ei frau
dulentius intentari sciat, silentio occultare sustineat, habere enim se pignus coniu
gij filiũ, cuius saltem respectus coniugalem matri charitatẽ cõmendare debuerat.
Ipse enim, inquit, matris suæ pellicem oderit, ego diligã: tuos in me ignes nulla ca
lamitas sopiet, nullus liuor extinguat, quin & in te sinistre excogitata detegam, &
quas deprehenderim insidias, pandam. Quamobrẽ cauendũ tibi socerum putes,
quod ipse legationis prouentũ carpseris, omnemq; eius fructũ in temet, eluso mit
tentis uoto, peruicaci usurpatione transtuleris. Qua uoce se coniugali, quàm pa-
ternæ charitati propiorẽ ostendit. Hæc loquente ea adest Britannię rex, generũq;
arctius quàm affectuosius amplexatus, conuiuio excipit, liberalitatis specie frau-
dis propositum celaturus. Amlethus cognita fraude, metum dissimulanter habu-
it, ducentisq; equitibus in comitatũ receptis, subarmalem uestem indutus obse-
quitur inuitanti, maluitq; regię simulationi periculose parêre, quàm turpiter repu
gnare. Adeò honestatem in cunctis obseruandã putabat. Quem cõminus obe-
quitantem rex sub ipsa bipatentiũ portarũ testudine adortus iaculo transegisset,
ni ferrum subarmalis togæ durities reppulisset. Amlethus leui recepto uulnere,
eo loci se contulit, ubi Scoticam iuuentutẽ expectandi officio fungi iusserat, ca-
ptiuo nouæ coniugis speculatore ad regem remisso, qui se destinatas dominæ li-
teras loculorum custodiæ furtim exemisse testando, crimen in Hermutrudam re
funderet, ipsumq; accurato genere excusationis reatu proditionis absolueret.
Quem rex auidius fugientẽ insequi non moratus, maiore copiarum parte priua-
uit, ita ut Amlethus die postero salutem prælio defensurus, desperatis admodum
resistendi uiribus ad augendã multitudinis speciem exanima sociorum corpora,
D partim subiectis stipitibus fulta, partim propinquis lapidibus affixa, alia uiuentũ
Spectaculũ uisu horrendum. more equis imposita, nullo armorũ detracto perinde ac præliatura feriatim in aci-
em cuneumq; digesserit. Nec rarius mortuorũ cornu erat, quàm uiuentium glo-
bus. Stupenda siquidem illa facies erat, quum extincti raperentur ad prelia, defun
cti decernere cogerentur. Quę res autori otiosa non fuit, quum ipsę extinctorum
imagines lacessentibus solis radijs immensi agminis speciem darent. Ita enim ina-
nia illa defunctorũ simulacra pristinũ militum numerũ referebant, ut nihil ex eo-
rum grege hesterna strage diminutum putares. Quo aspectu territi Britanni, pu-
Britanni à mortuis fugantur. gnam præcurrere fuga, à mortuis superati, quos uiuos oppresserant. Quæ uicto-
ria nescio callidior, an felicior existimanda sit. Rex dum segnius fugam intendit,
ab imminentibus perimitur Danis. Victor Amlethus ingenti pręda acta, conuul
sisq; Britanniæ spolijs, patriam cum coniugibus petit. Interea defuncto Rorico,
Vigletus regnum adeptus, Amlethi matrem omni petulantiæ genere fatigatam
regijs opibus uacuefecerat, filium eius fraudato Lethrarum rege, cui dignitatum
iura dandi tollendiq; ius esset, lutiæ regnũ occupasse conquestus. Quam rem Am
lethus tanta animi moderatione excepit, ut Vigleto splendidissimis uictoriæ suæ
manubijs donato, calumniã beneficio rependere uideretur. Quem postmodũ exi
gendæ ultionis occasione suscepta, bello lacessitum deuicit, atq; ex occulto hoste,
manifestus euasit. Fiallerum Scaniæ præfectum exilio adegit: quem ad locum, cui
Vndensakre nomen est, nostris ignotum populis, concessisse est fama. Post hæc
quum à Vigleto Scaniæ Sialandiæq; uiribus recreato per legatos ad bellum pro-
uocaretur, mirifica animi industria duas circa se res, quarum alteri probrum, alte-
ri periculum ineset, fluctuari peruidit. Sciebat quippe sibi si prouocationem se-
queretur, imminere uitæ periculum: si refugeret, instare militię probrum. Prępon
derauit tamen in contemplatore uirtutũ animo seruandæ honestatis cupido, ob-
tuditq; cladis formidinem impensior laudis auiditas, ne solidus gloriæ fulgor

meticulosa

A meticulosa fati declinatione corrumperetur. Animaduertebat quoq; tantũ penè inter ignobilem uitam, & splendidã mortem discriminis interesse, quantũ dignitas à contemptu distare cognoscitur. Tanta aũt Hermutrudæ charitate tenebat, ut maiorem futurę eius uiduitatis, quàm propriæ necis solicitudinẽ animo insitam gestaret, omniq; studio circunspiceret, qualiter ei secundas nuptias, ante belli ingressum conscisceret. Quamobrẽ Hermutruda uirilem professa fiduciam, ne in acie quidẽ se eum deserturam spopondit, detestabilem inquiens fœminã, quæ marito morte conseri formidaret. Quã promissionis nouitatem parum executa est. Nam quum Amlethus apud Iutiam à Vigleto acie interemptus fuisset, ultro in uictoris prædam, amplexumq; concessit. Ita uotum omne fœmineũ, fortunæ uarietas abripit, temporũ mutatio dissoluit, & muliebris animi fidem lubrico nixam uestigio, fortuiti rerum casus extenuant: quæ sicut ad pollicendũ facilis, ita ad persoluendum segnis: uarijs uoluptatis irritamentis astringitur, atq; ad recentia semper auidius expetenda, ueterũ immemor: anhela, præceps cupiditate dissultat. Hic Amlethi exitus fuit, qui si parem naturæ atq; fortunæ indulgentiã expertus fuisset, æquasset fulgore superos, Herculea uirtutibus opera transcendisset. Insignis eius sepultura, ac nomine campus apud Iutiam extat. Vigletũ tranquillã ac diutinam regni procurationẽ emensum morbus consumpsit. Cui filius Vuermundus succedit. Hic prolixis tranquillitatis ocijs felicissima temporũ quiete decursis, diutina domesticæ pacis constantiã inconcussa rerũ securitate tractabat. Idem prolis expers iuuentã exegit, senior uero filium Vffonem sero fortunæ munere suscitauit, quum nullam ei sobolem elapsa tot annorũ curricula peperissent. Hic Vffo coæuos quoq; corporis habitu supergressus, adeò hebetis ineptiq; animi principio iuuentæ existimatus est, ut priuatis ac publicis rebus inutilis uideretur. Siquidem ab ineunte ætate nunquã lusus aut ioci consuetudinẽ præbuit, adeoq; humanæ delectationis uacuus fuit, ut labiorũ continentiã iugi silentio premeret, & seueritatem oris à ridendi prorsus officio temperaret. Verũ ut incunabula stoliditatis opinione referta habuit, ita postmodũ conditionis contemptũ claritate mutauit: & quantũ inertiæ spectaculũ fuit, tantũ prudentiæ & fortitudinis exemplũ euasit. Cuius pater socordiã contemplatus, filiam ei Slesuicensiũ præfecti Frouuini in matrimoniũ ascisci, illustrissimi uiri affinitate utilissimũ gerendi regni subsidiũ recepturo. Huic erant filij Keto, & Vuigo, splendidissimæ indolis iuuenes, quorum Vuermundus non minus quàm Frouuini uirtutem futuris filij profectibus deputabat. Ea tempestate regnabat apud Suetiã Athislus, uir fama studioq; conspicuus: qui cum finitimos late bello pressisset, ne partũ uirtutibus fulgorem ocio desidiæq; corrumpendũ relinqueret, complura nouarũ rerum officia sedulo frequentationis studio celebranda curauit. Inter quæ etiam insigni armatura succinctus, quotidianã solitarij incessus consuetudinẽ præbuit: tum quod in re militari, nihil crebro armorũ usu præstantius nosset, tum ut huius agitatione studij claritatis incrementa contraheret, in quo nõ minus sibi fiducia, quàm laudis cupido uendicauit. Tantam quippe nullius rei uiolentiã existimabat, ut eius obiectu mentis suæ robur quassandũ timeret. Qui cum traiectus in Daniã armis Frouuinũ apud Slesuicum acie prouocasset, magnisq; inuicem cædibus copiæ funderent, accidit ipsos agminũ duces ita inter se ferro concurrere, ut rem duelli more prosequerentur, & præter publicam belli sortem priuati conflictus specie decertarent. Hunc enim congressionis euentũ par amborũ expetebat affectus, ut uirtutẽ non partiũ ope, sed propria uirium experientia testarentur. Quo euenit, ut crebrescentibus utrinq; plagis, Athislus armis superior prostrato Frouuino priuatæ uictoriæ publicam iungeret, passimq; diuulsa Danorũ agmina profligaret. Inde Suetiam reuersus, Frouuini necem nõ solum uirtutũ suarum imaginibus adscripsit, uerum-

Muliebris animi fides lubrica.

C etiam impenſiore uerborum iactantia proſequi conſueuit, gloriam facti uocis petulantia demolitus. Aliquando enim ſpecioſius uirtutes ſilentij uerecundia tegũtur, quàm ſermonis petulantia publicantur. Frouuini filios Vuermundus paternæ dignitatis honoribus euehit, extincti pro patria amici, liberos iuſto admodum beneficio proſequutus. Quæ res Athislo referendi in Daniam belli monitũ præbuit. Rediit itaq; ſuperioris pugnæ fiducia concitatus, non modo tenues anguſtasq; copias, uerum oẽ uirtutis Sueticę robur aduectans, perinde ac totius Daniæ imperiũ rapturus. Quod Frouuini filius Keto per primipilũ ſuum Folconem nomine Vuermundo, tunc fortè uillam lalungã tenenti, nunciandũ curauit. Qui regem cum amicis epulantẽ reperiens, mandatũ adhortatione proſequutus, adeſſe belli facultatẽ diutule poſtulatã, & ultro ſe Vuermundi uotis ingerere dixit, cum & prompta uincendi præſtetur occaſio, & maturus triumphi titulus optionis eius arbitrio tribuatur. Magnam itaq; & inopinam felicitatis dulcedinem eſſe, quã ei longis affectatam ſuſpiritis, præſentis euentus auſpicia largiantur. Veniſſe ſiquidem Athislum innumeris Sueonũ copijs ſuccinctũ, perinde ac uictoriæ certitudinem indubitata animi præſumptione complexũ. Cumq; præliaturũ hoſtem fatum fugæ anteferre dubiũ non ſit, felicem recentis uulneris ultionem oblata belli facultate præſtari. Quem Vuermundus præclare ac fortiter legationis partes executum teſtatus, pauliſper epulis refici iubet, quod itinera ieiunijs officere ſoleant. Qui cum nequaq; ſibi capiendi cibi ocium ſuppetere dixiſſet, potione ſitim lenire depoſcitur. Quo prębito, poculũ quoq; (nam aureum erat) adſeruare iubetur, affirmante Vuermundo, cõmeandi calore defeſſis cõmodius cratere quàm palma lymphã excipi, meliusq; bibendi uſum ciphi, quàm manus ſubſidio celebrari. Quo tam beneuolis uerbis muneris magnitudinẽ proſequente, delectatus utroq; iuuenis, ſe prius ad perceptæ potionis menſuram proprij cruoris hauſtu
D uſurum, quàm regis conſpectibus terga admoturum promittit. Tam fortem eius promiſſionẽ Vuermundus mercedis nomine ueneratus, aliquanto plus uoluptatis ex dato beneficio, q̃ miles ex accepto percepit. Nec animoſius locutum eum, quàm præliatũ expertus eſt. Cõmiſſo nanq; bello contigit ut inter uarios turmarum procurſus concurrentibus Folcone & Athislo, manũq; diutile conſerentibus, Sueonũ exercitus ducis ſui euentũ ſequutus, fugam ingrederetur: Athislus quoq; ſaucius ad naues ex acie cõuolaret. Cumq; Folco uulneribus ac labore hebetatus, ſed & æſtu & labore pariter ſitiq; perfuſus, fugã inſequi deſtitiſſet hoſtilem, recreandi corporis gratia, propriũ caſſide cruorẽ excepit, hauriendumq; ori præbuit. Quo facto, receptũ à rege cruorem ſpecioſiſſime penſauit. Quod uidens fortè Vuermundus, impenſius eum peractę promiſſionis laudauit. Cui Folco ſpecioſa uota ad debitũ finem perducenda reſpondit. Qua uoce nõ minorem facti ſui cõmendationẽ quàm Vuermundus exhibuit. Cumq; uictores, ut poſt præliũ fit, depoſitis armis, ac quieſcẽtes, uarijs inuicẽ ſermonibus uterent, Sleſuicenſiũ prefectus Keto, magnę ſibi admirationis eſſe prędicauit, qualiter Athislus crebris obſtantibus cauſis elapſionis copiã impetrauerit, preſertim cum is ante omnes bella geſſerit primus, fuga uero poſtremus inceſſerit: nec alius quiſpiam ex hoſtibus fuerit, cuius tantis Danorũ ſtudijs affectarẽ occaſus. Ad hęc Vuermundus, noſſe eum oportere aiebat, omnem bellorũ aciem quadrifaria dimicantiũ uarietate diſtingui. Eſſe enim primi generis bellatores, qui fortitudinẽ modeſtia temperãtes, rebelles acrius cædant, fugientibus inſtare erubeſcant, hos ſiquidẽ, quos diuturna armorum experientia certiore uirtutis teſtimonio proſequatur, quiq; gloriam ſuam non in uictorũ fuga, ſed uincendorũ expugnatione conſtituant. Eſſe præliantium & aliud genus, qui corporis animiq; uiribus freti, ſed nulla miſerationis parte præditi, in hoſtiũ tam terga q̃ pectora, cõmuni cædis atrocitate deſæuiant.

Quatuor bellatorum genera.

Tales

A Tales quippe esse, qui iuuenilis animi calore prouecti, tyrocinij rudimenta bellorum auspicijs ornare contendant, quosq; tam ætatis quàm laudis ardor inflammet, inq; fas & nefas pari nisus securitate præcipitet. Esse etiã tertios, quibus inter metum pudoremq; anxijs progressum terror adimat, recursum ruboris obstaculum tollat, qui sanguine clari, inaniq; tantum proceritate conspicui, aciem numero non uiribus densent, hostem umbra potius quàm armis feriant, & in bellatorum grege solo corporũ spectaculo censeantur. Hos magnarũ opum dominos fore, genere quàm animo prestantiores, quos lucis auiditas rerũ dominio contracta, plus ignauiæ quàm nobilitatis uiribus indulgere compellat. Esse item & alios qui speciem non rem in bellum perferant, seq; extremis sociorũ agminibus insequentes, primi fugam, postremi prælium gerant: in quibus imbecillitatis habitum, certi pauoris indicium detegat, cum semper quæsitis deindustria subterfugijs, pugnantium terga timidioris progressus pigritia subsequantur. His ergo de causis regem fuga seruatum existimari debere, cum à primi ordinis militibus nulla persecutionis instantia fugiens premeretur, qui non uictos arcere, sed uictoriam conseruare curæ habeant, perindeq; cuneos densent, ut trophæi nouitas competentibus nixa presidijs perfectam successus copiam adsequatur. Secundi uero generis pugnatores, quibus obiecta quæq; perimere studium sit, non animi, sed opportunitatis inopia Athislum intactũ liquisse, quod eos nõ tam lædendi ausus, quàm facultas defecerit. Sed & tertij ordinis uiros, qui ipsum pugnæ tempus trepido uagationis genere deducentes, successus etiam sociæ partis impediunt, quanquam lædendi regis locum habuerunt, attentandi tamen audacia caruisse. His modis Vuermundus stupidam Ketonis admirationẽ absoluens, ueras seruati regis causas assertione sua æditas memorabat. Post hæc Athislus Suetiam refugus petit,
B Frouuini cædem petulantius iactans, ac facinoris huius memoriam uerboso laudum suarũ relatu inceſſanter ostentans, non quod receptæ cladis ruborem æquo animo ferret, sed ut recentis fugæ uulnus antiquæ uictoriæ titulis recrearet. Cuius rei Keto & Vuigo, ut par erat, indignatione permoti, in paternæ ultionis uota coniurant. Quam se parũ bello exequi posse credentes, sumpto lenioris armaturæ paratu, Suetiam solitarij petunt, ingressiq; nemus, in quo regem absq; comite uersari solitũ fama cognouerant, tela latebris mandant, inde cum Athislo profugorum nomine diutile conuersati, cum ab eo quam patriam haberent interrogarentur, Slesuicenses se esse, patriamq; cædis causa liquisse testantur. Quod rex eos non de patrandi facinoris uoto, sed de patrati noxa astruxisse credebant. Ea quippe fraude percunctantis studium eludere cupiebant, ut relationis certitudo cassum quærenti pareret intellectum, & responsionis ueritas tacitis adumbrata figmentis, opinionem incuteret falsitatis. Plurimũ quippe deformitatis olim ab illustribus uiris in mendacio reponebatur. Tum Athislus scire sibi libitum dixit, quis Danorũ opinione Frouuini interfector credatur. Ad hæc Keto, dubitari (inquit) cui tanti facinoris claritatem arrogari conueniat, præsertim cum eum publica auritas acie extinctum perhibeat. Respondit Athislus, frustra alijs Frouuini necem adscribi, quam ipse duntaxat alterna manus consertione peregerit. Mox an ulla Frouuino soboles superesset perquirit. Ketone deinde duos eius filios extare dicente, ætatis eorum ac staturę habitum perquam libenter se cognoscere dixit. Refert Keto, hos sibi corpore propemodũ æquales esse, ętate pares, proceritate persimiles. Tunc Athislus, si mens, inquit, illis ac uirtus paterna constaret, acerba mihi tempestas ingrueret. Interrogante deinde eo, an crebram paternæ necis mentionem haberent: Keto quicquid remedio temperari non possit, superuacue uerbis replicari subiunxit. Nihil prodesse testatus inexpiabile malum assiduis iterare molestijs. Quo dicto, documentũ dedit ultionem minis præcurri nõ oportere,

C Cumq; regem acuendi roboris gratia quotidie solitariæ digressionis officio uten
tem uideret, receptis armis cum fratre præuiũ eius consectat incessum. Quibus
Athislus uisis harenam pressit, quod imminentes uitare deforme existimaret. Illis
deinde se perempti ab eo Frouuini pœnas sumpturos diceẽtibus, præsertim cum
plurimo iactantię fastu se solum necis eius fateatur autorem, Cauendũ eis, inquit,
ne dum ultionis effectum appetant, infirmas & inopes uirium manus stulta secũ
audacia conserant, dumq; alienum affectent exitium, proprium experiantur occa
sum, optimæ indolis habitum præpopera laudis cupidine consumpturi: quam
obrem parcant iuuentæ, parcant & indoli, nec temere uotũ eis incesserit pereun
di. Itaq; paternæ cladis iniuriam pecunia à se rependi permittant, ingentisq; glo
riæ loco habeant, quod tantum principem mulctæ nomine coërcuisse, & ueluti
quodam terroris imperio cõcussisse credantur. Hæc uero se non timore percitũ,
sed adolescentiæ eorũ miseratione motũ docere. A quo Keto frustra tempus tan
ta uerborũ ambage deduci præfatus, quod tam iustæ ultionis affectum pecuniæ
promissione labefactare conetur, progredi illum iubet, & si quid sibi uirium sit, so
litario secum experiri congressu. Nam & se remoto fratris adminiculo propriis
acturum uiribus, ne manu impari pugna conseri uideretur infamis. Duos siqui
dem cum uno decernere ut iniquum, ita etiam probrosum apud ueteres credeba
tur. Sed neque uictoria hoc pugnæ genere parta laudabilior habita, quod potius
dedecori quàm gloriæ iuncta uideretur. Quippe unum à duobus opprimi ut nul
lius negocij, ita maximi roboris loco ducebatur. Tanta autem Athislum fiducia
ceperat, ut ambos ad se pariter incessendũ hortaretur, præfatus se tutioris pugnæ
potestatem facturũ, quibus pugnandi uotũ detrahere nequeat. Quam indulgen
tiam Keto ita auersatus est, ut prius se fato, quàm ea usurũ testaretur, oblatam cer
D taminis conditionem uitio sibi uertendam existimans. Quem Athislus manũ se
cum cupidius conserentem, modesto pugnæ genere excipere cupiens, clypeum
eius duntaxat adacto leuius mucrone cõuerberat, animosior salutis suę quàm effi
cacior defensor. Quo diutile gesto, monet uti fratrem cœpti consortem adsciscat,
nec alienæ manus opem exposcere erubescat, cum solitariam sui conatus experi
entiam sine effectu esse uideat. Abnuenti parcendum negat, minasq; opere pro
secutus, summis eum uiribus tentat. A quo tam ualido ferri ictu exceptus est, ut
ipsum dississa casside capiti illabi cogeretur. Quo uulnere irritatus, nam multus e
uertice cruor profundebatur, Ketonem crebris ac uegetis ictibus petitum, geni
bus humũ petere coëgit. Quod Vuigo intueri non passus, propior priuatæ cha
ritati quàm publicæ cõsuetudini, ruborem pietati cedere coëgit, inuasoq; Athislo
fraternæ imbecillitatis protector quàm spectator esse maluit. Quo facto plus ob
probrij quàm laudis cõtraxit, quod in iuuando fratre statutas duelli leges soluis
set, eidemq; utilius q̃ honestius opem tulisse uideretur. Siquidem ex altera lance
dedecoris, ex altera pietatis partibus indulsit. Itaq; promptius q̃ speciosius Athisli
cædes ab ipsis peracta noscebat. Quę ne uulgo clàm esset, corpus eius abscisso ca
pite equo impensum extra nemus ferentes, propinquioris pagi incolis tradunt,
Frouuini filios paternæ necis ultionem ab Athislo Sueonũ rege exegisse testan
tes. Talem præ se uictoriam ferentes, primis à Vuermundo honoribus excipiun
tur, utilissimũ ab eis opus ęditum iudicante, sublatiq; ęmuli gloriam q̃ admissi ob
probrij famam cupidius intuente, nec tyranni necem ullis ignominiæ partibus
affinem censente. In prouerbium apud exteros ductum, quod priscum dimican
di ius, regius labefactasset interitus. Cumq; Vuermũdus ætatis uitio oculis orba
retur, Saxonię rex Daniam duce uacuam ratus, eiq; per legatos mandat, regnum
quod præter ætatis debitũ teneat sibi procurandum cõmittat, ne nimis longa im
perij auiditate patriã legibus, armisq; deficiat. Qualiter enim regẽ censeri posse,

cui

A cui ſenectus animũ, cęcitas oculum parí caliginís horrore fuſcauerit? Quod ſi abnuat, filiumq; habeat, quí cum ſuo ex prouocatione confligere audeat, uictorem regno potíri permittat. Sí neutrum probet, armis ſecum non monitis agendũ cognoſcat, ut tandem inuitus præbeat, quod ultroneus exhíbere cõtemnat. Ad hęc Vuermundus altioribus ſuſpirijs fractus, impudentius ſe ætatis exprobratione lacerarí reſpondit, quem non ideo huc infelicitatis ſenectus prouexerit, quod pugnæ parcus timidius iuuentã exegerit. Nec aptius ſibí cęcitatis uitium obiectarí, quod plerunq; talem ętatis habítum, talis iactura conſequí ſoleat, potiusq; condolendum calamitatí quàm inſultandũ uideatur. Iuſtius autem Saxoniæ regí impatientiæ notam afferrí poſſe, quem potius ſenís fatum operiri quàm imperiũ poſcere decuiſſet, quod aliquanto præſtet defuncto ſuccedere, quàm uiuum ſpoliare. Se tamen ne tanquã delírus priſcæ libertatis títulos externo uideatur mancipare dominío, propría manu prouocationí pariturũ. Ad hæc legatí, ſcire ſe, inquiũt, regem ſuum conſerendę cum cæco manus ludibriũ perhorrere, quod tam ridiculũ decernendí genus rubori quàm honeſtatí propinquius habeatur. Aptius uero per utriuſq; pignus & ſanguinẽ amborũ negocio conſuli. Ad hæc obſtupefactis animo Danís, ſubitaq; reſponſi ignorantia perculſis, Vffo quí fortè cũ cęteris aderat, reſponſionis à patre licentiã flagitabat, ſubitoq; uelut ex muto uocalís euaſit. Cumq; Vuermundus quiſnam talem à ſe loquendí copiã poſtularet inquireret, miniſtriq; eũ ab Vffone rogarí dixiſſent, ſatis eſſe perhibuit, ut infelicitatis ſuę uulneribus alienorũ faſtus illuderet, ne etiã à domeſticis ſimilí inſultationis petulantía uexaretur. Sed ſatellitibus Vffonem hunc eſſe pertinací affirmatione teſtantibus, liberum eí ſit, inquit, quiſquis eſt cogitata profarí. Tum Vffo, fruſtra ab eorũ rege regnum appetí, inquit, quod tam proprij rectoris officío, quàm fortiſſimorũ
B procerum armís, induſtriaq; niteretur. Præterea nec regí filium, nec regno ſucceſſorem deeſſe, ſciantq; ſe non ſolum regís eorum filium, ſed etiam quẽcunq; ex gentis ſuę fortiſſimís ſecum adſciuerit, ſimul pugna aggredí conſtituiſſe. Quo audito legatí, riſere, uanam dicti animoſitatẽ exiſtimantes. Nec mora, condicitur pugnæ locus, eidemq; ſtata temporís meta præfigitur. Tantum autẽ ſtuporis Vffo loquendí ac prouocandí nouitate præſentibus iniecit, ut utrum uocí eius an fiduciæ plus admirationís tributum ſit, incertum extiterit. Abeuntibus autẽ legatís, Vuermundus reſponſionís autore laudato, quod uirtutis fiduciam nõ in unius, ſed duorum prouocatione ſtatuerit, potius ſe eí, quicunq; ſit, quàm ſuperbo hoſti regno ceſſurum perhibuit. Vniuerſis autem filium eius eſſe teſtantibus, quí legatorum faſtum fiduciæ ſublimitate contempſerit, propius eum accedere iubet, q̃d oculís nequeat, manibus experturus. Corpore deinde eius curioſius cõtrectato, cum ex artuũ granditate, líneamentisq; filium eſſe cognoſſet, fidem aſſertoribus habere cœpit, percontariq; eum, cur ſuauiſſimum uocis habitũ, ſummo diſſimulationis ſtudío tegendum curauerit, tantoq; ætatis ſpatio ſine uoce, & cunctis loquendi cõmercijs degere ſuſtinuerit, ut ſe linguæ prorſus officio defectum, natiuæq; taciturnitatis uitio obſitum credí permitteret? Quí reſpondit, ſe paterna hactenus defenſione contentum, nõ prius uocis officio opus habuiſſe, quàm domeſticam prudentiam externa loquacitate preſſam animaduerteret. Rogatus item ab eo, cur duos q̃ unum prouocare maluit: hunc idcirco dimicationis modũ à ſe exoptatum reſpondit, ut Athiſli regis oppreſſio, quę quod à duobus geſta fuerat Danís opprobrío extabat, unius facinore penſaret, nouumq; uirtutis ſpecimen priſca ruboris monumenta conuelleret. Ita antiquæ crímen infamiæ, recentis famæ lítura reſpergendum dicebat. Quem Vuermundus iuſtam omniũ æſtimationem feciſſe teſtatus, armorum uſum, quod eis parũ aſſueuiſſet, prædiſcere iubet. Quibus Vffo oblatis, magnitudine pectoris anguſtos loricarũ nexus explicuit,

C nec erat ullam reperire quæ eum iusto capacitatis spatio contineret. Maiore siqui
dem corpore erat, quàm ut alienis armis uti posset. Ad ultimum cum paternam
quoq; loricam uiolenta corporis astrictione dissolueret, Vuermundus eam à læ-
uo latera dissecari, fibulaq; sarciri præcepit, partē quæ clypei præsidio muniatur
ferro patere parui existimans. Sed & gladium quo tuto uti possit, summa ab eo cu
Vffonis robur. ra concisci iussit. Oblatis cōpluribus Vffo manu capulum stringens, frustatim sin
gulos agitando cōminuit, nec erat quisquā ex eis tanti rigoris gladius, quem non
ad primæ cōcussionis motum crebra partium fractione dissolueret. Erat autem re
gi inusitati acuminis gladius Skrep dictus, qui quodlibet obstaculi genus uno fe-
rientis ictu medium penetrando diffinderet, nec adeò quicquam prædurū foret,
ut adactā eius aciem remorari potuisset. Quem ne posteris fruendū relinqueret,
per summā alienę cōmoditatis inuidiā in profunda defoderat, utilitatē ferri quod
filij incrementis diffideret, cæteris negaturus. Interrogatus autem an dignum
Vffonis robore ferrum haberet, habere se dixit. Quod si pridem à se terræ tradi-
tum recognito locorū habitu reperire potuisset, aptum corporis eius uiribus ex-
hiberet. In campū deinde perduci se iubens, cum interrogatis per omnia comiti-
bus defossionis locum acceptis signorum indicijs cōperisset, extractum cauo gla
dium filio porrigit. Quem Vffo nimia uetustate fragilem exesumq; cōspiciens,
feriendi diffidentia percontatur, an hunc quoq; priorum exemplo probare de-
beat, prius habitum eius, q; rem ferro geri oporteat explorandū testatus. Refert
Vuermundus, si præsens ferrum ab ipso uentilando collideretur, non superesse
quod uirium eius habitui responderet. Abstinendum itaq; facto, cuius in dubio
exitus maneat. Igitur ex pacto pugnæ locus expetitur. Hunc fluuius Eidorus ita
aquarum ambitu uallat, ut earū interstitio repugnante, nauigij duntaxat aditus
D pateat. Quem Vffone sine comite petente, Saxoniæ regis filium insignis uiribus
athleta consequitur, crebris urrinq; turbis alternos riparum anfractus spectan-
di auiditate complentibus. Cunctis igitur huic spectaculo oculos inferentibus,
Vuermundus in extrema pontis parte se collocat, si filium uinci contigisset, flu-
mine periturus. Maluit enim sanguinis sui ruinam comitari, q; patriæ interitū ple
nis doloris sensibus intueri. Verum Vffo geminis iuuenum congressibus laceſſi
tus, gladij diffidentia amborū ictus umbone uitabat, patientius experiri constitu
ens, quem è duobus attentius cauere debuisset, ut hunc saltem uno ferri impulsu
contingeret. Quem Vuermundus imbecillitatis uitio, tantam recipiendorū ictuū
patientiam præstare existimans, paulatim in occiduam pontis oram mortis cupi-
ditate se protrahit, si de filio actum foret fatum præcipitio petiturus. Tanta sangui
nis charitate flagrantē senem fortuna protexit. Vffo siquidem filium regis ad se-
cum auidius decernendum hortatus, claritatem generis ab ipso conspicuo forti-
tudinis opere æquari iubet, ne rege ortū plebeius comes uirtute præstare uidea-
tur. Athletam deinde explorandæ eius fortitudinis gratia, ne domini sui terga ti-
midius subsequeretur, admonitū, fiduciam à regis filio in se repositam egregijs
dimicationis operibus pensare pręcepit. Cuius delectu unicus pugnę comes ad-
scitus fuerit. Obtemperantem illum propiusq; congredi rubore compulsum, pri
mo ferri ictu medium dissecat. Quo sono recreatus Vuermundus, filij ferrum au
dire se dixit, rogatq; cui potissimū parti ictum inflixerit. Referentibus deinde mi
nistris, eum non unam corporis partem, sed totam hominis transegisse cōpagem,
abstractum pręcipitio corpus ponti restituit, eodem studio lucem expetens, quo
fatum optauerat. Tum Vffo reliquum hostem prioris exemplo consumere cupi-
ens, regis filiū ad ultionem interfecti pro se satellitis manibus parentationis loco
erogandam impensioribus uerbis solicitat. Quem propius accedere sua adhor-
tatione coactum, infligendi ictus loco curiosius denotato, gladioq; quod tenuem

eius

A eius laminam suis imparem uiribus formidaret in aciem alterã uerso, penetrabili corporis sectione transuerberat. Quo audito Vuermundus Skrep gladij sonum secundo suis auribus incessisse perhibuit. Affirmantibus deinde arbitris utrunq; hostem ab eius filio consumptum, nimietate gaudij uultum fletu soluit: ita genas quas dolor madidare non poterat, lætitia rigauit. Saxonibus igitur pudore mœstis, pugilumq; funus summa cum ruboris acerbitate ducentibus, Vffonem Dani iocundis excepere tripudijs. Quieuit tum Athislanæ cædis infamia, Saxonũq; obprobrijs expirauit. Ita Saxoniæ regnum ad Danos translatum.

Saxones à Danis uicti.

Post patrem Vffo regendum suscepit, utriusq; imperij procurator effectus, qui ne unum quidem rite moderaturus credebatur. Hic à compluribus Olauus est dictus, atq; ob animi moderationẽ mansueti cognomine donatus. Cuius sequentes actus uetustatis uitio solennem fefellere notitiam. Sed credi potest glorioſos eorũ processus extitisse, quorũ tam plena laudis principia fuerint. Tam breui factorũ eius prosecutione animaduerto, quot illustriũ gentis nostrę uirorũ splendorem scriptorũ penuria laudi memoriæq; subtraxerit. Quod si patriã hanc fortuna latino quondã sermone donasset, innumera Danicorũ operũ uolumina tererent.

Scriptorũ penuria in Dania.

Vffoni Dan filius succedit, qui cum transfusis in exteros prælijs trophæorum frequentia rerũ dominiũ propagasset, partũ gloriæ fulgorẽ tetro superbiæ squalore fuscauit, ita à clarissimi parentis honestate degenerans, ut cum ille cæteris moderatione præstiterit, hic cæteros fastuosa tumidus elatione contempserit. Sed & paterna bona, uel quæ ipse exterarum gentiũ manubijs pepererat, flagitijs dissipabat: opes quæ regio splendori seruire debuerant, uoracibus sumptuũ impensis tribuens. Sic interdum à maioribus suis similia portentis pignora desciscunt.

Post hunc regnat Hugletus, qui Homothũ & Hogrinium Suetiæ tyrannos maritimo fertur oppressisse conflictu.

B Cui Frotho succedit, cognomẽto Vegetus, qui ipsam cognominis speciẽ corporis animiq; firmitate testatus, denis Noruagiæ ducibus bello consumptis, insulam quę ex eo postmodum nomen obtinuit, ipsum postremo regem inuasurus accessit. Frogerus hic erat, gemina admodum sorte conspicuus, quod non minus armis quàm opibus illustris regiam ditionem athletico decoraret officio, tantumq; gymnicis palmis, quantum dignitatis ornamẽtis polleret. Hic, ut quidam ferunt, Othino patre natus, à dijs immortalibus beneficiũ præstare rogatis, muneris loco obtinuit, non ab alio uinci quàm qui certaminis tempore subiectũ pedibus eius puluerẽ manu conuellere potuisset. Quem Frotho tanta à superis firmitate donatum comperiens, duelli postulatione solicitat, deorum indulgentiam fallacia tentaturus. Primum igitur imperitiæ simulatione dimicationis ab ipso documentum efflagitat, cuius eum usu experientiaq; callere sciat. Ille hostem professioni suæ non solum cedere, sed etiam supplicare gauisus, sapere eum asseruit, senili industriæ iuuenilem animũ subijciendo, quod ei facies cicatricibus uacua, fronsq; nullis armorum uestigijs exarata, tenuem huius rei notitiam extare testatur. Ita ediuerso bina quadratæ formæ spacia cubitalibus figurata lateribus humi denotat, à locorum usu documenti initium æditurus. Quibus descriptis assignatam uterq; sibi partem complectitur. Tum Frogerum Frotho arma secum, ac locum permutare iubet. Nec difficilis admissio fuit. Frogerum siquidem hostilium nitor concitabat armorum, quod Frotho prędituin auro capulum loricamq; pari specie radiantem, sed & cassidem in eundem modum eximio comptam fulgore gestaret. Igitur Frotho loco quo Frogerus excesserat, puluere correpto, omen sibi uictoriæ datum existimauit. Nec augurio elusus, continuò Frogerum occîdit, tam paruulo uaframento maximã fortitudinis gloriam assecutus. Quippe quod nullius ante uiribus licuit, astutia præstitit.

Frotho starkie.

C Post hunc Dan regnũ capessit, qui cum duodecimũ ætatis annũ ageret, legationum petulantia fatigatur, Saxonibus bellum aut tributũ afferre iussus. Sed rubor pugnam pensioni antepositi, potius ad strenue moriendũ, quàm timidæ uiuendum impellens. Itaq; prælata pugnandi sorte, Danorũ iuuentus Albyam fluuium tanta nauigiorũ frequẽtia compleuit, ut facile eius transitũ perinde ac continuo ponte iuncta puppium tabulata præstarãt. Quo euenit, ut Saxoniæ rex eadem quam à Danis exigebat conditione adigeretur.

Post Dan Fridleuus cognomento celer imperiũ sumit. Quo regnante Huyruuillus Holandiæ princeps, icto cum Danis fœdere, Noruagiam incessebat. Cuius operibus haud parua claritatis accessio fuit, quod Rusilam uirginem militari uoto res bellicas æmulatã armis oppressit, uirilemq; gloriã ex muliebri hoste corripuit. Sed & quinque eius cõplices, Broddonem, Bildum, Bugonem, Fanningum, & Gunholmũ, quorũ pater Fyn extitit, ob res ab ipsis præclare æditas in societatem adsciuit: quorũ collegio fretus, fœdus quod cum Danis contraxerat, ferro disijcit. Cuius irruptio hoc nociuior quo fallacior fuit. Neq; enim Dani tam repente eum ex amico hostem euasurũ credebant. Adeò facilis quorundã ex gratia ad odium transitus existere consueuit. Crediderim nostri temporis mores huius uiri auspicijs inchoatos, qui mentiri ac fallere inter uitia sordesq; nõ ducimus. Quem Fridleuus australes Syalandiæ partes adortũ, in portu qui postmodũ eius est nomine uocitatus, prælio tentat. In quo ob gloriæ æmulationẽ tanta militum fortitudine concursum est, ut perpaucis periculũ fuga uitantibus, ambæ penitus acies consumerentur: nec in partem uictoria concessit, ubi par utrosq; uulnus implicuit. Adeò omnibus maior gloriæ q̃ uitæ cupiditas fuit. Igit̃ qui ex Huyruuilli agmine superfuerant, seruandę societatis gratia, noctu classis suę reliquias mutuis
D nexibus obligandas curabant. Eadem nocte Bildus & Broddo rescissis quibus rates cohæsere funiculis, tacite sua à cæterorũ complexu nauigia submouere, fratrum desertione formidini consulentes, magisq; timoris q̃ consanguineæ pietatis ductibus obtemperantes. Luce reddita Fridleuus Huyruuillũ, Gunholmũ, Bugonem & Fanningum ex tanta sociorum clade relictos comperiens, unus cum omnibus decernere statuit, ne lacerę copiarũ reliquię denuò discrimen subire cogerentur. Cui præter insitam animo fortitudinẽ, etiã contemptrix ferri tunica fiduciã ministrabat: hac in publicis priuatisq; conflictibus tanquam seruatore salutis cultu utebatur: nec rem fortius quàm prosperius executus, felicẽ pugnæ euentũ habuit. Equidẽ Huyruuillo, Bugone, & Fanningo oppressis, Gunholmũ hostile ferrũ carminibus obtundere solitũ, crebro capuli ictu exanimauit. Dum autẽ mucroni manum cupidius inserit, elisa neruorũ officia reductos in palmam digitos perpetuò curuitatis uinculo perstrinxerũt. Idem cum Duflynum Hyberniæ oppidum obsideret, murorumq; firmitate expugnationis facultatẽ negari conspiceret, Hadingiani acumínis ingenium æmulatus, hirundinũ alis, inclusum fungis ignem affigi præcepit. Quibus propria nidificatione receptis, subitò flammis tecta luxerunt. Quas oppidanis restinguere concurrentibus, maioremq; sopiendi ignis quàm cauendi hostis curã præstantibus, Duflyno potitur. Post hæc apud Britanniã amissis bello militibus, cum difficilẽ ad littus reditũ habiturus uideret̃, interfectorũ cadueribus erectis, & in acie collocatis, ita pristinũ multitudinis habitũ repręsentabat, ut nil ex eius specie tanto uulnere detractũ uideretur. Quo facto hosti nõ solũ conserendæ manus fiduciã abstulit, sed etiã carpendæ fugæ cupidinẽ incussit.

Tunica ferri contemptrix.

Stratagema.

HISTORIAE DANORVM LIBER QVINTVS.

DEFVNCTO Fridleuo, filius Frotho ſeptem annos natus cõcordi Danorum arbitrio ſubrogatur. Idem concione præhabita, infantiam regis à tutoribus excipiendã duxerunt, ne ob principis puerilitatem rerũ excideret ſumma. Tantum ſiquidem ab uniuerſis Fridleui memoriæ ac nomini tributum, ut tam tenero eius ſanguini regnum daretur. Habito ergo delectu, Vueſtmarus & Colo fratres in educationis regiæ miniſterij arceſſunt. Iſulfo quoq; & Aggoni, octoq; alijs illuſtribus uiris, nõ modò regis tutela credita, uerũetiã gerendi ſub ipſo regni poteſtas indulta, abunde eis ui res animiq; ſuppetebãt, crebra nõ corporis tantũ, ſed etiã ingenij dote pollẽtibus. Ita Danorũ Remp. expectato regis robore uicaria tutabant officia. Vxor Colonis erat Gotuuara, quę eximiæ procacitate facundiæ quantũlibet diſertos ac loquaces eneruare ſolebat; altercando quippe efficax erat, & in omni diſceptationũ genere copioſa. Pugnabat ſiquidẽ uerbis, non modò quęſtionibus freta, uerũetiã peruicacibus armata reſponſis. Imbellẽ nemo fœminã debellare poterat, à lingua ſpicula mutuantẽ. Quoſdã uerboſitatis petulãtia refellebat, alios ueluti quibuſdã cauillationũ nexibus implicatos fallaciarũ laqueis ſtrangulabat, adeò uegetũ mulieri ingeniũ fuit. Cæterũ cõdere pacta, aut reſcindere prępotẽs erat, utriuſq; horũ efficaciam oris aculeo geſtans: quippe diſsijcere fœdera, ac ſociare callebat, ita ad utrũlibet anceps linguæ cõmerciũ fuit. Duodecim Vueſtmaro filij erãt, ex quorũ numero tribus cõmune Grep nomen inceſſit, hos ſimul conceptos idem partus abſoluit, ortus æqualitatẽ uocabuli ſocietate teſtantes. His ſumma cęſtibus aut ferro dimicandi peritia extitit. Hoddoni quoq; Frotho maritimæ tyrannidis detulerat poteſtatẽ, hic regẽ proximo neceſſitudinis ordine cõtingebat. Colo terna filiorum ſorte gaudebat. Eo tẽpore quidã Frothonis fratre genitus, pro tuẽda patria gerebat rei nauticæ ſummã. Soror regis Gunuuara erat, cui ob eximiã formę pulchritudinẽ Specioſæ cognomen extabat. Filij Vueſtmari Coloniſq;, quũ & ętate impuberes, & animis acres eſſent, fiducia in temeritatẽ uerſa, ad obſcœnos ac degeneres ritus inquinatã flagitijs indolẽ contulerũt. Adeò eẽ inſolenter indomiteq; geſſerũt, ut conſtupratis aliorũ nuptis ac filiabus, proſcripſiſſe pudicitiã atq; in proſtibulũ relegaſſe uiderent. Corruptis q̃q; matronarũ fulcris, ne toris quidẽ uirginalibus abſtinebant. Suus nullũ thalamus ſecuritate donabat, nec quiſq; ferè patriæ locus luxuriæ eorũ ueſtigijs uacuus erat. Mariti metu, coniuges corporũ ſuorũ ludibrio uexabant. Iniurijs obtemperatũ eſt. Ceſſit copularũ reſpectus, uiolens q; amplexuũ uſus extabat. Publicata eſt Venus, coniugiorũ reuerentia pereunte. Raptim luxuria petebat. In cauſa ocium erat, quod expertia agitationis corpora, amica uitijs quiete diffluerẽt. Tandẽ Grep hoc nomine participantiũ maximus, ut diffuſum libidinis motũ certa ſpecie ſiſteret, errabundæ Veneris portũ in germanæ regis amore petere auſus extitit. Nec apte quidẽ: nam ſicut uagabundã atq; erroneam uoluptatẽ uerecundię frenis coërceri oportuit, ita à populari prolem regiã concupiſci temerariũ fuit. Illa proci petulantiã pertimeſcens, quo tutior ab iniuria foret, ſeptũ uallo conclaue petiuit. Adhibiti ſunt ei triginta uernaculi, qui iugem corporis eius cuſtodiam excubando præſtarent. Igitur contubernales Frothonis circa indumentorũ uſum fœminea admodum ope defecti, quum non haberent unde noua aſſuere, aut lacera reficere poſſent, regem celebrandi coniugij monitis adhortantur. Ille primum excuſationis uerba ab ætatis teneritudine mutuatus, ad poſtremum perſeuerantiori ſuorum rogatui ceſſit. Quo curioſius

C â monitoribus habilem connubio ſuo fœminã perquirente, præcipue regis Hunnorum filia collaudatur. Ad hęc Frotho repugnandi ratione pertinacius quæſita, à patre didiciſſe ſe refert, nõ expedire regibus è longinquo copulam peti, nec Venerem niſi à finitimis poſci. Quod audiens Gotuuara, callide regem amicis reluctari cognouit. Cuius ut uacillantem firmaret animum, fiduciamq; puſillę mentis erigeret, lunioribus, inquit, nuptiæ cõpetunt, ſenes ſepulchrum manet. Adoleſcentiæ greſſus uotis fortunaq; proficiunt, inops ad buſtum ſenecta deuergit. Spes iuuentam conſequitur, ſenium expes inclinat occaſus. Adoleſcit ſors puberum, nunquam infectũ omiſſura quod cœpit. Ob cuius dicti uenerationem poſtulationis officiũ ſuſcipere rogata, refragandi rationem ſenij prætentione cõponit, nec ſe tam arduí mandati gerulam ob infirmũ ætatis habitum fore poſſe teſtatur. Rex precio opus agnoſcens, aureo torque prolato, legationis præmiũ pollicet. Habebat nanq; torques nexilia bullarũ cęlamina, interſitaq; regũ ſimulacra, quæ ad interioris fili ductum, nunc contrahi, nunc dirimi poſſent, ornamentum luxui potius quàm uſui prępparatum. Vueſtmarũ quoq; & Colonem cum eorum filijs, in idem legationis opus accerſiri placuit, quod eorũ ſolertiam Frotho repulſæ rubore carituram putaret. Ii ſimul cum Gotuuara profecti, prius triduano ab Hunnorum rege cõuiuio excepti ſunt, quàm legationis ſuæ conſultum exprimerent: is enim antiquitus recipiendorũ hoſpitũ uſus extabat. Extracto in triduũ epulo, uirgo regia pleno comitatis alloquio, legatis blanditura progreditur, nec parũ conuiualibus hoſpitũ gaudijs, præſentiæ eius iocunditas attulit. Cui Vueſtmarus crebreſcentibus poculis propoſiti ſeriem iocoſa admodũ aſſertione detexit, puellæ mentem familiari collocutionis genere tentaturus, Itaq; quo minus ſibi repulſam conſciſceret, cõpoſitis in riſum uerbis legationis negociũ præcurrebat, inter con-
D uiuales plauſus ludicrum auſus ſociare ſermonem. Illa ſe Frothonem tanq; famæ & claritudinis inopem faſtidire dicebat. Nulli etenim quondam illuſtriũ fœminarum connubijs idonei cenſebantur, niſi qui ſibi ingens famæ precium geſtarũ inſigniter rerũ fulgore ſtruxiſſent. Summũ in proco uitiũ deſidia fuit. Nihil magis in nuptiarũ petitore quàm claritatis inopia damnabat. Sola gloriæ ubertas cæterarum rerũ opulentiam exhibebat. Puellæ quoq; non tam procantiũ ſe formas, q; ędita ſpecioſe facinora mirabantur. Igitur legati uoti deſperatione torpentes, ulteriorem rei conatũ Gotuuaræ prudentiæ tradunt. Illa non uerbis modò, ſed etiam ſuccis in Venerẽ mixtis uirginẽ eneruare conata, aſſerere cœpit, Frothonẽ læua tanq; dextra utentẽ nandi, dimicandiq; promptiſſimã habere peritiã: oblata quoq; potione rigorem puellæ cupidine permutauit, Veneremq; & uoluptatẽ abolitæ indignationis loco conſtituit. Deinde Vueſtmarũ, Colonemq; cum eorũ liberis deinduſtria adire regẽ, iterandæq; legationi inſiſtere iubet. Poſtremo ſi difficilem accepiſſent, pugnæ prouocatione præuenire repulſam. Igitur Vueſtmarus regiã cum armatis ingreſſus, iam aut precibus obſequi, inquit, aut pugna precantes aggredi neceſſe erit: elegimus ſpecioſe defungi, q; infecta legatione reuerti, ne repulſa fœdi, propoſitoq; uacui, unde gloriã impetrare ſperauimus, eius contrariũ referamus. Si natam negas, admitte pugnam, alterũ neceſſe eſt præſtes. Mori aut exaudiri uolumus. Apud te ſi nõ læta, ſaltem triſtia percepturi ſumus. Gratius noſtram Frotho cladem, q; repulſam accipiet. Nec plura elocutus, iugulũ regis ferro ſe petiturũ minatur. Contrà rex, nõ decere, ait, amplitudinẽ regiã quem honore præcelleret, æquare conflictu, nec oportere dignitate impares, pugnę paritate conferri. At Vueſtmarus nihil de certaminis exhortatione remittens, ad ultimũ ipſam uirginis mentẽ explorare iubetur, quod antiqui in matrimoniorũ delectu libera nupturas optiõe donaſſent. Hęrebat ſiquidẽ animo rex, inter metũ pugnę pudoremq; trepida fluctuatione ſuſpenſus. Ita Vueſtmarus ad pręcordialẽ puel-

læ ſen

A læ ſententiam relegatus, ſciens fœminã omnem ut uolubilis animi, ita uerſilis eſſe
propoſiti, tanto rem fidentius exequi cœpit, quanto uirginũ uotis plus uarietatis
ineſſe compertũ habuit. Auxit curæ eius fiduciã, adiecitq; ſtudio ſpem ſimplicitas
uirginis, proprio permiſſa conſilio, libertasq; fœminæ politioribus blanditiarum
delenimentis palpanda, nõ modo abduci facilis, uerumetiã obſequi præceps. Pa-
ter uero, quo certius filiæ mentem inſpiceret, legatos ſubſequi cœpit. Illa prius in
amorem procí latenti potionis operatione perducta, plura ſe de Frothonis indole
referebat ſpe præſumpſiſſe q; fama: quippe quũ is ab illuſtri genus parente duxe-
rit, naturaq; omnis ſuæ ſoleat origini reſpõdere. Quamobrẽ iuuenem ſibi nõ tam
præſentis, quàm futuri ſplendoris intuitu placuiſſe. Quibus auditis mirabundus
pater: ſed ne permiſſam quidem puellæ licentiã reſcindere paſſus, Frothonis eam
cõiugio pollicetur. Quã poſtmodũ, prouiſis abunde cõmeatibus, tollens magni-
fico rerum apparatu, conſequẽtibus ſe legatis Daniã adire deproperat, ſciens ne-
minem patre melius filiam nuptijs oblaturũ. Frotho ſicut iocundiſſime ſponſam
excepit, ita futuri quoq; ſoceri maieſtatẽ ampliſſimis honoribus celebrauit, quem
peractis tædis, magna auri argentiq; ſumma donatũ dimiſit. Igitur Hanunda uſus
(Hunnorũ hæc regis filia erat) florentiſſima pace trienniũ duxit. Cuius contuber
nales ocio petulantiã nacti, partam quiete laſciuiã improbiſſimis extulere ſceleri-
bus. Quoſdam enim reſtibus in ſublime pertractos, more agitabilis pilæ pendula *Petulantia ob-*
corporũ impulſione uexabãt. Alijs hœdinũ incedentibus coriũ ſubſternentes, *ſcœna aulicorũ*
lubrici tergoris offendiculo per occultũ funis raptũ incautos ſubegere greſſus.
Alios ueſte nudatos, uarijs uerberũ ſupplicijs lacerabant. Alios claue affixos, la-
quei more ſuſpenſionis mulctauere ludibrio. Quorundã barbæ & uerticis pilos
faculis torruerũt. Alijs pubem atq; inguina ſubiecto torre cremabãt. Virginibus
nubere non licebat, niſi quarũ caſtitas eis ante delibata fuiſſet. Aduenas oſſibus
B conuerberabant. Alios ad intemperantiã compulſos, immoderata potione rum-
pebant. Nemini filiã nuptũ dare licebat, niſi gratia ipſorũ, fauoreq; mercato. Nulli
matrimoniũ contrahendi fas erat, ſi eorum non precio præemiſſet aſſenſum. Præ-
terea nõ in uirgines modo, uerumetiam in matronarũ turbam paſſim diſſolutiſſi-
mæ libidinis ſuę flagitia porrexerunt. Mixtam petulantiæ rabiem duplex furoris
ſpecies agitabat: conuenis hoſpitibusq; receptuũ loco cõuicia præbebantur. Tot
ludibriorũ irritamenta à petulantibus & laſciuis reperta ſunt. Adeò ſub rege pue
ro temeritas libertate nutrita eſt. Nihil enim tantum peccandi licentiã protrahit,
quantũ ultionis pœnęq; dilatio: tam effrenata militũ procacitas, nõ exteris tantũ,
ſed etiam patriæ inuiſum fecerat regem. Dolenter ſiquidẽ ferebant Dani ſuperbe
ſibi ac crudeliter imperari. Grep uero haud humili cõtentus Venere, eò ſe teme-
ritatis effudit, ut cũ regina cõmercio libidinis habito, tam regi perfidus, q̃ cæteris
uiolentus exiſteret. Adoleuit deinde paulatim infamia, tacitoq; gradu criminis ſu
ſpicio ſerpſit, antè uulgo comperta q̃ regi. Grep enim in omnes qui uel modicam
huius rei mentionẽ egiſſent, animaduertere ſolitus, accuſationẽ ſui formidabilem
fecerat. Opinio tamen ſceleris primum ſuſurris alita eſt, dehinc excepta rumori-
bus. Difficilis ſiquidẽ apud conſcios alieni criminis occultatio eſt. Procus Gun-
uuaræ creber extabat. Igitur Grep repulſæ ultionẽ clandeſtinis artibus impetra-
re conatus, æſtimandi procos arbitriũ flagitat, exquiſitiſſimis puellam nuptijs de-
beri teſtando. Obſcurabat autem iram, ne uirginis odio quęſitum uideretur offi-
cium. Oranti rex merita iuuenum inſpectanda permittit. Primum itaq; cunctos
Gunuuaræ petitores cõuiuij ſimulatione contraxit, ac deinde conclaue cui puel-
la aſſueuerat, deſectis eorum capitibus cingens, crudele cæteris ſpectaculũ præ-
buit. Nihil tamen eius apud Frothonẽ gratiæ detractum eſt, quo minus conſue-
to familiaritatis officio fungeretur. Conueniendi ſiquidem regis copiam precio

C peti debere constituit, neminem alloquio eius usurum pronuncians, ni munera detulisset. Neq; enim tanti ducis aditum trito consuetudinis genere, sed plenis ambitionis studijs impetrandũ edixit, regiæ charitatis simulatione crudelitatis infamiam leuaturus. Taliter lacessitũ uulgus afflictationis suæ querelam tacitis gemitibus agitabat. Nulli miseriæ tempora culpandi palàm animus erat. Nemini ingruentẽ calumniã apertis efferendi querimonijs ausus incesserat. Internus omniũ præcordia dolor hoc acrius, quo occultius lacerabat. Quo cognito, Gotherus Noruagiæ rex contractis concione militibus, refert propriũ Danos fastidire regẽ, exoptare alium, si copiam accepissent, seq; eò exercitũ agere decreuisse, facile Daniam occupari posse, si armis adita foret. A Frothone enim tam auarè, quàm atrociter patriæ imperitatũ esse. Tum exurgens Ericus, contraria rem allegatione prohibuit: Sæpe, inquiens, alieni appetitores, proprio priuari solere meminimus. Sæpe amborum captator, utriusq; perditor fuit. Prævalidũ enim oportet alitem esse, qui prædam alius unguibus extrahere cupiat. Animat te frustra internus regionis liuor, quem plerunq; hostilis explodit aduẽtus. Nam etsi nunc Dani diuiduis esse sententijs uideantur, unanimes tamen mox excipient hostem. Crebro corrixantes porcos, conciliauere lupi. Patriũ quisq; ducem extero præfert. Prouincia omnis regem domesticũ, quàm aduenam, impensius colit. Neq; enim te Frotho domi præstolabitur, sed foris excipiet aduentantẽ. Extremis se aquilæ scalpunt. Anterius alites certant. Nosti ipse pœnitentia uacuum debere contuitũ esse prudentis. Proceribus abunde stiparis. Tua tibi quies maneat, per alios gerendi sanè belli facultatẽ propemodũ exploratam habere poteris. Liceat militi regiam prætentare fortunam. Salutem tuam pacificè moderare, alieno negociũ periculo moliturus. Satius est seruum deperire, quàm herum. Quod fabro forceps, tuus tibi satelles agat. Ille ferramenti remedio manus cauteriũ cauet, atq; à digitorum sibi incendio temperat. Tu quoq; tibi tuorum opera parcere & consulere disce. Hæc
D Ericus. Quem Gotuuarus ut imprudentẽ hactenus habitum, responsionis suæ contextum exquisita sententiarum grauitate compressisse miratus, diserti donat agnomine, excellentẽ eius prudentiã appellationis honore iudicans prosequendam. Frater siquidẽ eius Rollerus opinionẽ iuuenis eximio sui fulgore suppresserat. Ericus nominis beneficio rem adijci petit uocabuli, largitionẽ muneris additione cõmutandam testatus. Rex nauigium donat, Scroter remiges uocitabant. Erant aũt Ericus & Rollerus Regneri pugilis filij, patre eodem sati, diuersaq; æditi matre. Matrem quippe Rolleri eandemq; Erici nouercã Cracam uocabant. Igitur Rafno cuidam permittente Gotaro lacessendi per piraticam Danos negociũ cessit. Excipit illum Oddo, cui tunc temporis apud Danos maxima piraticæ defe rebatur autoritas, uir magicæ doctus, ita ut absq; carina altum pererrans, hostilia sæpe nauigia concitatis carmine procellis euerteret. Itaq; ne cum piratis in maritimarum uirium certamen descenderet, exasperatos maleficio fluctus, ad naufragia ijsdem infligenda perducere solebat. Hic ut negociatoribus atrox, ita clemẽs agrestibus extitit: non eadem merces, qua statiuam æstimatione cõmensus: rusticis operis munditias, sordidi quæstus laboribus anteponens. Idem inito cum Nor-

Ericus disertus

Normanni à Danis uicti.

mannis conflictu, ita ui carminũ hostilem hebetauit aspectũ, ut districtos Danorũ enses eminus radios iacere, & tanq; flammabundos scintillare putarent. Cęterum adeò retusis obtutibus erant, ut ne ferrum quidẽ uagina detractum uisu excipere possent: uicta quippe fulgore acies, præstigiosæ coruscaminis impatiens erat. Cæso itaq; Rafno cum multa suorum parte, sex solæ naues Noruagiã relapsæ documento fuere regi, haud facile Danos obteri posse. Ab his etiam Frothonem sola pugilum ope subnixum, inuito regnare populo uulgatũ est, dominio in tyrannidem uerso. Cuius famæ experiendæ gratia Rollerus, ut erat exterarum lustrator rerum,

A rerum, ignotaq; uisendi auidus, Frothonis se uouit contubernio potiturũ. Ericus illum, quanquam habitu corporis eximius esset, temere uotum nuncupasse firmabat. Ad ultimũ pertinacissimam propositi eius perseuerantiam conspicatus, se quoq; simili uoti nuncupatione cõstringit. Hisdem se rex pollicitus est, quoscũq; delectu probassent comites donaturũ. Itaq; fratribus primo patrem adiri placuit, cõmeatusq; & necessaria tam longinqui itineris subsidia postulari. A quo paterne susceptí, die postera in nemus uisendi pecoris gratia perducunt. Senex quippe armentis opulens erat. Aperiebantur quoq; illis gazæ, quas diu clausæ telluris antra condiderant. E quibus si quæ placuissent, sublegi permissæ sunt. Nec cupidius oblatum beneficium, quàm receptum. Itaq; egestis humo opibus, complacitas tollunt. Horum interea remiges, aut curam egere corporis, aut iactis se molibus exercebant. Alij saltu, quidam cursu concitauere corpus. Hi uires ualida saxorum iaculatione tentabant, illi sagittæ usum tenso experiebantur arcu. Ita roboris firmitatem uario agitationis genere prosequebantur. Fuere & qui somnum, quietemq; potione captarent. Mittitur deinde Rollerus à patre cognoscendi causa domi interim acta. Is ut maternum fumare tugurium uidit, foris accedens, paruulumq; foramen furtiua luminis applicatione traijciẽs, introspecta æde, animaduertit matrem informi cacabo coctilia pulmenta uersantem. Suspexit præterea tres colubras superne tenui reste depensas, ex quarum ore profluа tabes guttatim humorem epulo ministrabat: duæ quippe colore piceæ erant, tertia squamis albida uidebatur, reliquis modico eminentius pensa. Hæc nexũ in cauda gestabat, quũ cæteræ immisso uentri funiculo tenerentur. Ille rem maleficio consentaneam ratus, silentio quod uiderat pressit, ne matrem ueneficij ream astruere putaretur. Ignorabat enim innocuam anguium extitisse naturam, nescius quantum

B illo uigoris epulo pararetur. Superuenientes deinde Regnerus & Ericus, ut fumidam aspexere casam, ingressi discubitũ petiuere. Quibus ad mensam sitis Craca priuigno, filioq; unà cibũ capturis, catillũ discoloris dapis admouit. Pars quippe picea, sed croceis guttis interlita, pars albida uidebatur: quippe pro uaria serpentum specie, geminus pultem color infecerat. Cuius quum solam uterq; particulam delibasset, Ericus non ex colorum habitu, sed interni uigoris effectu epulas æstimans, nigrantem dapis partem, sed succo potiore confectam, catino quàm celerrime uerso ad se transtulit, albidamq; sibi admotam prius Rollero applicans, cœnam felicius gessit. Et ne mutationis industria notaretur, taliter, inquit, æstuante freto puppim in proram referri solitam. Nec tenue uiri ingenium fuit, industrij operis dissimulationẽ à nauigij consuetudine mutuantis. Ericus itaq; fausta iam dape refectus, interna ipsius opera ad summũ humanæ sapientiæ pondus euasit. Quippe epuli uigor supra quàm credi poterat, omnium illi scientiarũ copiam ingenerauit, ita ut etiam ferinarum, pecudaliumq; uocum interpretationem calleret. Neque enim solum humanarũ rerum peritissimus erat, uerumetiam sensuales brutorũ sonos ad certarũ affectionum intelligentiam referebat. Præterea tam comis atque ornati eloquij erat, ut quicquid disserere cuperet, continuo prouerbiorum lepore poliret. At ubi superueniens Craca conchã transpositã, partemq; pultis potiorem ab Erico comesam cognouit, fortunam filio præparatam priuigno cessisse condoluit. Cui mox gemebunda supplicare cœpit, ne unquã sua fratrem ope deficeret, quẽ ipsius mater tot nouæ felicitatis opibus cumulasset: quippe sapido unius epuli gustu, rationis atque eloquentię summam, necnõ gerendorum prospere conflictuum gratiam assecutus uidebatur. Adiecit quoq;, Rollerũ propemodũ consilij capacem, futurumq; ut destinati sibi obsonij prorsus expers non esset. Monuit quoq;, si suprema necessitatis uiolentia postularet, nominis sui nuncupatione remedium celerius esse quærendũ, affirmans se diuina partim uir

Craca maga.

Ericus ferinarũ uocũ interpres

Mira pulmenti uis,

C tute ſubnixam,& quaſi conſortem cœlitũ inſitam numinis geſtare potentiam. Ericus ſe ad aſtandũ fratri natura pertrahi dixit,probroſum referens alitem,qui proprium polluat nidum. At Cracam magis propria moleſtabat incuria,quàm fortuna filio grauaret aduerſa. Artificem enim ingenio ſuo deludi, magnũ olim ruboris incitamentum fuit. Deinde hæc ipſa comitante uiro fratres ad mare profecturos abducit. Qui uno egreſſi nauigio,duo ſibi mox alia deuinxerunt, & iam Danicum attigere littus,quum explorato loco haud longe ſeptem ſubiſſe nauigia diſcunt. Tum Ericus duos Danicæ facundos linguæ eò ſine ueſte proficiſci iubet, qui rem certius ſpeculaturi nuditatis ſuæ tanquam per Ericũ factæ Oddoni querimoniam afferentes,cautius explorata referrent. Illi apud Oddonem familiarius habiti,omne ducis propoſitũ uerſutis auribus uenati ſunt. Statuerat enim dilucu lo hoſtem improuidũ aggredi,quo citius nocturnis implicatum tegminibus obtruncaret,affirmans eo lucis tempore corporibus humanis plus ſtuporis atq; grauedinis ineſſe ſolere. Prȩcepit quoq; naues ſaxis ad iaciendum habilibus onerari, futuram exitij ſui cauſam accelerans. Exploratores concubia nocte delapſi,nunciant Oddonem exquiſitis ad iactum lapillis tota repleſſe nauigia,cætera quæ acceperant intimantes. Ericus re admodum cognita, quũ claſſis ſuæ paucitatem atten deret,aquas in hoſtiũ pernicíem euocandas, earumq; ſibi conciliandũ putauit auxilium. Itaq; ſcapha exceptus,ac tacita remorũ niſu propius hoſtium carinis aduectus,uicinas aquæ tabulas ſenſim intorto terebro cauat, ac mox remigio uix auras pulſante,reditui conſulit. Adeò autem circumſpecte ſe geſſit,ut excubitorum nemo aditũ eius abſceſſum ue deprehenderet. Quo enauigante,paulatim Oddonis rates excepta rimatim unda depreſſit. Eȩdem aqua latius introrſum ſtagnante recondi gurgite uidebantur,nec parum deſcenſui addidit internũ lapidũ pondus,& iam tranſtra fluctibus diluebantur,foroſq; exæquabat mare,quum Oddo
D nauigia propemodum undis æquata conſpiciens,receptum immodice fretum urceis egeri iubet. Itaq; nauticis occiduas nauigij partes ab aquarũ influxu defendere perſeuerantibus,cõminus hoſtis apparuit. Igitur arma capeſſentibus acrior imminebat gurges. Parantibus prȩlium enandi opus incidit. Erico bellũ undæ,non arma geſſere. Pugnabat pro eo mare,cui ipſe nocendi uires,aditumq; prȩbuerat. Itaq; Ericus fluctu felicius quàm ferro uſus,efficaci aquarũ opera pugnã abſens gerere uidebatur,à pelago præſidiũ mutuatus. Victoria arti contributa eſt. Neq; enim offuſum undis nauigium pugnæ patiens eſſe poterat. Taliter Oddone cum ſocijs interempto, captiſq; qui in ſtatione erant, neminem cladis nuncium euaſiſſe compertum eſt. Ericus peracta iam ſtrage, maturato receſſu, Leſſo inſulam
Leſſo inſula. ſubit. Vbi non reperto quo famem lenire poſſet,duobus prædam nauigijs domũ dirigit,cõmeatus in annum alterũ relaturis. Ipſe uno duntaxat adeundi regis copiam petit. Acceſſa itaq; Syelandia, diſcurrentes per littora nautici pecus ſternere aggreſſi ſunt. Aut enim leuandi eſuries,aut fame periclitandum erat. Armento cæſo,nudata in nauim cadauera detractis cõiecere tergoribus. Quod quũ poſſeſſores pecoris cõperiſſent,claſſe prædones inſequi properarunt. Cumq; ſe Ericus ab armenti dominis impeti cognouiſſet,cæſarũ boum corpora ſignatis funibus alligata fluctibus occultanda prouidit. Deinde ſi quid apud ſe quæſiti cadaueris eſſet,ſuperuenientibus Syelandicis perluſtrandi licentiam tribuit, affirmans occultandis rebus anguſtos nauiũ angulos eſſe. Illi cadauere nuſquam reperto, ſuſpicione in alios relata,reos prædæ innocuos arbitrati ſunt. Dum nulla rapinæ ueſtigia patuiſſent,alios ſibi nocuiſſe putantes,ſontibus ignouerunt. Quibus enauigantibus,Ericus elatũ undis cadauer excepit. Interea Frotho Oddonem cũ ſuis occubuiſſe cognoſcit. Quippe ignorato facinoris autore famoſus cladem rumor exceperat. Erant tamen qui ſe terna uela littoribus appellentia,eademq; rurſum

in boream

A in boream abeuntia conſpexiſſe narrarent. Tum Ericus portũ à quo Frotho non
longe diuerſabatur acceſſit, ſtatimq; ut è nauí ueſtigiũ extulit, inopinato caſu cor-
reptus, ruíbundo terram corpore petiuit. Ille ſibí in lapſu fauſtũ ominatus euen-
tum, tenuí príncípio meliores augurabatur exítus affuturos. Cuius quum Grep
compertum habuiſſet aduentum, feſtinus ad mare contendit, quem cæteris díſer
tiorem acceperat, exquiſitorum uerborum acumíne tentaturus. Quippe nõ tam
præſtantís quàm procacís facundiæ peruícací cunctos ſermone uíncebat. Igitur
à conuítío lítígíum orſus, talibus Ericum dictís aggreditur:

Grep.

Stulte quís es? quíd ínane petís? díc unde iter, aut quô?
Quæ uía? quod ſtudíum? quís pater? unde genus?
Præcípuus uígor íjs, regumq; domeſtícus eſt lar,
Quí proprías nunquam deſeruere domos.
Acceptatur enim paucís, quod peſſimus edit,
Inuiſí raro facta placere ſolent.

Ericus.

Regno mihí pater eſt habitus facundía línguæ,
Cui ſolum uírtus ſemper amata fuit.
Optaui ſapere tantum diſcrímína morum,
Luſtrauí uarium per loca nactus iter.
In rebus mens ſtulta modum deprendere neſcit,
Turpís & affectus ímmoderata ſui.
Remorum ductus uelorum uíncitur uſu,
Aequora uentus agít, triſtíor aura ſolum.
B Nam freta remígíum penetrat, mendacía terras,
Iſtas ore premí conſtat, at ílla manu.

Grep.

Vt gallus cœni, ſic litis plenus haberis,
Sorde grauís putes, nec niſí crímen oles.
Aduerſum ſcurram cauſam producere non eſt,
Quí uacua uocís mobilítate uíget.

Ericus.

Hercule, ní fallor, ad eum qui protulit ipſum
Aeditus ígnaue ſermo redíre ſolet.
Ad prolatorem iuſto conamíne diui
Fuſa parum docte uerba referre ſolent.
Quando lupí dubías primum diſcernimus aures,
Ipſum in uícíno credímus eſſe lupum.
Nulla fides fidei uacuo præſtanda putatur,
Quem rumor ſontem proditionis agit.

Grep.

Dictorum temere pœnas puer ímprobe ſolues,
Bubo uiæ uacuus, noctua luce carens.
Quæ nunc ructarís demens, emiſſa dolebís,
Interítuq; tuí dicta profana lues.
Exanimís coruos exangui corpore paſces,
Eſca feris, auídæ præda futurus aui.

Ericus.

Augurium timidi, prauíq; aſſueta uoluntas,
Nunquam ſe dígno continuere loco.

C Qui dominum fallit, qui fœdas concipit artes,
Tam sibi quàm socijs insidiosus erit.
Aede lupum quicunq; fouet, nutrire putatur
Prædonem proprio pernicieméq; lari.
Grep.
Non ego reginam sicut tu rere fefelli,
Sed teneræ tutor conditionis eram.
Hæc mihi res auxit, huius mihi gratia primum
Munera, robur, opes, consiliumq; tulit.
Ericus.
En te cura premit culpæ rea, tutior huic est
Libertas, cui mens intemerata manet.
Decipitur quisquis seruum sibi poscit amicum,
Sæpe solet domino uerna nocere suo.

Ad hæc Grep responsionis aptitudine destitutus, admissis equum calcaribus excipit. At ubi domum peruenit, tumultuoso clamoris impetu regiam complet, uerbisq; se uictum uociferans, omnem in arma militem concitabat, tanq; manu infaustum uocis certamen ulturus. Iurabat enim se aduenam aciem aquilarũ unguibus substraturũ. Contrà rex docet deliberationẽ furori dandam: improuida pleruncq; nocere consilia: nihil caute simul ac celeriter geri posse: plurimũ præcipites obesse nisus. Ad ultimum multitudine paucos incessere non decere. Cæterum solertem esse, qui furenti animo frenos inijciat, sæuientemq; ad tempus impetum interpellet. Taliter rex præcipitem iuuenis iram consilio cedere coëgit, nec tamen concitati animi rabiem adeò penitus ad modestiam euocauit, quin altercationũ athleta
D parum prospera disceptatione confusus, negata armorũ uindicta, saltem ultionis loco ueneficia sibi patêre deposceret. Quo impetrato, cum exquisita magorũ turba littus repetere parat. Primũ itaq; immolatis dijs, equi abscissum caput conto excipiens, subiectis stipitibus distentos faucium rictus aperuit, sperans se primos Erici conatus atrocis spectaculi formidine frustraturũ. Arbitrabatur enim ineptas barbarorũ mentes oblatæ ceruicis terriculamẽto cessuras. Et iam Ericus obuium illis iter agebat. Qui prospecto eminus capite obscœnitatis apparatũ intelligens, silere socios, cautiusq; se gerere iubet, nec quenquam temere præcipitare sermonem, ne incauto effamine ullum maleficijs instruerent locum, adijciẽs si sermone opus incideret, uerbũ se pro omnibus habiturũ. Iamq; medius illos amnis secreuerat, quũ magi ut Ericũ pontis aditu deturbarent, contum quo equi caput refixerant fluuio citimũ locant. Ille nihilominus intrepide pontem aggressus, in latorẽ, inquit, gestaminis sui fortuna recidat, nos melior consequat̃ euentus, male malefi cis cedat, infaustæ molis gerulũ onus obruat, nobis potiora tribuant omina sospitatem. Nec secus q̃ optabatur euenit. Cõtinuò nanq; excussa ceruice ruens feren tem stipes oppressit. Ita omnis ille maleficiorũ paratus, ad unius execrationis imperium spe sua uacuus expirauit. Deinde procedentem paulisper Ericũ subit, de stinanda regi esse ab aduenis donaria. Igit̃ repertũ fortè glaciale frustũ ueste diligenter obuoluens, muneris loco regi deferendũ curauit. At ubi ad regiam peruentũ est, prior introitũ petens, fratrem ponè consequi iubet: & iam uernæ regis ut ludibrio uenientem exciperent, lubricã limini substrauere pellem, quam ingrediente Erico celeri funis tractu corripiẽtes, lapsum insistenti fecissent, ni Rollerus ponè subiens pectore nutabundũ excíperet fratrem. Ericus itaq; semifusus, nudũ habere tergũ fraternitatis inopem referebat. Cumq; Gunuara talia regi permittẽda negaret, ille stoliditatis legatũ damnabat, apud quem insidiarũ cautela nõ esset. Itaq; ludibrij excusationem ludificari incuriam fecit. Ardebat intra ædem ignis uultui

temporis

A temporis haud indebitus. Quippe iam mediũ hyemis fluxerat, hinc diſtinctis cõ-
ſeſſibus, hinc rex, inde pugiles aſſedere. Qui applicante ſe ipſis Erico, ululantium
more horriſonas dedere uoces. Rex ſtrepitũ inhibere cœpit, docens non debere
pectoribus humanis ferinos ineſſe ſonos. Subiunxit Ericus, canũ hunc eſſe morẽ
ut uno inchoante, cæteri latratũ ædant, quod propriã cuncti moribus originem
prodant, ac ſuum quiſq; genus fateaẽ. Interrogatus aũt à Colone, qui delatorũ re
gi munerũ cuſtos erat, an ulla ſecum dona uexiſſet, glaciem quam ſinu occultaue
rat, promit. Quã cum illi trans foculũ porrexiſſet, tanq; manu recipientis elapſam
flammis deinduſtria tradidit. Cunctis qui aderant conſpicuũ nitore fruſtũ cernen
tibus, uiſum eſt igni liquidũ incidiſſe metallũ. Quod cum Ericus receptoris incu-
ria excuſſum eſſe contenderet, quid ſupplicij muneris amiſſori debeaẽ, inquirit.
Rex reginæ ſententiam conſulit, quæ ſuadere cœpit, ne ipſe legis à ſe latæ ſtatutũ
ſolueret, qua tranſmiſſorũ ſibi munerũ perditores morte mulctandos cauiſſet. Cę
teri quoq; decretã lege pœnam remittendã eſſe negabant. Itaq; rex ſupplicij ne-
ceſſitatem admittere monitus, Colonem laqueo conſumi permiſit. Deinde Fro-
tho Ericum alloqui ſic orſus eſt: Tu qui uerborũ faſtu ac phaleratæ uocis oſtenta-
tione laſciuis, unde huc te, aut cur aduẽtaſſe cõmemoras? Ad hęc Ericus: A Ren
neſeo prodij, ſedemq; apud lapidẽ cepi. Contrà Frotho: Quô deinde cõceſſeris,
rogo. Cui Ericus: Diuerti à lapide trabe uectus, identidemq; apud lapidẽ locum
cepi. Ad hæc Frotho: Quorſum inde curſum direxeris, aut ubi te ueſper excepe
rit, quæſo. Tum Ericus: Profectus à petra ad ſaxũ perueni, itemq; apud lapidẽ cu-
bui. Cui Frotho: Creber illic cautiũ numerus erat? Ad hæc Ericus: Crebrior ha-
rena patenter conſpicitur. Contrà Frotho: Quid tibi negocij fuerit, aut quorſum
illinc declinaueris, refer. Tum Ericus: Profectus à petra delphinũ curſitante naui
B gio reperi. Cui Frotho. Iam noua prompſiſti, quanq; utrunq; horũ in mari frequẽs
ſit, ſed uelim quis te deinde trames abduxerit noſſe. Ad hæc Ericus: A delphino
delphinũ petiui. Contrà Frotho: Frequens illic delphinorũ eſt agmen? Tum Eri-
cus: Frequentius undis innatat. Cui Frotho: Libet ſcire quô te à delphinis profi-
ciſcentem uiæ captauerit labor. Ad hæc Ericus: Arboreũ mox truncũ offendi.
Contrà Frotho: Quorſum poſt hæc iter emetiri cœpiſti? Tum Ericus: A trunco
ad ſtipitẽ conceſſi. Cui Frotho: Frequens illic arboribus locus exiſtit, cum hoſpi-
tum tuorũ ſedes tam crebro truncorũ nomine complectaris. Ad hæc Ericus: Fre
quentior nemoribus ineſt. Contrà Frotho: Quô deinde ueſtigiũ pertuleris, æde.
Tum Ericus: Identidem ad trunca ſyluarũ robora penetraui, me autẽ illic acquie-
ſcente, exatiati humanis cadaueribus lupi ſuprema telorũ acumina collambebãt.
Ibi cuſpis à robore regis excuſſa eſt Fridleui nepos. Cui Frotho: Hæreo alterca-
tionis anceps, cum intellectũ meum obſcura admodũ ambage fefelleris. Ad hæc
Ericus: Præmium à te peracti certaminis merui, cui ſub inuolucro quædam haud
ſatis intellecta deprompſi. Cædem enim Oddonis mea geſtam manu ſuperiori cu
ſtodis appellatione ſignaui. Cui cum regina quoq; eloquentiæ palmã ac uictricis
facundiæ præmiũ adiudicaſſet, continuò rex armillam brachio ſuo detractã decre
tæ mercedis loco tradidit, atq; ſubiunxit, uelim ex temet habitã tibi cum Greppo
diſceptationem cognoſcere, qua illum palàm ſe uictũ proteſtari nõ puduit. Tunc
Ericus: Robur illum exprobrati adulterij perculit, cui cum defenſionẽ afferre nõ
poſſet, cum tua ſe faſſus eſt uxore mœchatũ. Et rex ad Hannundã conuerſus, qua
mente criminationem exciperet, percontatur. Quæ non ſolum uoce crimen con
feſſa, ſed etiam uultu teſtem reatus ruborẽ exerens, euidens culpæ indicium prę-
buit. Rex non uerba modò, uerumetiã oris ſigna conſpiciẽs, ſed qua lege in ream
animaduerteret hæſitans, debitã crimini pœnam reginæ contulit arbitrio decer-
nendum. Quæ cum creditũ ſibi iudiciũ reatui ſuo affine cognoſceret, ideoq; æſti-

C mationem criminis aliquandiu sententiæ dubiæ uolutaret, dissiliens Greppus, ut Ericũ telo traiiceret, procurrit, criminantis cæde suam redimere cupiens. Quem Rollerus districto ense occupans, molitionis suæ prædamnauit exemplo. Aitq; Ericus, optima est affiniũ opera opis indigo. Et Rollerus: Inter asperos casus officiose adsciscendi sunt boni. Tum Frotho: Credo euenturũ uobis, quod uulgò dici assolet, ferienti interdum breue percussionis gaudium fore, nec diu manũ ictu exhilarari solere. Et Ericus: Non est arguendus, cuius operi excusamentũ iustitia tribuit. Tantum enim inter meam atq; Greppi operam distat, quantum inter defendentis se, atq; alium impetentis interest actionẽ. Deinde fratres Greppi fremebundi dissilire cœperunt, iurantes se, aut in totam Erici classem ultores, aut pugnam ei, denisq; cum ipso pugilibus illaturos. Quibus Ericus: Aegris iter arte prouidendum est. Hebetem tenenti aciem, mollia ac tenera lustrare cõuenit. Retusum habenti cultrum, artuatim sectionis perquirenda est uia. Quoniam ergo laboranti optima est mali mora, nec quicquam in aduersis necessitatis dilatione felicius, triduum apparatui peto, dummodo assequi possim à rege recens mactatę pecudis tergus. Cui Frotho: Corium meretur, qui corio concidit, aperte superiorem petitori exprobrans casum. At ille exhibita pelle, crepidas creat, quas abietino gummi interfusis mixtim harenis obliniens, quo firmius uestigia poneret, suis suorumq; pedibus adaptauit. Considerato tandem quem certamini locum legeret, terrestris pugnæ, & totius militaris operæ rudem se referens, campum gelati maris exposcit. In hunc utrisq; cõsensum est. Rex apparatibus inducias tribuens, Vuestmari filios secedere iubet, incongruum asserens, etiam male meritum hospitio aduenam pelli. Deinde ad inuestigandum supplicij modum, cuius exigendi arbitrium reginæ mandauerat, redit. Quæ quum omissa censura ueniam lapsui precaretur, adiecit Ericus: Muliebriter erratis sæpius ignoscendum esse, nec pœ-

D nam infligendum esse, nisi correctio culpam nequiuisset auertere. Ignouitq; Hanundæ rex. Appetente crepusculo apud Gotarũ, inquit Ericus: Epulaturi in conuiuio militis, non solum cœnacula procurantur, sed etiam per ascriptos consessus certi distinguuntur accubitus. Rex loca, quibus atlethę sui insederant, occupanda concedit. Deinde uerna epulum affert. At Ericus comitatis regiæ non ignarus, qua prandiorũ uti reliquijs uetabatur, frustum cuius particulam delibasset, abiecit, integras escas, lacera ciborum fragmenta nominans. Ita rarescentibus epulis, ministri alias inopiæ atq; uerecundiæ suggerunt, paruulæ cœnæ impendentes, quod grandi conuiuio sufficere potuisset. Ait ergo rex: Assolet ne Gotari miles tactam semel dapem tanq; amolita ciborum crusta disperdere? primaq; fercula ultimorum ritu fragminum aspernari? Ad hæc Ericus: Nihil sibi de Gotari moribus incondita uendicauit affectio, nihil assuetudo incõposita possidet. At Frotho: Ergo domini tui moribus discors, non omnem argueris prudentiam attendisse. Qui enim maiorum exemplis obuiat, transfugam ac defectorem se probat. Tum Ericus: Sapiens à sapientiori erudiri debet, discendo enim doctrina proficit, dogmate disciplina prouehitur. Contrà Frotho: Quid mihi exemplaris documenti hæc tuæ superfluitatis imitatio dabit? Ad hæc Ericus: Tutius regem fides paruula, quàm ingens uallat perfidia. Cui Erotho: Ergo tu nos accuratiore cæteris obsequio complecteris? Tum Ericus: Nemo non natum stabulo, aut ingenitum præsepio applicat. Necdum omnium experientiam accepisti. Præterea apud Gotarum potionis usus epulo permixtus esse solet, liquor cibo cõiunctim superadditus comessabundos iuuat. Contra Frotho: Impudentiorem potus aut epuli petitorem nõ reperi. Ad hæc Ericus: Pauci tacentis egestatem æstimant, aut silentis necessitudinem metiuntur. Tum soror regis ingenti patera potionem proferre iussa, cuius Ericus dexteram cum oblato simul cratere corripiens, an hoc, inquit, regum

optime

A optime munus tua mihi delegauit humanitas? Num mihi quod teneo irreuocabilis doni loco cessurũ esse confirmas? Rex pateram tantum postulari ratus, pronunciat donum. At Ericus uirginem sibi ueluti cum patera datam applicat. Quo uiso rex, fatuum, inquit, opera prodit. Apud nos intacta uirginum libertas haberi solet. Tunc Ericus puellæ manũ perinde ac poculi nomine traditam, ferro desecturum se simulans, & si, inquit, plura quàm dederis ceperim, aut si totum temere teneo, saltem parte potiri liceat. Rex promissi errore recognito, puellam tradidit, nolens incuriæ uitium leuitate rescindere, quo grauior pollicentis uideretur auctoritas, quanquam inania pacta reuocare, maturitati potius quàm inconstantiæ deputetur. Deinde illum ad naues accepta reuertendi sponsione dimittit, tempore quod pugnæ debebatur instante. Ericus cum suis crustatum glacie æquor aggressus, lubricum instabilemq; gradu hostem solearum nixus firmitate prostrauit. Statuerat enim Frotho, ne quis inclinatis, aut laborantibus auxilio foret. Deinde uictor repetit regem. Igitur Gotuara consumptæ infeliciter sobolis exitio mœsta, simulq; eam ulcisci auida, pronunciat aduersus Ericum altercandi collibitum sibi fore certamen, ita ut ipsa torquem magni ponderis, ille uitam in pignore poneret, aut aurũ uincendo, aut letũ succumbendo laturus. Comprobante certamen Erico, penes Gunuarã pignus deponitur. Igitur Gotuara prior sic orsa:

Quando tuam limas admissa cote bipennem,
Nonne terit tremulas mentula quassa nates?

Ericus sic contrà.

Vt cuiuis natura pilos in corpore seuit,
Omnis nempe suo barba ferenda loco est.
Remigijs homines artus agitare necesse est,
B Motus quippe suos nam labor omnis habet.
Cum natis excipitur nate, uel quum subdita penem
Vulua capit, quid ad hæc addere maius erit?

Ad hæc illa tanq; elocutionis inops, cui necem destinauerat, aurũ tradere coacta est, filiorũ interfectori pœnæ loco eximium erogans munus. Cumulata siquidem infelicitas est, non uindicata malignitas. Primum enim orbitati adacta, ac deinde uerborũ uiolentia confutata, cum opibus simul eloquentiq; precium perdidit. Beauit liberorum sublatorem, autorem orbitatis suq; præmio munerata. Nihil pro repensanda filiorum clade, pręter insciti æ probrũ, ac rerum inopiam referens. Quo uiso, Vuestmarus uerbis superiorem, uiribus incessere statuit, uincentis præmiũ in uicti nece constituens, ut utriusq; salus in pignore posita uideretur. Nec Ericus conditione uti abnuit, ne lingua quàm manu promptior existimari posset. Erat autem tale certaminis genus: circulus uimine uel fune contextus, magno pedũ manuumq; conatu decertaturis raptim distrahentibus exhiberi solebat, fortiori tribuens palmam, quem colluctantium si quis alteri detraxisset, uictoria donabatur. In quem modum agonisans Ericus, correptam acrius restem manibus concertantis excussit. Quod Frotho uidens, arduum, inquit, reor contra fortem fune contendere. Et Ericus: Arduum uticq;, cum corpori struma insidet, aut tergũ occupat gibbus. Statimq; propulso pede, senem colli senilis ac dorsi fractione contriuit. Ita Vuestmarus inefficax ultionis molitor, dum uendicem agere studuit, in ulciscendorũ sortem incidit, quorũ ulcisci cupierat cædem imagine profligatus. At Frothone Ericum iactu ficæ traicere meditante, conscia fraternę mentis Gunuara, sponsum periculi pręmonitura, neminem, inquit, sapientẽ fore, qui sui prouisor non sit. Quo dicto Ericus propulsandæ fraudis admonitus, suggestam sibi cautelam argutus excepit. Continuò nanque exiliens, triumphalem, ait, fore gloriam sapientis dolum suimet ultorem existere, modesto uocationis genere in-

C sidiantis ingeniũ lacerans. Quem quum rex repentino cultri iactu declinantẽ occupare non posset, aduerso parieti errabundũ incidit ferrũ. Tunc sic Ericus: Porrigenda sunt amicis munera, non iactanda: probabile fecisses donũ, si comitẽ ferro uaginã dedisses. Quam rex cõtinuo cingulo detractam petenti tradidit, moderatione hostis odiũ deponere coactus. Ita alienæ simulationis industria delinitus, emissum maligne telum, benigne possidendũ concessit. Sic Ericus exceptã dissimulanter iniuriã ad beneficiũ transtulit, destinatũ cladi suæ ferrum eximij muneris loco complexus. Quod enim Frotho nocendi studio gesserat, hic liberalitatis nomine colorabat. Deinde corporũ curæ indultũ est. Noctu Gunuara tacite excitato eo, fuga opus esse proponit, perquam utile referens, rebus integris incolumi redire curru. Qua comite littus ingressus, classem regiam illic forte subductã, diffissa laterum parte, nauigationi inhabilem reddidit, insertisq; rursum asserculis sarsit, quo minus ab intuentibus lęsio nosceretur. Deinde nauigium, quo se, comitesq; receperat, haud procul littore depelli curat. Quem rex laceratis insequi nauibus parans, mox fluctu foros æquante, quanq; armis admodum onustus existeret, enare inter alios cœpit, propriæ salutis seruandæ, quàm alienæ lacessendæ cupidior effectus. Præcipitatis in altum proris, sedibus suis remiges stagnans introrsum æstus excussit. Quo Rollerus Ericusq; conspecto, cum contemptu periculi incunctanter se profundo dedere, natabundiq; fluctuantẽ excepere regem. Iamq; eum superfusa ter unda subruerat, quum Ericus cæsarie cõprehensum pelago leuat. Cætera naufragorũ turba, aut aquis obruta, aut ægre littori restituta est. Rex humido nudatus cultu, sicca circumactus ueste cõtegitur: multus illi ab ore liquor crebra pectoris ructatione manabat: uox quoq; eum continuis lassata

D singultibus deficere uidebatur. Tandem redditus calor, frigore hebetatos artus spiritu uegetiore firmabat. Residere siquidem, nec assurgere poterat, haud iuste uirium compos. Paulatim pristini roboris potentia subijt. Interrogatus tandem, an uitam, pacemq; deposceret: admota oculis manu, deiectam luminũ aciem attollere nitebatur. At ubi sensim corpori uirtus reddita est, & uoci fiducia maior

Oratio Frothonis mortem exoptantis.

inceſſit, per hanc, inquit, lucem, quam inuitus excipio, per cœlum, quod parum libenter haurio, suspicioq;, obsecro uos, obtestorq;, ne mihi ulteriorem eius usum præstare animum inducatis. Fruſtra uolentem perire seruastis. Aquis mihi interire negatum est, ferri saltem officio moriar. A nemine uictus, tuo primum Erice ingenio cessi. Hoc infelicior, quod qui illustribus uiris inuictus extiti, plebeio deme uictoriam præbui. Ingens hoc regij pudoris irritamentũ est. Sufficit hæc sola duci ad moriendum causa, cui nihil gloria magis placere conuenit: qua si careat, cæterorum inopem putes. Nihil enim in rege celebrius fama. Credita mihi erat rationis, atque eloquentiæ summa. Sed quorum utroque pollere uidebar, utroq; destitutus sum: eo calamitosior, quod regũ uictor, ab agresti uictus uideor. Quid uita donas, quem gloria spoliasti? Sororẽ, regnũ, gazam, supellectilem, & quod ijs maius est, claritudinem perdidi, tot infelix casibus, quot tu fortunatus agnoscens. Quid tanto superstes dedecori reseruabor? Quæ mihi libertas tam felix erit, ut captiuitatis ignominiã demat? Quid mihi sequentia conferent tẽpora, quæ nihil nisi præteritorũ miseriam redolentia, longã animo pœnitentiã generabunt? Quid uitæ productio proderit, solã tristitiæ memoriã relatura? Nihil calamitosis iocundius morte. Felix est obitus, qui succedit optatus. Hic non temporũ dulcedine m tollit, sed rerum fastidiũ cõsumit. In prosperis salus, in aduersis melius fatũ petitur. Nulla me meliorũ spes ad uiuendi cupiditatẽ adducit. Quis ad solidum laceratã fortunæ meæ sortem resarciet casus? Et iam horum nisi periclitantẽ excepisſetis, immemor essem. Reddideris regnum, sororem reduxeris, instaurueris gazam, claritatem reparare non poteris. Nihil quod resartũ est, integri splendo-

rem

A rem habebit. Captiuũ fuisse Frothonem longæua recensebit fama. Cęterum si inflictas uobis ex me calumnias muneratis, uestris occidere manibus merui. Si damna recolitis, beneficij pœnitebit. Pudebit subuentũ fuisse hosti, si atrocitatis eius in uos magnitudo taxetur. Quid reo parcitis? quid manũ à persecutoris uestri iugulo cohibetis? Par est, ut in me sors, quam uobis parauerã, recidat. Fateor si mihi in uos ea, quam in me geritis potestas incideret, nihil à me pietati deferendum esse. Quod si uobis facto innocens sum, uoluntate saltem reus teneor. Redundet in me, quæso, nocens animi culpa, qui interdũ operis loco censeri solet. Si fato ferrum negatis, propria mihi manu cladem conscisc endã curabo. Contrà sic Ericus: Dij à te quæso auertant stolidã mentẽ, auertant inquam, ne clarissimæ uitæ finem flagitio queras. Sanè quidem ab ipsis prohibitũ est, benignũ in alios, in se paricidã fore. Tentatus es à fortuna, quo mentis habitu aduersa exciperes, explorãte. Probamentũ tibi dedere fata, nõ casum. Nihil tibi mœroris inflictũ est, quod sors melior abolere nõ possit. Cautela etenim præbita est, non mutata felicitas. Nemo modeste se in prosperis agit, qui aduersa tolerare nõ didicit. Præterea omnis bonorũ usus post agnita gratius mala percipit. Iocundior est uoluptas, quæ rerum amaritudini succedit. Salutẽ tuam auersaberis, si superfuso semel æquore maduisti? Qđ si aquis frangeris, quando ferrũ æquanimiter tolerabis? Enasse armatum quis nõ gloriæ magis tribuat q̃ rubori? Quot se felices reputarent, si tua sorte infelices essent? Summa te rerũ manet, floret animus, pubescit ætas, plura spe cõplecti poteris, cȝ gesseris rebus. Nunc̃ hoc tibi leuitatis inesse uellem, ut non modo fugere aspera, sed etiã ob eorũ impatientiã uitam abijcere cupias. Quouis effœminatior est, qui aduersorũ metu uiuendi fiduciã perdit. Nemo sapientum morte res aduersas redimere solet. Stulta est in alium indignatio, temeraria in se. Ignauus est furor
B qui suum condemnat autorẽ. Quod si ultro ob iniuriã, aut leuem animi cõmotionem fatum appetis, quem tui uindicem derelinquis? Quis tam amens, ut dubium fortunæ habitũ proprio ulcisci interitu uelit? Quis adeò felix uixit, quin tristior illum quandoc̃ fortuna pulsaret? Inconcussa duxisti tempora, continua felicitate usus, & nunc ad modicam tristitiæ salebram, ut dolori parcas, uitam deserere paras? Quo modo leuiorũ impatiens, grauiora deinde supercilia ferre poteris? Insipidus est, qui nunc̃ mœroris poculum degustauit. Nemo dura non passus, temperanter facilibus utitur. Qui fortitudinis columen esse debueras, eneruis animi specimen exhibebis? Fortissimo parente æditus, ultimę imbecillitatis spectaculũ dabis? Sic à maioribus discrepabis, ut fœminis mollior fias? Necdum adolescere cœpisti, & iam te uitæ satietas cepit? Quis hanc prior imaginẽ præbuit? Clarissimi aui nepos inuicto patre æditus, leuem contrariorũ auram perpeti nõ ualebit? Indoles tua auitæ uirtutis habitũ repræsentat. A nemine uictus es, tua tibi solum incuria nocuit. Periculo per nos erutus es, nõ subactus. Amicitiam iniuriæ deputabis, odiũ pro gratia relaturus? Obsequio placari debueras, nõ moueri. Nunc̃ te dij eò furoris excedere uelint, ut seruatorẽ insidiatoris loco notare sustineas. An eo tibi rei erimus, quo benefici sumus, indignationem officijs contracturi? Reputabis hostem, cui salutis tuæ præmium debes? Necȝ enim te liberũ captiuauimus, sed ope præuenimus laborantẽ. Et ecce gazam, opes, supellectilem reddo. Soror tua si mihi temere desponsata creditur, cui decreueris nubat, enimuero intacta illi pudicitia manet. Cæterum militare tibi, si acceptaueris, uolo. Caue ne ab re ira animum obstines. Nulla te rerum iactura concussit. Nihil libertati tuæ detractũ est. Obsequentem me tibi, non imperantem agnosces. Qualemcunc̃ de capite meo sententiã decreueris, comprobo. Idem te hic, quod in regia posse cõfide. Eandem hic, quam in aula, imperitandi potentiam tenes. Hoc de nobis in loco quicquid apud regiã placuisset, institue. Proni ad parendũ sumus. Hactenus Ericus. At

C regem hæc tam in ſe, q̃ in hoſtẽ manſuefecit oratio. Deinde cõpoſitis pacatiſq; omnibus, rediit in littus. Rex Ericũ ac nauticos uehiculis excipi iubet. At ubi in regiam eſt uentum, concionẽ aduocari facit, in quã accerſito Erico ſub ſponſalium fide ſororẽ ac centurionatũ dedit. Adiecit deinde faſtidio ſibi fore reginã, filiã placuiſſe Gotari: ideoq; nouũ illi legationis opus deberi: optime ab ipſo negociũ expleri poſſe, cuius nihil arduum conatui uideret fore. Præterea ſe Gotuarã ob cellati criminis conſciam ſilicibus obruturũ. Hanundã uero reddituram patri, ne in Dania conuerſantẽ capitis ſui inſidiatricẽ haberet. Ericus conſilium probat, ſuam imperatis operã pollicens, excepto quod reginã repudio actam, Rollero melius maritandã aſtrueret, à quo nulla maieſtati ſuſpicio foret. Quam ſententiã Frotho perinde ac diuinitus datum documentũ uenerabundus excepit. Regina quoq;, ne uiolentia aſtringi uideretur, muliebriter obtemperauit, affirmans à natura dolendi neceſſitatem non eſſe, omnemq; animi ægritudinẽ ab opinione proficiſci ſolere. Cæterũ plangendã nõ eſſe pœnã, quæ meritis accidiſſet. Ita ergo fratres coniunctas egêre nuptias, altero ſororẽ regis, altero repudiatã reginam ducente. Deinde ſumptis ſecum coniugibus, nauigationem in Noruagiã referunt. Neq; enim illas à uirorũ latere, aut uiæ longinquitas, aut futuri periculi metus diuellere poterat, affirmantes ut plumã hirto, ſic ſe maritis cohæſuras fore. Et iam Cracã demortuo Regnero Brac cuidã nupſiſſe comperiunt. Deinde paternæ gazæ memores, egeſtã humo pecuniã tollunt. At Gotarus omnẽ Erici fortunã, fama uirũ prẽeunte, didicerat. Vt aũt ipſum adueniſſe cognouit, ueritus ultima quæq; in Noruagienſes eximia ſui fiducia moliturũ, uxore priuare, ſuamq; illi filiam ademptæ cõiugis loco copulare ſtudebat. Regina nanq; nuper demortua, nullas magis q; germanæ Frothonis nuptias affectabat. Cuius Ericus intentione cõperta, cõuocatis ſocijs refert ſuam necdũ cautibus abſtitiſſe fortunã. Cæterũ ſpectare ſe faſcẽ labi-

Animi ægritudo ab opinione manat.

D lem eſſe, qui uinculo nõ firmeẽ, perindeq; omne pœnæ pondus repente decidere, quod culpæ catena nõ fixerit. Id eos apud Frothonẽ nuper expertos eſſe cernentes, innocentiã ſuam inter ægerrimos caſus dijs opitulãtibus fuiſſe defenſam, eademq; ulterius cõſeruata, conſimilẽ in aduerſis opem ſperare debere. Deinde fugã eos pauliſper fingere oportere, ſi primũ à Gotaro laceſſiti forent, iuſtiorem belli titulũ habituros. Manũ ſiquidẽ capitis periculo obijci, omni iure permiſſum eſſe. Raro aũt quenq; cõmiſſam cum innoxijs pugnã feliciter exequi poſſe. Prius ergo hoſtem aduerſum ſe prouocandũ eſſe, quo iuſtior eundem impetendi cauſa ſuccederet. Nec plura elocutus, domũ Bracum inuiſere pergit. Deinde ad Gunuaram conuerſus, experiendæ eius fidei gratia percontaẽ, an Gotarum cordi haberet, indignum docens regiæ ſtirpis puellam toro popularis aſtringi. Quem illa per deorũ numina impenſius obteſtari aggreſſa, fictim ne an ueraciter excogitata haberet: eo per ſeriũ ſe locutũ dicente, ergo, inquit, extremũ mihi ruborem iniijcere paras, quam uirginem adamaſti, uiduam relicturus. Sæpe rebus contrariũ fama prædicat popularis: me de te fefellit opinio, cõſtanti nupſiſſe putabã, & nunc uentis leuiorem experior, quem indubitatæ fidei fuiſſe ſperabã. Hæc fata, abunde lachrymas dedit. Grata Erico uxoris indignatio fuit, cui mox amplexũ iniiciens, ſcire, ait, uolebã, quantũ tibi in me fidei eſſet, mors ſola diremptionis noſtræ ius poſſidet. Te tamen Gotarus raptui deſtinat, amorem latrocinio quæſiturus; quem quum peregerit, tua geſtum ſimula uoluntate, nihilominus nuptias dilatura, quouſq; filiam mihi tui loco tradiderit. Qua impetrata, uno ego ac Gotarus die nuptias acturi ſumus. Itaque diſparata nobis ad conuiuandum triclinia, ſed medium parietem cõmunicantia præbere curato, ne me forte coram oculis habito, languidiore regem cõtemplatione perſtringas. Hoc enim ad eludendũ raptoris ſtudium perq; efficax cõmentũ erit. Deinde Bracũ cum delecta promptiſſimorũ

manu

A manu haud procul regia delitere præcepit, sibi quũ res posceret auxilio futurum. Post hæc adcito Rollero prouocandi regis gratia cum nupta ac supellectile, simulato metu, fugam nauigio petiuit. Igitur Gotari sibi classem instare cõspiciens, en, ait, arcus doli insidiarũ spiculum iacit, statimq; cõcitatis clamore nautis, clauo pupim conuertit. Quem Gotarus propemodum aduectus, quis rector esset nauigij percontatur: Ericum esse cognoscit. Item exclamans, an ipse sit qui mirifico uerborum habitu cæterorũ facundiam frustraretur, inquirit. Quibus auditis, Ericus olim ab ipso se diserti cognomine donatum esse, nec frustra appellationis augurium excepisse subiunxit. Dehinc ab utrisq; proximum in littus concessum est, ubi Gotarus Erici legatione cognita, Frothonis se refert sororem cupere, legato uero filiam exhibere malle, quo minus eum alij suam cessisse coniugem pœniteret. Itaq; non incongruũ fore, si legationis fructus in suum recidisset latorem. Ericum igitur sibi generũ complacere, dummodo per Gunuaram Frothonis affinitatem impetrare potuisset. Ericus regis beneuolentiã exosculatus, sententiã probat, ultro sibi offerri asserens, quo maius à dijs immortalibus exoptare nõ posset. Ab ipso tamen Gunuaræ mentem arbitriũq; prænosci debere. Illa adulantem se regem simulato fauore excepit, petẽtiq; promptũ deferre uidebat assensum, obsecrans ut Erici nuptijs suas præcurri pateret, quibus primũ admissis, aptior regalibus suppeteret locus, ob hoc quidem maxime, ne denuò nuptura nouum connubij pactũ reducta ueteris memoria fastidiret. Præterea non expedire firmabat, binos paratus una celebratione confundi. Rex responsis euectus affatim, postulata collaudat. Qui quũ ex crebris Erici colloquijs clarissima sententiarũ schemata, quibus animo delectari ac refici possit, hausisset, non contentus ei filiã in matrimonium dedisse, Litharfulki quoq; prouinciã tradit, beneficiũ affinitati impartiB endũ existimans. Craca uero, quæ Erico ob incantationũ solertiam itineris comes adcita fuerat, aduersam oculorũ ualetudinẽ simulans, ita faciem peplo obstrinxerat, ut ne sola quidem cognoscendi capitis particula promineret: rogata quænam esset, Gunuarę se sororem perhibuit, eadem matre, diuerso uero patre progenitã. At ubi in Gotari penates peruentũ, tædarũ Aluildæ (id filiæ eius nomen erat) conuiuium exhibet. Diuersis Ericus ac rex ędibus accumbebant, quarũ tecta paries cõmunis exceperat: eædem deintus pensibilibus per totũ obductæ aulæis erant. Assedit Gotaro Gunuara, sed Ericũ altrinsecus Craca cum Aluilda stipabat. Qui inter iocandũ subducto sensim è pariete assere, quantũ loci humanũ corpus transmittere posset, aperuit, ignarisq; cõuiuis spaciũ meatui peruiũ fecit. Deinde sponsam an Frothoni an sibi nubere mallet, curiosius percontari inter epulas cœpit, maxime cum obseruato copularũ respectu, regia proles consentaneæ nobilitatis amplexui debeat, ne unius coniugũ dignitas, alterius indignitate depereat. Qua se inconcessis à patre nuptijs usuram negante, reginã eam fore, cæterasq; opibus excessurã promittens, ex repugnante obsequentẽ effecit, nõ minus opum spe q; gloria captã. Cracã quoq; traditũ est exhibitæ potionis temperamẽto, Frothonis amori uirgineã adegisse cupidinẽ. At Gotarus Erici post epulas conuiuiũ petit, nuptialis loci licentiã adaucturus. Quo exeunte Gunuara, sicut ante iussa fuerat, subducti asseris loco peruiũ trãsgressa parietẽ, proximũ Erico discubitũ occupat. Cui Gotarus eam consessu iunctã miratus, qualiter & quare eò uenerit percontari impensius cœpit, illa sororẽ se Gunuaræ, regemq; formarũ falli similitudine memorabat. Cuius cum rex cognoscendi causa, subitò regiam repetiuisset, Gunuara postico se quô uenerat referens, pristino in loco cunctis spectanda consedit. Quam uisa Gotarus parũ luminibus credulus, maxima cum agnitionis diffidẽtia ad Erici iter remensus, relatã suo more Gunuarã præ oculis habuit. Ita quoties aularũ aditus permutauit, toties utrobiq; quam quærebat offendit. Et iam nõ consimilis,

C ſed eadem hinc inde facies ingenti regẽ admiratione torquebat. Impoſſibile enim ad omnem uidebatur modũ, abſq; notabili diſcrimine, eundem diuerſis habitum ineſſe formarũ. Soluto tandem conuiuio, filiam & Ericum nuptiali in cubiculum uſque comitate proſequitur. Ipſe aliâs cubitum redit. At Ericus Aliuldam Frothoni deſtinatam, ſeorſum cubare permittit, Gunuarã ut antè deluſo rege cõplexus. Itaq; Gotarus inſomnem agens noctem, ſtupido errantiq; animo ludificationis ſuæ ſpeciem agitabat: neq; enim paritas ſpecierũ, ſed identitas uidebatur. Vnde incerta adeò atq; anceps illum æſtimatio ſubijt, ut errori tribueret, quod reuera deprehenſum habebat. Tandem pariete fraudẽ inſtrui potuiſſe, animo obuerſatum eſt. Quẽ cum diligentius inſpici luſtrariq; iuſſiſſet, nulla fractionis ueſtigia deprehendit. Inconcuſſa ſiquidem totius ædis integritas apparebat. Quippe Ericus nocte concubia, quo minus dolus conſpicuus foret, ſoluti parietis ſarſerat læſionem. Deinde duos cognoſcendæ rei cauſa tacite Erici cubiculo intromiſſos, ac poſt aulęam conſiſtere iuſſos, cuncta curioſius attendere iubet. Iidem Ericũ cum Gunuara repertum, occidendiq; præceptum acceperant. Qui inita latenter æde, uelatis cortina angulis præſentiam occultantes, Ericum ac Gunuaram nexis inuicem brachijs, cõmuni toro fruentes conſpiciunt. Quos ſemiſopitos rati, profundiorem quietis copiam expectabant, operiri uolentes, donec exequendi ſceleris grauior porrigeret ſomnus: qui cum ſtertente ſonorius Erico, concepti liberius ſomni ſpeciem agnouiſſent, continuò trucidandi eius gratia, deſtrictis prodiere mucronibus. Quorum Ericus inſidioſo expergefactus accurſu, cum imminentes capiti gladios ſuſpexiſſet, dicto nouercæ nomine, quod olim inter pericula nuncupare iuſſus fuerat, promptũ neceſſitatis remediũ expertus eſt. Clypeus enim eius, qui ſublimius à trabe pendebat, ilico in eum collapſus, inerme corpus quaſi deinduſtria, ne à latronibus cõfoderet, obtexit. At ille fortuna haud fruſtra uſus,
D proximi latronis utrũq; pedem rapto deſecuit ferro. Alterum Gunuara nõ impetu minori haſta transfodit, muliebri corpore uirilem animũ æquans. Taliter Ericus inſidijs liberatus, repetito mari nocturnæ nauigationi ſe præparat. At Rollerus ijs qui cõminus excubare iuſſi fuerant, ſignum irrumpendæ regiæ lituo dedit. Quo rex audito, hoſtium aduentum indicari ratus, præceps fugã nauigio tenuit. Interea Bracus & qui cum eo irruerant, conuulſam regis ſupellectilem, Erici manibus imponendam curabant. Mediũ fermè noctis agendis impenſum eſt prædis. Quorum mane rex cognita fuga inſecutionem molitus, per amicorũ quendã ne quid ſubitò pararet, aut cum impetu exequeretur, admonitus eſt, perſuadebatur quippe maiore inſtrumento opus eſſe, nec expedire, cum paucis in Daniam conſequi fugientes. Sed ne ſic quidem impatiens animus damni impetũ preſſit. Nihil enim magis mouerat regem, quàm quod alienæ cladis paratus recidiſſet in ſuos. Enauigans autem rex, peruenit in portum, qui nunc ab Omi uocabulum tenet, ubi aduerſa tempeſtate oborta, alimentis defectus, ſatius arbitratus eſt moriendi neceſſitatem ferro ſubire, quàm fame. Itaq; nautici manu in ſeipſos uerſa, alternis uulneribus acceleraſſe fatum. Rex cum paucis montium prærupta ſecutus elabitur. Indicium cladis, colles ęditi præbent. Interea Erico proſpere nauigationem emenſo, Frothoni cum Aliulda nuptię actæ ſunt. Poſt hæc Sclauorũ mandatur irruptio. Ad quam coërcendam Ericus cum octo nauigijs deſtinat: quippe Frotho rudis adhuc rei bellicæ uidebat. Ericus igitur ne uirilem unquam operam detrectaret, ſuſceptum gratulanter officium, fortiter exequendum curauit. Qui cum piratas ſeptenis nauibus eſſe cognoſceret, una tantũ è ſuis aduectus, reliquas ligneis propugnaculis cingi, tonſiſq; arborũ ramalibus obduci iubet: deinde cum hoſticæ claſſis numerum plenius ſpeculaturus procederet, inſequentibus ſe Sclauis, ocyus ad ſuos refugere cœpit. At hoſtes ut inſidiarum ignari, ita fugientem

A gientem comprehendere auidi, crebro incunctantiq; fluctus remigio cõcussere. Naues enim Erici liquidò cognosci non poterant, frondentis syluæ speciem præ ferentes: qui cum angustioris se maris flexui tradidissent, subitò Erici classe conclusos uident. Sed primũ inusitata facie stupidi, nauigio nemus agi putabant, deinde fraudem folijs subesse cognoscunt. Seram ergo incuriæ pœnitentiam agentes, habitam incautius nauigationem remetiri tentabãt. Sed dum puppes obuertere parant, ab hoste eas insiliri conspiciunt. Ericus uero subducto in littus nauigio, funda procul in hostes saxa torquebat. Igitur Sclauorũ cæsi plerique, quadraginta capti fuere, qui postea uinculis, ac fame coërciti, inter uarias cruciatus angustias spiritum deposuerunt. Interea Frotho traijciendæ in Sclauiam expeditionis gratia, tam è Danis, quàm ex finitimis ingentem adciuerat classem. Huius minima ratis extabat, quæ bissenos ueheret nauticos, totidemq; remigijs agi posset. Post hæc Ericus socijs patiẽtius præstolari iussis, actæ iam cladis famam Frothoni perlaturus occurrit. Cumq; nauigando puppim fortè piraticam uadosis ac minus altis gurgitibus inflictam hærere conspiceret, quod res fortuitas dictorũ gratiuitate prosequi solitus erat, obscura est, inquit, ignobilium sors, fortunaq; uilium sordida. Deinde naue propius applicata, piratas proprium contis nauigium expedire connisos, ac circa eius seruationem impensius occupatos oppressit. Quo peracto cum ad regiam classem rediisset, Frothonem nuncia uictoriæ salutatione reficere cupiens, saluum fore florentissimę pacis autorem iubet. Rex uerum eius dictum fieri precatus, augurem esse sapientis animũ affirmabat. Ericus uera à se dici, paruulaq; uictoria maioris omen afferri respondit, exiguis sæpe rebus magnarum prę sagia captari testatus. Regem deinde manũ spargere hortatus, lutię equitatum terreno proficisci itinere iubet, reliqua exercitus parte marinũ ineun-

B te compendium. Tanta autem nauigiorũ frequentia mare compleuerat, ut nec receptui portus, nec castris littora, aut cõmeatibus impensæ suppeterent. Terrestris autem acies tanta fuisse fertur, ut compendij gratia complanasse montes, meabiles effecisse paludes, lacunas aggeribus exæquasse, uastissimasq; uoragines iectis molibus explesse dicat. Interea Strunico Sclauorum rege belli inducias per legatos petente, Frotho tempus apparatui negat, affirmans hostẽ inducijs instrui non oportere. Præterea hactenus se bellicorũ operum expertem uixisse, nec debere eorum initia ancipiti rerum expectatione suspendere, quod quisquis primã feliciter militiam gesserit, consimilẽ de cætero fortunam sperare possit. Tale enim quenq; omen habiturũ pugnæ, quale cõgressionũ principia dederint, cum initiales bellorum successus, sequẽtibus augurio fore soleant. Ericus responsi prudentiam laudat, affirmans ita ludum foris agi oportere, prout domi fuerit inchoatus: Danos à Sclauis prouocatos esse significans. Quod dictum acerrimo prælio prosecutus, Strunico cum gentis suæ fortissimis interfecto, residuos in fidem accepit. Tum Frotho cõuocatis Sclauis per præconem edixit, ut si qui inter eos rapinę aut furto assueuissent, ocyus exhiberentur, promittens se talium mores primis honoribus donaturũ. Iussit etiam ut quicunq; malarũ artium studijs caluissent, præmia recepturi prodirent. Grata Sclauis promissio fuit. Cuius spem quidam cupidius, q̃ consideratius secuti, prius prodidere seipsos, quàm alieno possent indicio declarari. Quos tanta lucri cupiditas fefellit, ut ruborem quæstui postponentes, crimen pro gloria ducerent. Quibus sponte exhibitis, hanc, inquit, Sclaui uosipsos patriã peste uacuefacere conuenit, continuoq; eos à lictoribus abripi iussos, in altissimas cruces ciuium manu subfigendos curauit. Plures à paucioribus punitos crederes. Ita callidi ingenij rex dum ueniam quam uictis hostibus tribuit, crimen confessis negauit, totã penè Sclauicæ gentis stirpem cõsumpsit. Sic indebiti præmij cupiditatẽ debita consecuta est pœna, iustoq; supplicio indignæ mercedis aui

Apparatus belli ingens.

Sclaui à Danis subacti.

C ditas adacta est. Crediderim iure exitio traditos, qui cum taciturnitatis munimẽto salutem seruare potuissent, uoce periculũ adciuerunt. Rex recentis uictoriæ titulis euectus, ne iustitia quàm armis defectior uideretur, nouis exercitũ legibus formare constituit, quarum præsens quasdam ritus usurpat, quasdam arbitraria iuris nouitas aboleuit. Edixit enim ut primipilus quisq; prędæ partitione facta, maiorẽ cetero milite portionem acciperet: ducibus uero quibus in acie signa anteferri solerent, dignitatis causa captiuũ concessit aurum. Gregarium uero militem argẽto uoluit esse contentũ. Arma ad pugiles redundare, captiua nauigia popularibus cedere iussit, utpote eis debita quibus condendi rates instruendiq; ius esset. Præterea sanxit, ne quis rem familiarem seris mandare præsumeret, duplum ex fisco regis amissorũ precium recepturus. Quam si quis arcarum claustris obseruandam duxisset, aureæ libræ regi debitor fieret. Statuit etiam ut in eum qui furi ignosceret, furti pœna recideret. Præterea si quis in acie primus fugam capesseret, à communi iure alienus existeret. At ubi in Daniam rediit, ut quicquid Grep siniſtra morũ usurpatione corruperat, bonis artibus expiaret, arbitrariã fœminis nubendi potestatẽ indulsit, ne qua tori coactio fieret. Itaq; lege cauit, ut eis in matrimonium cederent, quibus inconsulto patre nupsissent. At si libera consensisset in seruum, eius conditionẽ æquaret, libertatisq; beneficio spoliata, seruilis fortunę statũ indueret. Maribus quoq; quãcunq; primitus cognouissent, ducendi legem inflixit. Adulteros à ueris cõiugibus corporũ parte spoliandos constituit, quo minus continentia flagitijs elideretur. Edixit quoq; ut si Danus Dano rapinã infligeret, duplũ rependeret, ac uiolatæ pacis crimine censeretur. At si quis rem furto quæsitam ad alienam domũ perferret, hospes post illum ædis suæ fores obcluderet, bonorum omniũ pœnam incurreret, atque in concione coram omnibus uapularet, quod se eidem delicto obnoxiũ feciſſe uideretur. Præterea quisquis exulũ patriæ
D suæ hostis euaderet, aut inimicũ ciuibus scutum afferret, rerum ac uitæ periculo pœnas lueret. Si quis autem ad exequendũ regis imperiũ ob animi contumaciã piger existeret, exilio mulctaretur. Solebat nanq; sagitta lignea ferreę speciem habens, nuncij loco uiritim per omnes mitti, quoties repentina belli necessitas incidisset. Qui uero ex popularibus primipilũ in acie anteiret, ex seruo liber, ex agresti illustris euaderet. At si ingenuus foret, satrapa crearet. Tanta olim audaces stipendia merebantur. Adeò ueteres nobilitatẽ fortitudini tribuendã putabant. Siquidem non fortunæ uirtutẽ, sed uirtuti fortunã deferri oportere, existimatũ est. Præcepit quoq; ne lis ulla iurisiurandi fide aut pignorum positione contraheret. Qui uero alium pignus secum ponere iussisset, eidem aureæ libræ dimidium solueret, alioqui grauem corporis mulctam subiret. Prouiderat enim rex ex pignorum positione maximas litium causas incidere posse. De qualibet uero controuersia ferro decerni sanxit, speciosius uiribus quàm uerbis confligendum existimans. Quod si alter dimicantium relato pede prænotati orbis gyrum excederet, perinde ac uictus causæ detrimentum reciperet. Sin autem quauis de re pugilem popularis impeteret, ipsum armatus exciperet, cubitali duntaxat stipite pugnaturum. Quinetiam cladem Dani ab alienigena oppressi duorum extraneorum cæde sarciendam instituit. Interea Gotarus sumendi de Erico supplicij gratia, pugnæ exercitum comparat. Econtrario Frotho cum magno classis apparatu Noruagiam petit. Cum ad insulam Renso pariter appulissent, Gotarus Frothoniani nominis magnitudine territus, pacem per legatos efflagitat. Ad quos Ericus, inuerecundus, ait, est latro, qui prior concordiam quærit, aut bonis communicare præsumit. Qui enim obtinere gestit, obniti debet: ictus ictui opponendus est, liuoreq; liuore pellendus. Cumq; hoc dictum Gotarus attentis eminus auribus excepisset, quàm poterat clara uoce ita inquit: Quisque uirtuti militat, prout beneficij me-

Leges Frothonis Danorum regis.

A eſj meminit. Cui Ericus: Beneficentiã tuam reddito tibi conſilio repenſaui. Quo ſermone egregios monitus omni donorum genere pręſtantiores indicabat. Et ut Gotarum accepti conſilij ingratum oſtenderet, quando coniugem mihi, inquit, cum uita adimere cupiebas, melioris exempli ſpeciem laceraſti. Solum inter nos ferrum decernendi ius obtinet. Poſt hæc Gotarus parum proſpera congreſſione Danorum claſſem adortus occiditur. Cuius regnum Rollerus beneficij nomine poſtmodum à Frothone ſuſcepit, quod ſepteno prouinciarum numero tendeba tur. Eundem quoq; Ericus collata ſibi quondam à Gotaro prouincia muneratus eſt. His geſtis, Frotho per ſummam ac ſecuram pacem triennium geſſit. Inter hęc rex Hunorum audito gnatæ repudio, adiuncto ſibi rege orientaliũ Olimaro, ad uerſum Danos biennio belli apparatũ contraxit. Igitur Frotho non ſolum indige nas, ſed etiã Noruagienſes, ac Sclauos in copias uocat. A quo Ericus hoſtiles ſpe culatum acies miſſus, Olimarũ qui claſſis magiſtratũ acceperat, Hunorum rege terreſtres ductante copias, haud procul Ruſcia reperit, quẽ taliter affari cœpit:

Quid ſibi uult quæſo belli grauis iſte paratus?
Aut quô claſſe potens rex Olimare ruis?
At Olimarus.
Fridleui natum nobis inceſſere cordi eſt,
Et quis es audaci talia uoce rogans?
Ad quem Ericus.
Vincendi inuictum ſubijt ſpes irrita mentem,
Frothonem nullus exuperare poteſt.
Contrà Olimarus.
Quicquid contingit primo, ſemel accidit, & res
B Non ſperata ſatis ſæpe ſubire ſolet.

Qua ſententia à nemine nimium fidei in fortuna reponendũ eſſe perdocuit. Deinde Ericus Hunorũ agmen exploraturus obequitat. Quod Ericum præteriens, inuicemq; ab ipſo præteritum, primam ortiuo ſole aciem poſtremo occiduo prę buit. Itaq; penes quem tot millium regimen foret, ab obuijs ſciſcitatus eſt. Quem Hun forte conſpiciens, rex hic Hunorum erat, ſpeculandi miniſterium accepiſſe cognouit, perquiritq; quod percunctatori uocabulum foret. Ericus ſe ubiq; ad uentantem, nec uſquam compertum uocitari perhibuit. Rex item admoto inter prete, quid Frotho operis exerceret interrogat. Cui Ericus: Nunquam Frotho domi inimicum præſtolatur exercitum, nec hoſtem in ædibus operitur: pernox enim & peruigil eſſe debet alienum appetens culmen: nemo ſtertendo uictoriã cepit, nec luporum quiſquam cubando cadauer inuenit. Quem rex exquiſitis dictorum ſententijs callere cognoſcẽs, hic ait fortaſſe Ericus eſt, à quo filiam meam falſi criminis inſimulatam accepi. Qui continuò prendi iuſſus, non decere, inquit, unum à pluribus abripi. Quo dicto nõ modo regis animũ complacauit, ſed etiã ad ignoſcendi ſibi uoluntatem perduxit. Cuius impunitatis cauſam potius à calliditate quàm beneuolentia profectam conſtabat, cum ob hoc maxime dimittere tur, ut Frothonem nunciatæ multitudinis rumore terreret. A quo cum reuerſus explorata referre iuberetur, ſex claſſium ſenos reges, earumq; quamlibet quina nauium millia complectentem uidiſſe ſe retulit, quarum unamquanq; trecentorum remigum capacem eſſe conſtaret. Quemlibet uero totius ſummæ millenarium quaternis alis contineri dicebat. Volebat autem millenariũ mille, ac ducentorum capacem intelligi, cum ala omnis trecentorum numero compleatur. Cunctante uero Frothone, quid contra tot acturus eſſet, attentius q; ſubſidia circumſpiciente: probum, inquit Ericus, audacia iuuat: acri cane occupandus eſt urſus: moloſſis quippe non imbellibus auiculis opus eſt. Quo dicto Frothoni contra-

C hendæ classis consiliũ præbuit. Qua instructa aduersum hostem nauigatio tendi
tur. Igitur insulas quæ Daniam orientemq; interiacent, prælijs subigunt. Vnde
procedentes naues aliquot Rutenæ classis offendunt. Quarũ cum Frotho pauci
tatem incessere deforme duxisset, à macro, inquit Ericus, & tenui petendus est ci
bus. Raro pingueſcet qui cadit. Necq; enim mordendi potens est, quẽ uastus oc=
cupauerit follis. Quo documento regi irruptionis ędendæ ruborẽ excussit, eũq;
mox ad paucitatem multitudine lacessendam perduxit, utilitatem pudori præfe
rendam significans. Post hæc ad Olimarum processum est, qui multitudinis se=
gnitie excipere hostem, quàm aggredi præoptabat; quippe Ruthenorum naui=
gia incompositа, minusq; ob granditatem ad remigium habilia uidebantur. Sed
ne ei quidem numerositatis potentia profuit. Inusitata nanq; Ruthenorum multi
tudo copijs quàm uirtute præstantior, robustæ Danorum paucitati uictoriam tra
didit. Frotho cum patriam repetere uellet, inauditum nauigationis impedimentũ
expertus est. Quippe crebra interfectorum corpora, nec minus scutorum, hasta=
rumq; fragmenta iactante æstu uniuersum maris constrauerant sinum. Itaq; por=
tus non angusti minus, quàm olidi erant. Igitur medijs obstrictæ cadaueribus hæ
sere puppes. Nec putria quidem ac circunflua corpora remis abigere, aut contis
propellere poterant, quo minus uno sublato, mox aliud aduolutum impelleret
classem: bellum cum mortuis obortum crederes. Nouum contra exanimes discri
men extabat. Igitur Frotho conuocatis quas uicerat gentibus, lege cauit ut quis=
quis paterfamiliâs eo conciderat bello, cum equo omnibusq; armaturæ suæ insi
gnibus tumulo mandaretur. Quem si quis uespillonum sceleſta cupiditate ten=
tasset, pœnas nõ solum sanguine, sed etiam inhumato cadauere daret. Busto atq;
inferijs cariturus. Siquidẽ par esse credebat, ut alieni corruptor cineris, nullo fu=
D neris obsequio donaretur, sortemq; proprio referret corpore, quam in alieno per
petrasset. Centurionis uero, uel Satrapæ corpus rogo propria naue constructo,
funerandum constituit. Dena autem gubernatorum corpora unius puppis igne
consumi præcipit. Ducem quempiam aut regem interfectum proprio iniectum
nauigio cõcremari. Tam scrupulosam ducendis interfectorum funeribus obser=
uationem præstari uoluit, ne promiscuos exequiarum ritus existere pateretur.
Ruthenorũ re=gum strages. Iamq; cuncti Ruthenorum reges, Olimaro Dagoq; exceptis, Marte conciderãt,
bella quoq; Ruthenos ex Danorũ imitatione celebrare præcepit, ac ne quis uxo
rem nisi emptitiam duceret, uenalia siquidem connubia plus stabilitatis habitura
censebat, tutiorem matrimonij fidem existimans, quod precio firmaretur. Præte
rea si quis uirginis stuprum ui petere ausus esset, supplicia absciſſis corporis parti
bus lueret, alioqui mille talentis concubitus iniuriam pensaturus. Decreuit etiam
ut quisquis militiæ deditus, spectatæ uirtutis titulum affectaret, impeteret unum,
exciperet duos, tres modica pedis retractione uitaret, quatuor fugere non erube
sceret. Aliam quoq; super militum stipendijs consuetudinem à subiectis sibi regi
bus obseruandam edixit. Patrium domesticumq; militem hyberno tempore ter=
nis argenti talentis donari iussit, gregarium aut conductitium binis, priuatum ac
militiæ laboribus defunctum duntaxat uno. Qua lege uirtuti iniuriam afferebat,
conditiones militum non animos ęstimans. In quo quidem erroris argui poterat,
cum familiaritates meritis anteferret. Post hæc interrogatus à rege Ericus, an Oli
mari copias Hunorum æquaret exercitus, carmine sic eloqui orsus est:

Hercule deprendi nulli numerabile uulgus,
Vulgus cuius erat terra nec unda capax.
Colluxere ignes crebri, sylua omnis obarsit,
Index innumeræ flamma cohortis erat.

Calcibus

A Calcibus obtrita tellus subsedit equinis,
Edebant rapidos stridula plaustra sonos.
Ingemuere rotæ, uentos auriga premebat,
Vt tonitrum currus assimulasse putes.
Vix armatorum cœtus sine lege ruentes,
Ponderis impatiens pressa ferebat humus.
Obmugire aër uisus mihi, terra moueri,
Tantus in externo milite motus erat.
Nam quindena simul uexilla micantia uidi,
Quodq; ex ijs centum signa minora tenet.
Post quorum quoduis poterant bis dena uideri
Signorum numero: par erat ordo ducum.

Igitur Frothone quid contra tot opponeret perquirente, redeundum docet, patiendumq; hostes propria primum immanitate consumi. Obeditum monitui est. Neq; enim minore studio probatum consilium quàm æditum fuit. At Huni per auia solitudinesq; progressi, nusquam repertis cõmeatibus, passim inedia periclitari cœperunt. Quippe regio uasta ac palustris extabat, nec erat ullum egestatis subsidium reperire. Tandem fusis comesisq; iumentis, tam uehiculorum quàm uictus inopes spargebantur. Cęterum error par fami periculum erat. Non equis, non asinis parcitur, nõ fœdis aut putribus abstinetur. Postremo ne canibus quidem temperatum est, nephas omne morientibus licitum fuit. Nihil enim tam difficile, quod necessitas suprema nõ imperet. Ad ultimum fame exhaustis publica clades incessit. Efferebantur absque cessatione corpora, cunctisq; exitium formidantibus, nulli miseratio pereuntiũ fuit, humanitatem quippe metus excluserat.

B Primum itaque regem paulatim defecere cohortes, deinde centuriatim defluxit agmen: deseruit eum quoque Vggerus uates, uir ætatis incognitæ, & supra humanum terminum prolixæ, qui Frothonem transfugæ titulo petens, quicquid ab Hunis parabatur, edocuit. Inter hæc Hithinus rex aliquantæ Noruagiensium gentis, Frothonis classem centũ quinquaginta nauigijs accedebat. E quibus duo decim lectis, propius nauigationem cœpit habere, erecto in malum scuto socios aduentare significans. Qui regi in proximum amicitiæ gradum receptus, magnũ copijs eius attulit supplementum. Eidem postmodum cum Hilda Hogini Lotorum reguli filia, spectatæ admodum opinionis uirgine, mutuus amor incessit. Quippe nondum inuicem conspectos, alterna incenderat fama. At ubi mutuæ conspectionis copia incidit, neuter obtutũ ab altero remittere poterat, adeò pertinax amor oculos morabatur. Interea Frotho distributo per municipia milite, diligentius impensas hybernis cõmeatibus necessarias conuectabat. Sed ne sic quidem onerosum impensis exercitum sustentare suffecit. Par propemodum Hunorum cladi pernicies incidit. Igitur ad inhibendum aduenarũ confluxum, classe in Albiam missa, ne quid traijceretur, curæ habuit. Cuius duces Reuillus & Meuilus fuere. Soluta hyeme Hithino, Hoginoq; socialem exequi piraticam placuit. Ignorabat enim Hoginus suam à sodali filiam adamari. Erat autem is corporis habitu præstans, ingenio peruicax, Hithinus uero corpore perquam decoro, sed breui extitit. Cæterum cum Frotho sustentandi exercitus sumptum in dies difficiliorem aduerteret, Rollerum in Noruagiam, Olimarum in Suetiam, Oneuum regem, & Glomerum piratarum præcipuum ad Orcades petendorũ cõmeatuum gratia dirigit, proprias cuicq; copias tribuens. Triginta reges sequebantur Frothonem, qui ipsum amicitia uel obsequio colerent. Audiens aũt Hun, dimissas à Frothone copias, nouum recentemq; militem contrahit. At Hoginus filiam suam Hithino despondit, coniurato inuicem uter ferro periisset, alterum alterius ultorem

Frothonis maiestas amplis.

C fore. Autumno petitores cõmeatuum redeunt, trophæis quàm alimentis locupletiores. Rollerus enim prouincias Summoriam & Normoriam, occiſo earum rege Arthorio, uectigales effecerat. At Olimarus Thoriam Longũ Ianitorũ atq; Helſingorũ regem, duosq; alios haud inferioris potentiæ duces, Heſtiam quoq; & cum Olandia Curetiam, ſed & inſulas Suetiæ prætentas celeberrimus Barbariæ domitor triumphauit. Itaq; ſeptingenta reducebat nauigia, duplicato eductorum antea numero: Onef uero & Glemero, Hithino quoq; & Hogino Orcadũ trophæa ceſſere. Hiſdem cum nongentis nauibus reditum eſt. Et iam quæſiti late ſumptus, conuectæq; raptu impenſæ alendis abunde copijs ſuppetebant. Cæterum uiginti regna imperio Frothonis adiecerant, quorũ reges triginta prædictis adiuncti, Danorũ partibus militabãt. Hac uiriũ fiducia cum Hunis pugna conſeritur. Cuius prima dies tanta interfectorũ ſtrage recruduit, ut præcipui tres Ruſciæ fluuij cadaueribus uelut ponte conſtrati, peruij ac meabiles fierẽt. Præterea quantum quis itineris per triduum equo conficere poſſet, tantum locorũ humanis cadaueribus completum uideres, adeò ſpatioſa cædis ueſtigia erant. Itaque prælio ſeptem dies extracto, occîdit rex Hun. Cuius frater eodem nomine inclinatam Hunorũ aciem conſpicatus, cum ſua ſe cohorte dedere cunctatus nõ eſt. Eo bello ſeptuaginta ac centũ reges, qui aut ex Hunis erant, aut inter Hunos militauerant, ſubmiſere ſe regi. Quem numerũ Ericus ſuperiori ſignorum expreſſione complexus fuerat, cum Hunorum multitudinẽ Frothone percontante diſtingueret. Igitur Frotho uocatis in concionem regibus, ſub uno eodemq; iure degendi normam imponit. Præfecit autem Olimarum Holingardiæ, Oneuum Conogardiæ, Hun uero captiuo Saxoniam tribuens, Reuillum Orcadibus donat. Prouincias Helſingorũ, Iarnberorũ, & Ianitorũ, cum utraq; Lappia, Dimaro cuidam procurandas attribuit. Dago Heſtię regimen erogauit, quorum unumquenq; certis tributi legibus onerauit, obſequiũ beneficio applicãs. Itaq; Frothonis regnũ Ruſciam ab ortu complectens, ad occaſum Rheno flumine limitatum erat. Interea Aithinus apud Hoginũ quorundam obtrectatione inſimulatus eſt, quaſi filiam eius ante ſponſalitũ ſacra ſtupri illecebris temeraſſet, quod tunc immane cunctis gentibus facinus habebat. Igitur Hoginus credulus auribus rem falſo nunciatam excipiens, Hithinũ regia apud Sclauos ſtipendia colligentẽ, claſſe laceſſit, conſertaq; manu uictus lutiam petiuit. Itaq; ſtatam à Frothone pacem internum labefactauerat bellũ, primiq; indigetes regiã detrectauere legem. Quam obrem Frotho miſſis qui ſimul eos accerſerẽt, ſcrupuloſius cauſam ſimultatis inquirit. Qua cognita, iuxta legis à ſe latæ formulã pronunciauit. Videns aũt ne ſic quidem eos in gratiam reduci poſſe, patre filiam pertinacius repoſcente, litem ferro decidendam edixit. Id quippe ſolum dirimendæ controuerſiæ remediũ uidebatur. Inita pugna Hithinus acerrima perſtrictus plaga, cum ſanguine & uiribus corporis deficeret, inſperatã hoſtis clementiam expertus eſt. Hoginus ſiquidem promptiſſimã occidendi ipſius facultatem adeptus, formæ tamen eius, & iuuentæ miſeratione ſęuitiam manſuetudini cedere coẽgit. Itaq; ne ephebum inter extremi ſpiritus momenta palpitantem extingueret, abſtinuit ferro. Olim nanq; impuberem, aut inualidũ uita ſpoliare rubori deputabatur. Adeò cuncta uerecundiæ momenta priſca pugilũ fortitudo ſeruabat. Ita Hothinus ſociorũ opera ad naues relatus, hoſtis beneficio ſeruatus eſt. Iidem ſeptimo abinde anno apud inſulã Hithinſo pugnã exorſi, mutuis uulneribus cõſumpti ſunt. Felix Hoginus foret, ſi circa deuictũ ſemel Hithinũ ſeueritate potius q̃ clementia uſus fuiſſet. Ferunt Hildã tanta mariti cupiditate flagraſſe, ut noctu interfectorũ manes redintegrandi belli gratia carminibus excitaſſe credatur. Eodem tempore Alrico Sueonum regi aduerſum Geſtiblindũ Gothorũ regem atrox incidit bellum. At Geſtiblin-

D dus

A dus uiribus minor, Frothonẽ ſupplex acceſſit, ſe ac regnũ percipiendæ opis gratia dediturus. Qui mox Skalc, Scanico, atq; Erico in ſubſidium receptis, cum ſupplementis militũ redit. Cumq; militiæ procurſum in Alricũ effundere ſtatuiſſet, Ericus prius filium eius Gunthionũ, Vuermis ac Solongis prælatum cenſuit impetendum, oportere aſſerens feſſum tempeſtate nautam proximũ captare littus. Præterea radicũ inopem raro uirere truncum. Igitur irruptione facta perit Gunthionus, nomenq; eius tumulus refert. Audiens Alricus interemptionẽ filij, ultũ ire deproperat. Cõſpicatus hoſtes Ericũ clandeſtino accerſitũ colloquio, recenſitis patrũ ſuorũ fœderibus, ut Geſtiblindi militiã detrectaret, orabat. Quod Erico pertinacius abnuente, cum Geſtiblindo dimicãdi licentiã flagitat, priuatã pugnã publice proferendã exiſtimãs. Quem Ericus ſenectute armis inhabilẽ referens, triſtemq; eius ualetudinẽ maxima cũ ætatis excuſatione prætendens, ſe eius loco obtulit pugnaturũ, probroſum docens, ſi duellũ præſtare refugeret, pro quo bellum cõmiſſurus ueniſſet. Hinc abſq; cunctatione dimicatũ eſt. Occiſo Alrico Ericus ꝗgrauiſſime affectus, ægre cõpertis remedijs, ſerum incolumitatis regreſſum habuit. At Frothoni ipſum occubuiſſe falſo fama uulgauerat, mentẽq; regis magno ob id mœrore torquebat. Quã triſtitiã Ericus reditus ſui beneficio diſpulit. Quippe Suetiã, Vuermiã, Helſingiã, atq; inſulas Solis, opera ſua Frothonis adiectas imperio nũciabat. Quem mox Frotho deuictarũ ab eo gentiũ regem conſtituit, ac pręterea Helſingiã ei cũ utraq; Lappa, Finniã quoq; & Eſtiã annuo ſtipendiorũ iure cõtribuit. Nemo ante ipſum Sueticorũ regũ Erici nomine cenſebatur, ab ipſo autẽ in cæteros uocabulũ fluxit. Eodẽ tempore regnabat Alf in Hetmarchia, filium habens Aſmundũ. Biorno uero in Vuik prouincia, cui Aſuitus filius erat. Accidit aũt Aſmundũ parũ proſpere uenationi intentũ, dum feras aut canibus occupare, aut caſſibus excipere pergeret, irruente fortè caligine longius à re-

B tiarijs auio fuiſſe calle diuulſũ, uaſtaq; pererrantẽ iuga tandẽ equo & ueſtibus deſtitutũ, fungos et tubera perediſſe, ad ultimũ in Biornonis regis penetralia fortuitò deueniſſe progreſſu. Præterea ipſe filiuſq; regis conuictu pauliſper habito, ad cõfirmandũ inter ſe amicitiæ cultũ omnibus cõiurauere uotis, quencũq; eorũ uita prolixior excepiſſet, mortuo cõtumulandũ fore. Tantus enim ſocietatis eorum atq; amicitiæ uigor extabat, ut neuter altero fatis abſumpto, lucem prorogare ſtatueret. Poſt hæc Frotho omniũ ſubiectarũ ſibi gentiũ manu cõtracta claſſe Noruagiam petit, Erico terrenũ agmen ductare iuſſo. Humanæ ſiquidem cupiditatis more quo plura poſſederat, plus affectans, etiam uaſtiſſimam atq; horridiſſimam orbis terrarũ partem ab hoc iniuriæ genere intentatam exiſtere paſſus non eſt. Adeò opum acceſſio auiditati incrementum afferre conſueuit. Igitur Norua-

gienſes abiecta defenſionis ſpe, rebellandi fiducia defecti, in Halogiæ fines maiore ex parte profugere cœperunt. Stikla quoq; uirgo ſeruandæ caſtitatis cauſa patriæ ſe ſubduxit, bellis quàm nuptijs exerceri præoptans. Inter hæc Aſuitus morbo conſumptus, cum cane ac equo terreno mandatur antro. Cum quo Aſmundus, ob amicitię iuſiurandũ uiuus contumulari ſuſtinuit, cibo quo ueſceretur illato. Iamq; Ericus cum exercitu ſuperiora permenſus, Aſuiti fortè tumulũ appetebat: cui Sueones theſauros ineſſe rati, ligonibus perfregere collem. Itaq; maioris quàm credebatur altitudinis ſpecũ aperiri conſpiciunt. Ad quem perluſtrandum opus erat eo, qui ſe in illũ pendulo circumligatũ fune demitteret. Delectus eſt fortè ex promptiſſimis iuuenibus unus, quem quum Aſmundus ſporta reſtim ſequente intromiſſum aſpiceret, protinus eiecto eo, corbem cõſcendit. Deinde ſuperne aſtantibus, ac moderantibus funem, abſtrahendi ſignum porrexit. Qui ingentis pecuniæ ſpe reducto corbe quum ignotam extracti ſpeciem animaduerterent, inuſitata facie territi, defunctumq; rediſſe rati, proiecta reſte in di-

Aſmundus amico mortuo conſepelitur.

C uersa fugêre. Quippe Asmundus tetro oris habitu, ac ueluti funebri quodam tabo obsitus uidebatur. Qui fugientes reuocare conatus, uociferari cœpit, falso eos formidare uiuum. Quem uidens Ericus, præcipue cruentati oris eius imaginem mirabatur. In uultu liquidem profluus emicabat sanguis. Quippe Asuitus noctibus rediuiuus crebra colluctatione læuã illi aurem abruperat, fœdumq; indigestæ ac crudæ cicatricis spectaculum apparebat. Igitur à circunstantibus accepti uulneris causam referre iussus, sic orsus est fari:

Quid stupetis qui relictum me colore cernitis?
Obsolescit nempe uiuus omnis inter mortuos.
Mala soli grauis uni manet omnis domus orbis.
Miseri quos hominum subsidijs destituit fors.
Mihi specus & iners nox, tenebræq; & uetus antrum
Oculis delicias eripuerunt, animoq;.
Humus horrens, tumulus putris, & immunditiarum
Grauis æstus minuerunt iuuenilis decus oris,
Habitumq;, & ualidi roboris usum uitiarunt.
Super hæc omnia contra exanimem conserui uim,
Graue luctæ subiens pondus & immane periculum,
Laceris unguibus in me rediuimus ruit Asuit,
Stygia ui reparans post cineres horrida bella.
Quid stupetis, qui relictum me colore cernitis?
Obsolescit nempe uiuus omnis inter mortuos.
Nescio quo stygij numinis ausu
Missus ab inferis spiritus Asuit,
D Sæuis alipedem dentibus edit,
Infandoq; canem præbuit ori.
Nec contentus equi uel canis esu,
Mox in me rapidos transtulit ungues,
Discissaq; gena sustulit aurem,
Hinc laceri uultus horret imago,
Emicat inq; fero uulnere sanguis.
Haud impune tamen monstrifer egit,
Nam ferro secui mox caput eius,
Perfodiq; nocens stipite corpus.
Quid stupetis, qui relictum me colore cernitis?
Obsolescit nempe uiuus omnis inter mortuos.

Iamq; Frotho in Halogiæ fines emouerat classem, ubi ad cognoscendam multitudinis suæ speciem, quæ numeri mensuram, capacitatemq; transcendere uidebatur, collem à militibus congeri iubet, uiritim lapide in aceruum misso. Eundem quoq; hastis numerandi agminis modum secutus est. Conspicui adhuc colles fidem uisentibus præbent. Hic Frotho conserta cum Noruagiensibus pugna, gra uem cædibus diem egit. Noctu utrinq; receptui consultum est. Appetente diluculo terrestria permensus superuenit Ericus. Hic regi certamen suggerit iterandum. Quo bello tanta de Danis strages accepta est, ut è ternis nauiũ millibus so-

Normanorum clades ingens.

læ centum septuaginta superstites fuisse credantur. Normani uero tam uasta clade deleti sunt, ut fama sit, ne quintæ quidem uicorum parti remansisse cultorem. Victor Frotho pacem per omnes gentes reficere cupiens, ut uniuscuiusq; rem familiarem à furum incursu tutam præstaret, ociumq; regnis post arma deseret, armillam unam in rupe, quam Frothonis petram nominant, alteram apud Vuig prouinciam habita cum Noruagiensibus concione, defixit, edictæ à se innocentiæ

A nocentiæ experimentum daturas, ſubductis ijſdem, in omnes regionis præſi-
des animaduertendum minatus. Itaque ſummo cum præfectorum periculo au-
rum abſque cuſtodia mediis affixum triuijs, magnum auaritię irritamentum ex- *Aurum poſitũ in triuijs.*
tabat, opportuna rapinæ præda plena cupiditatis ingenia prouocante. Statuit
idem, ut nauigantes repertis ubicunq; remis licite fruerentur. Amnem uero tran
ſiturís uſum equi, quem uado proximum reperiſſent, liberum eſſe conceſſit. Eo-
dem deſcendendum fore conſtituit, quum priores eius pedes ſolum attingerent,
poſtremos adhuc unda ſublueret. Talium ſiquidem commodorum beneficia po
tius humanitatis, quàm iniuriæ nomine cenſenda credebat. Cęterum reum capi-
tis fieri, qui ſuperato amne equi uſum longius expetere præſumpſiſſet, inſtituit.
Iuſſit etiam, ne quis ædem uel arcam ſeris obfirmatam haberet, aut rem ullam
clauſtrorum cuſtodia contineret, triplicem amiſſorum reſtitutionem promittẽs.
Præterea tantum alieni cibi in commeatus aſſumi fas eſſe, quantũ uni cœnæ ſuffi-
ceret, promulgabat. Quam ſi quis in capiendo menſuram excederet, furto obno-
xius haberetur. Furi uero traiectis ferro neruis in ſuſpendium acto, lupum colla-
teralem affigi præcepit, ut malitiam hominis acerbitati belluæ ſimilitudo exæqua
ret pœnæ. Eandem quoq; in furtorũ conſcios mulctam extendi curauit. Ibidem
ſeptennio iocundiſſimum ocij tempus emenſus, filium Aluonem, filiamq; Oſurã
nomine procreauit. Iiſdem fortè diebus Arngrimus pugil Sueticus Frothonem
acceſſerat, qui Scalc ſcanicum, quod ab eo olim nauigio ſpoliatus fuerat, ex pro-
uocatione laceſſitum occîdit. Quo facinore ſupra modum elatus, aggreſſus eſt
Frothonis filiam poſtulare. Obſeratas regis aures expertus, Erici Suetiam regen
tis ſubſidium flagitat. Quem Ericus hortari cœpit, ut aliquo præclari operis meri
to Frothonis ſibi fauorem aſciſceret, pugnaretq; aduerſum Egtherum regem Bi-
B armiæ, & Thengillum regem Finnimarchiæ, quod ij ſoli cæteris obſequentibus,
Danicum detrectare uiderentur imperium. Nec mora, eò exercitũ egit. Sunt au-
tem Finni ultimi Septentrionis populi, uix quidem habitabilem orbis terrarum *Finni populi magicæ artis periti.*
partem cultura ac manſione complexi. Acer ijſdem telorum eſt uſus. Non alia
gens promptiore iaculandi peritia fruitur. Grandibus & latis ſagittis dimicant,
incantationum ſtudijs incumbũt, uenationibus callent. Incerta illis habitatio eſt,
uagaq; domus, ubicunq; feram occupauerint locantibus ſedes. Pandis trabibus
uecti, conferta niuibus iuga percurrunt. Hos Arngrimus concilíandæ ſibi clarita
tis cauſa adortus, obtriuit. Qui quũ infeliciter dimicando fuga dilaberentur, tri-
bus lapillis poſt tergum coniectis, totidem montium inſtar hoſtibus apparere fe
cerunt. Igitur Arngrimus ludificati uiſus errore perſtrictus, ab inſectando hoſte
exercitum reuocauit, magnarum ſe rupium interiectu coërcitum putans. Iidem
poſtera die congreſſi, uictiq;, coniectæ in terrâm niui ingentis fluuij ſpeciem in-
diderunt. Itaq; Suetis per ſummum uiſus errorem falſa rerum opinione deluſis,
inuſitata aquarum moles obſtrepere uidebatur. Ita uictore uanam aquarum ima
ginem formidante, fugam impetrauere Finni. Tertio identidem die reparauere
bellum, nec iam amplius ullum fugæ efficax remedium fuit. Videntes enim ſuas
inclinari acies, poteſtati ſe permiſere uictoris. Quibus Arngrimus hanc tributi
legem inſtituit, ut recenſito Finnorũ numero, rheda ferinis pellibus conferta, ab
unaquaq; decade loco cenſus, exacto triennio, penderetur. Deinde Egtherum
Biarmiæ ducem duello prouocatum deuicit, indiditq; conditionem Biarmis ui-
ritim pellem pro capite perſoluendi. Poſt hæc ſpolijs trophæiſq; auctus, ad Eri-
cum reuertitur. Quem Ericus in Daniam cõſecutus, multam iuuenis laudem Fro
thonis auribus inſtillabat, dignũ regis filia affirmans, qui imperio ipſius ultimos
humanarũ rerum terminos adieciſſet. Cuius egregia Frotho merita contempla-
tus, haud incongruũ duxit, eius ſe ſocerum exhibere, qui ſibi tantis operum titu-

C lis, patentem late claritatem ſtruxiſſet. Suſtulit autem Arngrimus duodecim ex Oſura filios, quorum hæc nomina ſubnotaui: Brander, Biarbi, Brodder, Hiarrandi, Tander, Tiruingar, duo Haddingi, Hiorthuar, Hiarthuuar, Rani, Angantir. Hi ab adoleſcentia piratico muneri incumbentes, uno omnes forte nauigio Sampſo inſulam aduecti, duas in maritimis naues Hialmeri atque Aruaroddi piratarum reperiunt: quas pugna adorti remigibus uacuefecere, atque an gubernatores oppreſſiſſent incerti, interfectorũ corpora ſuis quęq; tranſtris aptantes, quæſitos abeſſe cognoſcunt. Qua de re mœſti, partam floccipendere uictoriam, ſcientes ſibi conſequentis pugnæ diſcrimen maiore ſalutis impendio ſubeundum. Quippe Hialmerus atque Aruaroddus, quorum iampridem abruptò gubernaculo tempeſtas nauigia lacerauerat, alterius excidendi gratia nemus ingreſſi, ligni rudem extenuauere materiam, eouſq; truncum dolabris ambientes, donec naualis inſtrumenti formam uaſtum robur indueret. Quod quum humeris impoſitum ſociæ cladis ignari deferrent, ab Oſuræ filijs recenti oppreſſorum cruore madentibus laceſſiti, duo cum pluribus ferro decernere coacti ſunt. Nec par quidem congreſſus extabat, cum geminam biſſena manus exciperet. Cæterum uictoria numero non reſpondit. Interfectis enim omnibus Oſuræ filijs, oppreſſoq; ab hiſdem Hialmero, uictorię Aruaroddum titulus non fefellit, quem ſolum ex tanto ſociorum agmine fortuna reſiduum fecit. Qui informem adhuc gubernaculi truncum incredibili libratum niſu tanta ui hoſtium adegit corporibus, ut duodecim unico eius impulſu contuſos elideret. Ita cuncta admodum bellicarum rerum tempeſtate depulſa, oceanũ manus adhuc piratica non reliquit. Quæ res maxime Frothonem ad occidentem armis inceſſendũ adduxit, cuius unicum in propaganda pace ſtudium uerſabatur. Accerſito ergo Erico, cunctaq; famu-

D lantium ſibi regnorũ claſſe concita, Britanniam innumera aduehitur puppi. Cuius inſulæ rex manu ſe imparem noſcens (quippe fretum nauigijs uidebatur occludi) Frothone per deditionis ſimulationem petito, non ſolum magnitudinem eius adulationis officio proſequi cœpit, ſed etiam domitoribus gentium Danis ſuam, patriæq; ſubiectionem promittit, penſiones, cenſum, uectigalia, ſiue quicquid expeterent, offerebat. Ad ultimum hoſpitaliter inuitandos curat. Grata Frothoni Britanni humanitas fuit, quanquam doli ſuſpicionem aleret, tam facilis omnium abſq; coactione promiſſio, tam prompta hoſtium ante bella deditio, quæ raro ſyncera fide adminiſtrari ſolet. Laceſſebat quoque conuiuij metus, ueritos ne clandeſtinis inſidijs appeteretur ſubeuntis crapulæ laqueis implicata ſobrietas. Cæterum rarior inuitatorum numerus uidebatur, quàm ut tutò inuitanti parêre poſſent. Ineptum quoque exiſtimatum inexpertæ hoſtium fidei credere ſalutem ſuam. Qua rex mentium fluctuatione comperta, denuò Frothonem accedit, cum duobus millibus ac quadringentis uiris epulaturũ accerſens, quem antè cum mille ducentis proceribus conuiuium inire popoſcerat. Frotho nondum ſuſpicione depoſita, quanquam adaucto inuitatorum numero fretus, petendi conuiuij fiduciam mente præſumere poſſet, ſubornat qui regionis abdita percurrentes, ſi quid inſidiarum ſpeculando deprehenderent, ocyus intimandum curarent. Cuius rei cauſa nemus ingreſſi, reperta caſtrorum acie, quæ Britannorum copias attinebat, dubium preſſere greſſum. At ubi res liquidius agnita eſt, pedem deferre deproperant. Furua ſiquidẽ tentoria fuere, & quaſi piceis quibuſdã obſcurata tegminibus, quo minus obtutũ propinquantis offenderẽt. Quo cognito, Frotho ualidiore procerũ manu mutuas diſpenſat inſidias, ne cõuiuio incautius adito, opportunis fraudaret auxilijs. Quibus latebrã nactis, ferendæ opis ſignũ ad litus ſo-

Sampſo inſula

Aula regis Britannorum.

nitum prænotauit. Deinde cum ſtatuta manu leui armorũ genere culta conuiuiũ petit. Aula erat cultu magnificentiæ regalis inſtructa, aulæis oſtro tinctis undiq; ſecus

A secus obducta, in quibus mirifici luxus operam annotares. Cortina murice picta cõpactos ligno parietes adornabat. Conſtrata pallis nitidioribus pauimẽta, quas pede premere perhorreres. Superne cerneres crebras micare lucernas, adultas oleo lampades coruſcare. Ex acerris quoq; fragrãtia fundebat, quam ſuauiſſimus uapor exquiſitis cumulabat odoribus. Ambitũ omnẽ frequentibus epulis menſę cõſepſerant. Intextis auro puluinaribus ornabãtur accubitus. Ceruicalibus ſedilia replebantur. Reuerendã aulæ faciem uiſentibus arridere putares, nec quicq; in tanto paratu, aut uiſu inconcinnum, aut olfactu triſte deprendi poterat. Media doliũ æde perſtabat explendis aptum poculis, & liquoris immodici capax, unde haurire eſſet, quod ingentis ora cõuiuij ſatiaret. Miniſtri purpura culti aureos geſtantes cyathos, propinandiq; munus comiter exequentes, cõpoſitis gradiebant ordinibus. Nec bubalinorũ cornuũ, quibus potio promeretur, uſus aberat. Aureis cœna patẽris refulgebat, nitidioribus onuſta poculis, quæ plerũq; fulgentes interſtinxerant gemmæ. Ingens omnia luxus repleuerat. Menſæ dapibus luxuriabant, crateris uario potionis genere redũdantibus. Nec meri ſimplex uſus extabat, quum petiti late ſucci uario nectar ſapore cõficerent. Sapidioribus lances epulis renidebãt, quos maxime uenatica referſerat præda. Sed ne domeſticæ quidem carnis obſonia deerant. Parcius domeſticis, q̃ conuenis bibendi ſtudiũ erat. Hos enim ſecuritas incitabat ad crapulã, illis inſidiarũ cõmentum ebrietatis illecebram dempſerat. Dani igitur (ut patriæ pace loquar) ſiccandis certatim calicibus aſſueri, ingenti ſe onerauere uino. Quos Britanni potos admodũ conſpicati, conuiuio furtim elabi cœperunt, relictisq; intra aulam cõuiuis, ſummis conniti uiribus ualuas regiæ admotis obicibus, uarijsq; impedimẽtorũ generibus obſerare, deinde tectis ignem inferre orſi. At Dani qui intra ædem clauſi cõtinebantur in-

B cendio pullulãte pulſatis nequicq̃ foribus ab egreſſu prohibiti, ipſum mox adorti parietẽ, eruptionis facultatẽ petebant. Quem Angli ualidiore Danorũ impulſu labefactari cernẽtes, mutuis obniti uiribus, molibusq; extrinſecus applicatis, nutabundam fulcire congeriem inſtiterũt, quo minus cõuulſus paries clauſis exitũ aperiret. Qui tandem robuſtiori Danorũ manui cedens, quorũ quo periculũ maius, hoc ualidior conatus extabat, facilem preſſis eruptionẽ contribuit. Tum Frotho claſſicũ ſuccinere iubet, quo manũ in inſidijs conſtitutã accerſiret. Quæ litui ſono clangentis excita, dolum in autores retorſit, Britannorũ rege extremæ cladi cum innumeris ſuorũ copijs tradito. Quo facto geminũ Frothoni beneficiũ præbuit, quum & ſaluti ſocijs, & hoſtibus exitio fuerit. Interea Hyberni, crebreſcente Danicæ fortitudinis fama perculſi, quo difficiliorẽ partium ſuarũ irruptionẽ præſtarent, ferreos terræ murices inſtrauerunt, quibus littorũ uetaretur acceſſus. Vti tur aũt Hybernorũ gens leui & parabili armatura. Nouaculis comam extenuat, totũ occipitij crinem abradit, ne fugiens capillitio teneatur. Cæterum telorum cuſpides obuertit inſtantibus, mucronũq; acumina inſequentibus deinduſtria ponere aſſolet, ac plerunq; poſt tergum lanceas iaculari, doctior fuga ſuperare, quàm bello. Quo fit ut cum uictoriã tibi ceſſiſſe putes, diſcrimen immineat. Tam inſidioſam hoſtium fugam Frotho conſideratius quàm cupidius inſectatus, ducem gentis Keruillum acie fudit. Cuius ſuperſtes frater, depoſita rebellandi fiducia, patriam dedidit regi. Captiuam rex prædam militi diſpartiuit, uti ſe totius auaritiæ expertem, & à nimia rerum cupiditate auerſum, ſolius gloriæ lucrum appetere teſtaretur. Itaq; poſt Britannicos triumphos, Hybernasq; manubias in Daniam reditũ eſt, annisq; tricenis ab omni bellorũ negocio temperatũ eſt. Quo tempore cunctis penè terris eximia fortitudinis laude Danicũ nomen inclaruit. Volens itaq; Frotho fulgorem imperij ſui perpetuo firmitatis habitu prorogare, primum aduerſum furta ac latrocinia tanq̃ familiaria mala ac domeſticas peſtes ſeue

Hybernorum belligerantiũ aſtutia.

Danorum gloria.

C ritatem ſuã diſtríngere curæ habuit,quibus uacuefactæ gentes tranquilliorẽ uitæ uſum apprehenderẽt,ne propagatæ pacis inceſſus ullo malignitatis obſtaculo læderetur.Prouidit quoq; ne ceſſante hoſte,ciuilis patriã lues exederet,aut poſt exteram pacẽ domeſtica graſſaretur improbitas . Denicq; in lutia tanq; in capite regni ſui magni ponderis aureã armillã triuſs affigi curauit, edictæ à ſe innocẽtię experimentũ tam inſignis prædæ documẽto daturus . Cuius irritamentũ quanq; improbas laceſſeret mẽtes,ac ſiniſtra ſolicitaret ingenia, ſuperabat tamẽ indubitatus periculi metus.Tanta ſiquidẽ Frothonianæ maieſtatis autoritas erat,ut etiam aurum rapinæ expoſitũ perinde ac firmioribus clauſtris obſitum tueretur.Cuius rei nouitas, ingentẽ autori claritatẽ conciuit. Qui quũ patratis late cædibus inſignes ubiq; uictorias ędidiſſet,ocium omnibus erogare cõſtituit, ut pacis iocũditas bellorũ atrocitati ſuccederet, & cladis finis ſalutis initiũ foret. Sed & omniũ opes ob hoc maxime edicti munimẽto uallandas curauit,ne domi raptorẽ inuenirent,quę foris hoſtibus caruiſſent. Per idem tempus publicæ ſalutis autor mundũ petẽdo ſeruandorũ mortaliũ gratia mortalitatis habitũ amplecti ſuſtinuit, cum iam terræ ſopitis bellorũ incendijs,ſereniſſimo tranquillitatis ocio fruerent.Creditũ eſt tam profuſæ pacis amplitudinẽ ubiq; æqualẽ, nec ullis orbis partibus interruptã, nõ adeò terreno principatui, quàm diuino ortui famulatã fuiſſe,cœlitusq; geſtum,ut inuſitatũ temporis beneficiũ,præſentẽ temporũ teſtaretur autorẽ. Inter hæc matrona quędam magicæ rei perita,plus ſpei in arte ſua,quàm metus in regis ſæuitia reponens,filiũ petendæ furtim prædæ cupiditate ſolicitat, impunitatẽ promittẽs, quod Frotho fato propemodũ confinis extaret, occiduo corpore ęgras ſenilis animæ reliquias trahens . Quo materno hortatui periculi magnitudinẽ opponente, melius eum ſperare iubet, aut maritimã bouẽ fœtum ęditurã, aut alium quempiã caſum ultioni repugnaturũ affirmãs.Qua uoce ſolutũ metu filiũ,hortamento obſequi coẽgit.Quo facto Frotho perinde ac cõtumelia laceſſitus, ad diripiẽdos matronæ penates,maximo impetu, ſtudioq; cõtendit,præmiſſis qui eam cum liberis cõprehẽſam adducerẽt. Quod preſciens fęmina,ludificatis preſtigio hoſtibus,fœmineã ſpeciẽ equina permutandã curauit . Accedente uero Frothone,maritimæ bouis figurã cõplexa,paſtum in littore uagabunda petere uidebatur: filios quoq; tanq; minores corpore uitulos adumbrabat . Cuius monſtri rex admiratione captus,circuiri ipſos,reditũq; eis ad undas negari iubet.Denicq; uehiculo,quo obanoſi corporis inualitudinẽ utebatur,excedẽs,humi mirabũdus cõſedit. At mater, quæ maioris belluæ ſpeciẽ ſumpſerat,prætento cornu regẽ adorta,alterũ eius latus confodit . Quo uulnere exanimatus,indebitũ tantæ maieſtati exitum habuit. Cuius mortẽ milites ultione proſequi geſtientes,petita iaculis portenta configũt. Quibus interemptis, animaduertũt humana cadauera ferinis capitibus prædita. Ea res maxime præſtigiũ detexit.Hic Frothonis toto orbe clariſſimi regis exceſſus fuit . Huius egeſtis uiſceribus,ſalitũ corpus triennio proceres aſſeruandũ curabant,prouinciarũ defectionẽ uulgato regis exitu formidantes, mortẽq; eius ob hoc maxime clàm exteris eſſe cupiẽtes,ut uitæ ſimulatiõe propagati iampridẽ imperij terminos tuerentur,priſtinaq; ducis autoritate ſubnixi, conſuetã à ſubiectis penſionẽ elicerent.Deportabat itaq; ab eis exanimũ corpus, ut iam nõ funebri lecto,ſed regali uehiculo geſtari uideret, tanq; inualido ſenì, nec ſatis uiriũ cõpoti id muneris à milite deberet. Tantũ magnificentiæ etiã extincto ab amicis tributũ eſt.At ubi putidos artus extrema corripuit ſanies, nec tabes reprimi poterat,ſecus Vuerã Sialandiæ pontẽ regio funere tumulauere corpus, affirmãtes Frothonem eo loci mortis ac buſti copiã exoptaſſe,ubi regni eius preſtantiſſima haberetur prouincia.

Chriſti natiuitas.

Veneficæ fraus.

Frothonis interitus.

DEFVNCTO Frothone, Dani Fridleuũ qui apud Ruſciam educabatur, falſo extinctum rati, quum iam regnum hæredis inopia claudicare, nec in regia gente continuari poſſe uiderentur, hunc ſceptro dignißimum arbitrati ſunt, qui illuſtrandi Frothonis gratia, recenti eius tumulo plenum laudis carmen affigeret, famamq; extincti regis ſpecioſo poſteris titulo commendaret. Tunc quidem Hiarnus, Danicę admodum poëſis peritus, ut claritatem uiri inſigni dictorũ monumento proſequeretur, pręmij magnitudine concitatus, more ſuo barbarum condidit metrum, cuius intellectum quatuor uerſiculis ędítum in hæc uerba tranſcripſit:

Frothonem Dani, quem longum uiuere uellent
Per ſua defunctum rura tulere diu.
Principis hoc ſummi tumulatum ceſpite corpus,
Aethere ſub liquido nuda recondit humus.

Quo carmine ædito, autorem Dani diademate munerati ſunt. Ita ab eis epitaphiũ regno repenſum, imperijq; pondus paucarum literarum cõtextui donatum eſt. Adeò exili impendio ingens præmium ſtetit. Eximium exigui poëmatis precij, famam quoq; Cæſarianæ retributionis exceſſit. Diuus ſiquidem Iulius uictoriarum ſuarum toto orbe ędítarum ſcriptorẽ, illuſtratoremq;, municipio donare contentus extitit. Nunc uero ruſticano regnũ prodiga plebis humanitas erogauit.

B Sed ne Africanus quidem in rependendis operum ſuorum monumentis, munificentia Danos æquauit. Illic enim elucubrati uoluminis merces auro ſimplici ſtetit, hic agreſti ſceptrum incondita uerſuum paucitas miniſtruit. Eodem tempore Ericus qui Suetiæ præfecturã gerebat morbo exanimatus eſt. Cuius filius Haldanus paterna procuratione functus, quum xij. fratrum Noruagiæ oriundorum crebris congreſſibus terreretur, nec oppreſſioni uindicta ſuppeteret, ſpe capeſſendæ opis Fridleui tunc Ruſciæ conſiſtentis copiã profugio petiuit. Quem ſupplici uultu aggreſſus, ſeq; ab externo hoſte confractum ac contuſum deplorans, triſtem iniuriarũ querimoniam afferebat. Per quem Fridleuus accepto paternæ mortis nuncio, ſupplicem auxilijs proſecutus, Noruagiam armis inſtructus accedit. Quo tempore prædicti fratres deficientibus à ſe ſocijs, intra inſulam rapidiſſimo ambitam fluuio prærupta moliti uallum terreſtrem in plano munitionẽ extenderant, cuius receptaculo freti, crebra uicinos irruptione laceſſerant. Exceden tes enim inſula, continentem extructo ponte petere conſueuerant. Quem portæ munitionis annexũ ita quodam funiculorũ regimine moderari ſolebant, ut quaſi uolubili aliquo cardine circũuectus, modo trans flumẽ iter ſterneret, modo occulto reſtium ductu ſuperne retractus ianuæ deſeruiret. Fuere autẽ iuuenes hi acres animis, robuſti iuuenta, præſtabiles habitu corporis, gigantæis clari triumphis, trophæis gentium celebres, ſpolijs locupletes. Quorundam uero ex ipſis nomina, nam cætera uetuſtas abſtulit, ſubnotaui: Gerbiorn, Gunbiorn, Armbiorn, Stenbiorn, Eſbiorn, Thorbiorn, & Biorn. Hic equũ habuiſſe traditur præſtantẽ corpore, prępetem uelocitate, adeò, ut cęteris amnem traijcere nequeũtibus, hic ſolus obſtrepentem indefeſſus uorticem ſuperaret. Cuius aquę lapſus tam in cito ac præcipiti uolumine defertur, ut animalia nandi uigore defecta plerũq; peſſundare ſoleat. Ex ſummis enim montiũ cacuminibus manans, dum per cliuorũ prærupta ſaxis exceptus eliditur, in profunda uallium multiplicato aquarũ ſtrepitu, ca-

Equus Biornonis.

C dit,uerum continuo ſaxorum obſtaculo repercuſſus, celeritatã impetus eadem ſemper æquabilitate cõſeruat. Itaq; toto aluei tractu undis uniformiter turbidatis, ſpumeus ubiq; candor exuberat. At ubi ſcopulorũ anguſtijs euolutus laxius ſta gnando diffunditur, ex obiecta rupe inſulam fingit. Præruptũ hincinde iugum eminet uarijs arborũ generibus frequens, quarũ obiectus amnem eminus perui deri nõ ſinat. Præterea Biornoni inuſitatę ferocitatis canis extabat, horrendæ qui dem acerbitatis bellua, atq; humano conuictui formidoloſa, quę ſæpius biſſenos ſola uiros oppreſſerit. Sed quoniã tradita magis q̃ cognita referũtur, fidem arbi ter penſet. Hæc ſiquidem, ut accepi, deliciarũ quondã loco habita, Offoti gigan tis inter paſcua tuebatur armentũ. At iuuenes latrocinio uiciniam inceſſere ſoliti, magnas ſæpe ſtrages ædebãt: populari penates, armẽta ſternere, diripere omnia, ingentem agere prædam, ſpoliatas rebus ædes exurere, mares paſſim cum fœmi nis obtruncare, probitatis loco curatũ eſt. Quorũ improuidã Fridleuus irruptio nem excipiẽs, omnes ad monimentũ refugos egit, occupato eximiarũ uiriũ equo quẽ præceps metu ſeſſor maturandæ fugæ gratia citra amnem relictũ, pontẽ ſecũ traijcere nõ audebat. Deinde ſi quis fratrũ illorũ quempiã interemiſſet, interfecti corpus auro ſe repenſurũ edixit. Qua ſpe quidã regiorũ pugilũ incitati, nec tam auaritiæ, q̃ uirtutis ardore correpti, conuento tacite Fridleuo operã ſe facinori da turos promittunt, ſalutẽ admodũ deuouentes, ni trunca prædonũ capita retuliſ ſent. Quorũ Fridleuus uirtute & promiſſione laudata, arbitris expectare iuſſis, ſo lo cõtentus comite, noctu fluuiũ petit. Ne enim alienis q̃ proprijs uiribus inſtru ctior uideretur, auxiliũ uirtute præcurrere ſtatuit. Poſt hæc comitem crebro con tuſum ſilice exanimauit, iniecitq; exangue undis corpus, cui etiã detractum ſibi cultum applicuit, eiuſdem exuuias mutuatus, ut intuito cadauere, periclitationis regię ſpecies daretur. Iumentũ quoq; quod eum uexerat elicito deinde uſtria cruo
D re conſperſit, eodem caſtra repetente, necis ſuæ fidem facturus. Deinde calcarí bus ſubditis medijs equũ uorticibus adegit, eoq; ſuperato amne delapſus, præ tentum munimento uallum per ſubiectas aggeri ſcalas tranſcendere conabatur. At ubi ſuperne euectus propugnacula manu cõplecti poterat, illato tacite pede, ædem quã comeſſabundi prædones inſederant, ignaris uigilibus leui ſuſpenſoq; ueſtigio petit, cuius conclaue nactus ſub imminẽte foribus teſtudine cõſiſtebat. Iuuenes ſiquidẽ à munimenti firmitate profecta ſecuritas ad crapulã prouocabat, arbitrantes incitatiſſimi lapſus fluuiũ inacceſſum feciſſe præſidiũ, qui nec nando traijci, nec ratibus ſuperari poſſe uideretur. Neq; enim ulla amnis pars peruiam uadi copiã dabat. Tum Biorno conuiuali hilaritate ſuffuſus, egreſſam undis bel luam per quietem ſibi conſpectã affirmat, quę triſtes ore flammas egerens, conti nenti cuncta incendio daret. Quamobrẽ indagandã inſulæ latebrã eſſe, adeò nec locorum habitui confidendũ, ut nimia ſecuritatis pręſumptione extrema incautis pernicies afferatur. Nihil enim ita ſitu munitũ eſſe, cui ſi humana deſit opera, ſim plex naturę tutela ſufficiat. Pręterea ſummopere cauendũ, ne ſomni ſui denuncia tionem triſtior cladis euentus excipiat. Igitur omnes munimẽtis egreſſi, totiusq; inſulæ ambitũ curioſius ſpeculati, reperto caballo, Fridleuũ fluuialibus aquis ob rutũ cõiectabant. Equum uero præcipitato ſeſſore tranaſſe rati, perinde ac regiæ mortis nunciũ portis gratulãter excipiũt. At Biorno nocturnarũ adhuc imaginũ memoria territus, excubijs utendũ hortat, quod periculi ſuſpicionẽ nondũ tutò depoſituri uiderẽt. Ipſe deinde capiẽdę quietis gratia cubiculũ petit, uiſionẽ men te altius repoſitam habẽs. Inter hæc equus quẽ Fridleuus ob uulgandã interitus ſui fidem intercutis tantũ cruoris effuſione reſperſerat, militũ eius caſtra maculo ſus irrupit. Qui ilico amnẽ petẽtes, repertũ ſerui cadauer, regiũ exiſtimauere cor pus, quod nitida ueſte cultũ ſtridulus ripæ uortex adegerat, quorũ maxime erro rem

Canis miræ ferocitatis.

A rem conuerberati corporis turgor adiuuit, cũ lacerata contusaq; silicibus cutis, informes oris notas exangui pallore cõfunderet. Huius rei indignatiõe permoti pugiles, qui Fridleuo nuper delendorũ prędonũ curã spoponderãt, pręruptũ aquæ periculũ accedebant, ne promissionis gloriã timidiore uoti negligẽtia respergere uiderentur. Quorũ cæteri fiduciã imitati, pari cupidine fluuiũ petũt, ni regem ulciscerẽtur extrema passuri. Quibus uisis Fridleuus, pontem cõtinenti cõmittere properauit, receptisq; pugilibus, prima uigiles irruptione prosternit. Residuos quoq; cõsequenter adortus, Biornone excepto, ferro cõsumpsit. Quẽ impensiori curatione è uulneribus recreatũ, sub sacræ obtestationis pignore collegã adciuit, operaq; eius uti, quàm exitio gloriari satius duxit. Indignum quoq; asserebat, tantæ fortitudinis florem prima pubertate decerptũ, intempestiua nimis clade cõsumi. Dani uero Fridleuũ aduentantem experti, cuius iampridẽ obitũ falso didicerant nuncio, missis qui eum accerserẽt, Hiarnonẽ regno cedere iubent, q̃d ipsum precario, ac perfunctorie gerere uideretur. Qui tanto honore defungi nõ passus, spiritum pro gloria erogare, quàm in obscurã uulgi sortem concedere præoptauit. Quamobrẽ ne regijs honoribus exutus pristinũ fortunæ habitũ recipere cogeretur, pręsentem armis tueri constituit. Itaq; diuidua regio præruptis cõsterna tionis motibus agebatur. Alij siquidẽ ab Hiarnonis partibus stabãt, alij Fridleui titulis ob egregia Frothonis merita adstipulati sunt, hærebatq; uulgi discors suffragium, his præsentiũ habitum, illis præteritorum memoriã uenerantibus: præponderauit tamen Frothonianæ recordationis intuitus, eiusq; suauitas maiorem Fridleuo fauoris partem conciliauit. Plericq; enim quibus altior sensus extabat, rusticę cõditionis hominem quanq; ad insperatũ rerum culmen præter generis ius solo fortunæ beneficio peruenisse, regno submouendum censebant, ne uerum
B honoris hæredem adulterinus possessor elideret. Fridleuus uero Danorum legatos redire iubet, Hiarnonem aut regnum deponere, aut acie secum confligere rogaturos. At Hiarno lucis auiditatem honori anteferre, salutemq; glorię dispendio quærere morte tristius ratus, dum bello Fridleuum excipit, in lutiã obtritus aufugit, uictorẽq; denuò reparata manu aggressus, haustis ferro socijs, fugã abscq; comite habuit, quam insula, uocabulum ex eius nuncupatione sortita, testatur. Igitur humiliorem animo fortunã expertus, cum se gemina strage omnibus propemodum copijs exutũ uideret, traiecto in dolum studio, obscurato oris habitu Fridleuum accedit, ipsum quæsitis per familiaritatem insidijs necaturus. Aquo susceptus, aliquandiu seruitij simulatione propositũ occultabat. Siquidẽ decoquendi salis opificem professus, inter sordidioris ministerij famulos ignobilia exequebatur officia. Cibi quoq; capiendi tẽpore discubitu ultimus existere solebat. Præterea balneis abstinebat, ne nudato corpore crebris uulnerũ uestigijs prodereť. Quo rex absoluendæ suspicionis gratia lauari cõpulso, ut hostem ex cicatricibus cognouit, age, inquit, improbissime latro, qualiter in me cõsulturus fores, si interficiendi tui cupidũ liquidò cõperisses? Ad hęc stupefactus Hiarno, ex prouocatione te, ait, deprehensum aggrederer, quo maiore demendę criminatiõis copia potireris. Quem mox Fridleuus sententię suæ exemplo, prouocatũ oppressit, tumulo cadauer obruens interfecti uocabulũ referente. Qui postmodum à suis propagandæ sobolis gratia, cõiugio sibi consulere monitus, cœlibẽ præstare uitã, paterno cõtendebat exemplo, quod Frothoni cõiugis petulantia, graue probrum affixerit. Ad ultimũ perseuerantissimis omniũ precibus uictus, per legatos aggressus est Noruagiæ regis Amundi filiam postulare. Quorum unus Froco nomine fluctibus inter nauigandũ absumptus, inusitatum moriens prodigiũ dedit. Quippe ubi illum confluus undarũ æstus implicuit, sanguis medio enatus gurgite, ita totam ponti faciem peregrino quodã rubore perfudit, ut spumeũ paulò ante pela

C gusprocellisq; albidum, mox punicies fluctibus intumescens, alienũ à natura sua colorem induere uideretur. Amundus uero regiæ petitionis inexorabiliter uota frustratus, legatis indecentius habitis tyrannidẽ Frothonis olim Noruagiæ graeuius imminentẽ causam spernendæ legationis asseruit. Frogertha uero (filia hæc Amundi erat) non modo Fridleui genus intuita, sed etiam factorum claritudinẽ uenerata, cõuicio patrem insequi cœpit, quod generum habere spreuisset, cuius consummata nobilitas nec uirtute deficeret, nec sanguine claudicaret. Adiecit quoq; prodigialem illam maris faciem, undis repente in sanguinem uersis, quid aliud quàm Noruagicæ cladis interpretem, Danicæ uero uictoriæ liquidum exstitisse portentum? Quam cum Fridleuus iteratæ legationis officio postularet, perseuerantia repulsam uincere cupiens, indignatus Amundus, rem à se semel negatam pertinacius flagitari, raptis ad necem legatis improbi petitoris studio crudelius obuiandum curauit. Cuius iniuriæ Fridleuus famam expertus, Haldano ac Biornone adcitis, Noruagiam nauigatione complectitur. Contrà Amundus patrio instructus præsidio, obuiam exerit classem. Frocasund appellãt sinum in quem classis utraq; coierat, ubi Fridleuus noctu speculãdi gratia castris egressus, cum inusitatum quendam icti aëris sonũ cõminus percepisset, fixo gradu suspiciens trium olorum superne clangentium hoc aure carmen excepit:

Dum mare uerrit Hythin, rabidosq; interfecat æstus,
Auro uerna bibit, & lactea pocla ligurit.
Optima conditio serui cui rege creatus
Obsequitur, temere mutatis sortibus hæres.

D Denicq; post ipsas alituum uoces lapsum ab alto cingulum literas carminis interpretes præferebat. Regis quippe Thialamarchiæ filiũ pueriliter obludentem, gigas Hythin nomine usitatũ mortaliũ habitũ mutuatus abduxerat, eoq; usus remige cymba in proximũ littus traiecta, Fridleuũ tunc fortè speculationis officio fungentem, nauigio præteribat. Quem rex captiui adolescentis opera uti nõ passus, præda raptorem exuere gestiebat. Aduersum quem adolescens primũ acriori inuectionis genere utendum esse præmonuit, facilius oppugnandum promittens, dum antè cynico fuisset carmine lacessitus. Tunc Fridleuus sic orsus:

Cum sis gigas tricorpor inuictissimus,
Tuoq; cœlum penè exæques uertice,
Cur hoc ridendus ensis fœmen obligat?
Latusq; grande curta cingit framea?
Quid fortè munis pectus ense debili,
Habitusq; corporalis instar negligis,
Sicæ breuis paruo fretus gestamine?
Iamiam tuum frustrabor audax impetum
Ferro retuso molientem prælia
Meticulosa cum sis ipse bellua,
Molesq; digno destituta robore
Vmbræ fugacis more præceps tolleris,
Spectabili claroq; nactus corpore
Imbelle pectus & pauore lubricum
Membrisq; summe dissidentem spiritum,
Ex hoc tuæ compago nutat fabricæ,
Cum forma felix strage mentis claudicet
Suisq; sit natura discor partibus,
Te laudis ex hoc munus omne deseret,
Nec fortium clarus loco censeberis,

Obscura

A Obscura computandus inter agmina.

Quo dicto gigantẽ pede manuq; curtatũ liberato captiuo coẽgit in fugã. Cuius cõsequẽter promõtoriũ petens, egestã antro pecuniã asportauit. Quibus spoliis ouãs, ereptiq; adolescẽtis in trajciẽdo mari nauigatiõe usus, hoc alacri carmẽ cuoce subtexuit.

Sanguine suffusos enses ferrumq; cruore
Puniceum rapidi uersauimus in nece monstri
Dum te Noruagicæ cladis moderator Amunde
Excipit alta quies, quem cum sine lumine mentis
Nox ignara premat, uirtus dilapsa fefellit.
At nos defunctum membris, opibusq; gigantem,
Contudimus, uastiq; chaos penetrauimus antri.
Illic congestum raptu, uiolauimus aurum,
Et iam fluctiuagum tunsis euerrimus æquor,
Confertamq; ratem spolijs ad littus ouantes
Remigio reduces agimus, percurrimus undas
Permensore maris carabo, sulcemus alacres
Hoc pelagus, ne nos hosti lux obuia prodat.
Ergo leues, totoq; manus conamine nisi
Rimemur mare, castra prius, classemq; petentes
Quàm roseum liquidis titan caput exerat undis:
Vt cum rem rumor uulgauerit atque Frogertha
Nouerit egregio partam conamine prædam,
Blandior in nostrum moueat præcordia uotum.

Die postera Fridleuo aduersus Amundũ magno copiarũ concursu cruentũ
B incidit bellum, quod partim terrestri, partim maritimo certamine gerebat. Nam & in campis acie explicabant, et classi nihilominus bellator incesserat. Cumq; res plurimo sanguinis impendio gereretur, Biorno demum inclinata suorum acie solutum nexibus molossum concitauit in hostem, quã ferro obtinere non poterat, canino morsu uictoriam adepturus. Quæ res aduersarijs probrosam peperit stragem, cum fortium phalanx mordicus lacessita profugeret: quorũ fuga tristior an turpior fuerit, nescias: erubescendus siquidem Normanorũ exercitus erat, quem hostis opem à bellua mutuatus obtriuit, nec fraudi Fridleuo fuit, labentem militũ uirtutẽ canino reparare præsidio. Occidit hoc bello Amundus, cuius assecla Auo cognomento sagittarius, Fridleuũ ad secum dimicandũ hortatus, à Biornone sequestris ordinis uiro regem cum plebeio cõgredi prohibente lacessitur. Cumq; Biorno sinuato arcu neruo sagittã aptaret, subitò emissum ab Auone spiculũ cordis summa transfixit, cuius altera mox sagitta comes medijs digitorũ cõclusis impacta successit. His tertia superueniens, in applicatã neruo sagittam incidit. Auo quippe promptissima sagittandi opera eminus utens, deindustria gestamen tantum hostis offenderat, ut idem in ipsum sibi licere demonstrans, pugilem à proposito reuocaret. Biorno uero nihil ob hoc animi minuens, spreto corporis periculo constanti mente & uultu discrimen inijt, ita ut nec Auonis quicq; ingenio deferre, neq; ex consueta aliquid fortitudine deponere uideret. Itaq; nulla ex parte proposito deturbatus, intrepidus duello se credidit. Quo cũ uterq; saucius excessisset, aliud item apud Addarnes mutua laudis æmulatione gesserunt. Interfecto Amundo, Fridleuus acerrimo hoste liberatus, summũq; & securũ ocium nactus, ferociss imũ ingeniũ suum uoluptati cedere coẽgit, traiectoq; in uenerem studio, classem instaurat, negatas olim nuptias petiturus. Denicq; nauigationẽ ingressus quũ defecta uentis classe, uicos alimenta petiturus irrumperet, à Grubbo quodã hospitaliter habitus, tandemq; filiæ eius cõnubio potitus, Olauum uocabulo fi-

C lium procreauit. Interiecto quoq; tempore Frogerthã adeptus, dum patriã partũ prosperа nauigatione repeteret, ignotæ insulæ littoribus appulsus, thesaurũ humi cõclusum effodere, custodemq; eius draconem uitandi ueneni gratia bouino tergore tectus appetere cuiusdã per quietem cõspecti monitũ perdocetur, intentumq; scuto corium uenenatis dentiũ morsibus obiectare præcipitur. Igitur experiendæ uisionis causa anguem undis emergentẽ adortus, diu in squameũ latus irrita tela coniecit: quippe spiculorũ impulsum crustata corporis durities frustrabatur. Ipse uero coluber crebras admodũ spiras agitans, orbiculato caudæ flexu tactas obiter arbores stirpitus euertebat. Cæterum crebro corporis tractu cauata ad solidum humo præruptũ hinc inde latus effecerat, ut quibusdã in locis aduersos colles media ualle sequestrari cõspicimus. Igitur Fridleuus inuicta belluæ suprema cõsiderans, ima gladio tentat, perfossaq; inguinis parte saniem palpitantis elicuit. Qua extincta, pecuniam Hypogæo erutam nauigijs deportandã curauit. Euoluto anno, Biornonẽ atq; Auonem sæpius ex prouocatione congressos, maxima cura in gratiam reduxit, amicitijsq; odia mutare cõpulit, quibus etiam filium Olauum tres annos natum nutricandũ concessit. Pellicem uero lurithã, eandemq; Olaui matrem recepto in cõmilitiũ Auoni matrimonio copulauit, æquiori animo repudiũ laturam existimans, si tanto pugile maritata, pro regio strenuũ

Parcarũ oracula super futuris liberorũ euentibus olim consulta.

fortiretur amplexum. Mos erat antiquis super futuris liberorum euentibus Parcarũ oracula cõsultare. Quo ritu Fridleuus Olaui filij fortunã exploraturus, nuncupatis solenniter uotis, deorum ædes precabundus accedit, ubi introspecto sacello ternas sedes totidem nymphis occupari cognoscit. Quarũ prima indulgentioris animi liberalem puero formam, uberemq; humani fauoris copiam erogabat. Eidem secunda beneficij loco liberalitatis excellentiã cõdonauit. Tertia uero

D proteruioris ingenij inuidentiorisq; studij fœmina, fororũ indulgentiorẽ aspernata cõsensum, ideoq; earum donis officere cupiens, futuris pueri moribus parsimoniæ crimen affixit. Ita aliarum beneficijs tristioris fortunæ ueneno corruptis, accidit, ut Olauo pro gemina munerũ ratiõe permixta liberalitati parcitas tribueret cognomentum. Quo euenit, ut prioris indulgentię suauitatẽ inserta beneficio nota confunderet. Cumq; regressus Noruagia Fridleuus iter per Suetiam haberet, ultro legati partibus assumptis cœlibi adhuc Haldano Hythini filiã, quã monstro quondam exemerat, impetrauit. Interea coniunx eius Frogertha Frothonẽ enixa est, ab eximia mutuantẽ largitate cognomen. Itaq; Frotho ob auitæ felicitatis memoriã quam suo nomine referebat, ab incunabulis, primisq; infantiæ rudimentis adeò cunctis charus euasit, ut ne humi quidem incedere, aut cõsistere toleratus, sinu iugiter atq; osculis foueretẽ. Ita non uni modo pædagogo addictus, sed quasi cõmunis omniũ alumnus extabat. Defuncto uero patre cum duodecimum ætatis annũ ageret, Saxonię regulos Suertingum, & Haneuum imperium detrectantes, ac palam rebellare conniſos, acie superauit, deuictisq; gentibus seruitutis nomine pendendi pro capite nummi mulctam inflixit. Adeò nanq; liberalis extitit, ut recenti largitatis cõsuetudine prisca militiæ stipendia duplicaret: neque enim se tyrannorum more cõmunibus uitiorum illecebris obijciebat, sed quicquid honestati proximum peruidebat, ardenter appetere, opes in propatulo habere, cæteros largiendo præcurrere, omnes humanitatis officijs anteuenire, & quod difficilimũ est, uirtute inuidiam uincere cõtendebat. Cuius rei gratia breui tantam apud omnes claritatẽ contraxit, ut adolescentulus non modo fama maiorum titulos exæquaret, sed etiam uetustissima regum monimenta transcenderet. Iisdem temporibus Starcatherus quidam Storuerki filius periclitatis nauefragio socijs, solus ui aut fortuna delapsus, ob incredibilẽ corporis animiq; præstantiã hospes à Frothone colligit. Cuius cum aliquandiu cõtubernalẽ egisset, in

Starcatheri pugilis celeberrimi origo.

dies

A dies cultius, ac decentius habitus, tandē ſpecioſo donatus nauigio, maritimas excubias procurando piraticū munus agitare præcipit. Siquidē excellentius humano habitu corpus à natura ſortitus, ita id animi magnitudine æquabat, ut nulli mortaliū uirtute cedere putaretur. Cuius tam late patens claritas fuit, ut adhuc quoq; celeberrima factorū eius, ac nominis opinio perſeueret. Neq; enim ſolum apud noſtros egregijs operū titulis choruſcabat, uerumetiam apud omnes Sueonum Saxonumq; prouincias ſpecioſiſſima ſibi monumēta pepererat. hunc in ea regione quæ Suetiā ab oriente cōplectitur, quamq; nunc Eſtonū aliarumq; gentium numeroſa barbaries latis ſedibus tenet, originem duxiſſe memoriæ proditū conſtat. Fabuloſa autem & uulgaris opinio quędam ſuper ipſius ortu rationi incōſentanea, atq; à ueri fide penitus aliena cōfinxit. Tradunt enim quidam quod à gigantibus æditus, monſtruoſi generis habitum inuſitata manuū numeroſitate prodiderit, aſſerūtq; Thor deū quatuor ex his effluentis naturæ uitio procreatas, eliſis neruorū cōpagibus auulſiſſe, atq; ab integritate corporis prodigiales digitorū eruiſſe cōplexus, ita ut duabus tantū relictis, corpus quod antè in giganteæ grandītatis ſtatū effluxerat, eiusq; formā informi membrorū multitudine repręſentabat, poſtmodū meliore caſtigatū ſimulacro breuitatis humanæ modulo caperetur. Olim eñ quidā magicæ artis imbuti, Thor uidelicet & Othinus, alijq; complures miranda præſtigiorū machinatione callentes, obtentis ſimpliciū animis, diuinitatis ſibi faſtigiū arrogare cœperūt. Quippe Norūagiā, Suetiā, ac Daniamuniſſimæ credulitatis laqueis circūuentas, ad cultus ſibi pendendi ſtudiū concitantes, præcipuo ludificationis ſuæ contagio reſperſerunt. Adeò nanq; fallaciæ eorū effectus percrebuit, ut in ipſis cæteri quandā numinū potentiā uenerantes, eosq;

Thor & Othinus præſtigiatores mire callidi pro dijs uenerantur.

B deos, uel deorū cōplices autumātes, ueneficiorū autoribus ſolennia uota dependerent, & errori ſacrilego reſpectū ſacris debitū exhiberent. Quo euenit ut legitima feriarū ſeries apud nos eorundē nominibus cenſeaṫ, cum ipſis Latinorū uetetes, ſiue à deorū ſuorū uocabulis, ſiue à ſepteno planetarū numero nuncupationē ſingulatim adaptaſſe noſcaṫ. Eos tamen qui à noſtris colebaṫ nō eſſe, quos Romanorū uetuſtiſſimi Iouem Mercuriūq; dixere, uel quibus Græcia, Latiūq; plenum ſuperſtitioſis obſequiū exoluerunt, ex ipſa liquidò feriarū appellatione colligitur. Ea eñ quæ apud noſtros Thor, uel Othini dies diciṫ, apud illos Iouis, uel Mercurij feria nuncupaṫ. Si ergo Thor Iouē, Othinū, Mercuriū, iuxta deſignatę interpretationis diſtinctionē accepimus, manente noſtrorū aſſertione, Iouē Mercurij filiū extitiſſe conuinciṫ, apud quos Thor Othino genitus, uulgari ſententia perhibeṫ. Cū ergo Latini cōtrario opinionis tenore Mercuriū Ioue æditū aſſeuerent, reſtat ut cōſtante eorū affirmatione, Thor aliū q; Iouē, Othinū quoq; Mercurio ſentiamus extitiſſe diuerſū. Sunt qui dicant deos quos noſtri coluere, cū ijs q̄s Græcia uel Latiū celebrabat, ſolū participaſſe uocabulū, ſed iſtos tanq; maieſtate ſuppares ab illis cultū cū nomine mutuatos fuiſſe. Et hęc ſuper Danicæ uetuſtatis numinibus diſſeruiſſe ſufficiat. Quæ ideo pauliſper à me in cōmune deducta ſūt, ut legētibus liquidū fiat, quibus patria noſtra ritibus pagana ſuperſtitione parue rit. Nunc propoſiti diuerticulū repetā. Tradunt ueteres Starcatherū, cuius ſupra memini in Vuicari Norūagienſiū regis iugulo, deorū fauori facinorū ſuorū principia dedicaſſe, cuius rei tenor tali quorundā aſſertiōe contexiṫ. Volens quondā Othinus Vuicarū funeſto interire ſupplicio, cū id aperte exeq nollet, Starcatherū inuſitata prius grāditate cōſpicuū, nō ſolū animi fortitudine, ſed etiā condendorū carminū peritia illuſtrauit, quo promptiore eius opera ad peragendū regis exitiū uteretur. Hanc quippe eū dignationi ſuæ gratiā relaturū ſperabat. Quē etiā ob hoc ternis ætatis humanæ curriculis donauit, ut in his totidem execrabiliū operū autor euaderet. Adeò illi conſequente flagitio uitæ tempora proroganda cōſtituit.

C Qui mox Vuicarũ adiens, inq; eius aliquandiu contubernio diuersatus, insidias obsequio texit. Tandem piraticum cum eo opus ingreditur. Cumq; quodam in loco diutina tempestatũ sæuitia uexaretur, ita uentis nauigationẽ frustrantibus, ut maiorem anni partem quieti tribuerent, deos humano sanguine propitiandos duxerunt. Itaq; cõiectis in urnam sortibus, regiæ necis uictimã deposci contigit. Tunc Starcatherus facto ex uiminibus laqueo regem implicuit, pœnæ speciem duntaxat exiguo temporis momento daturũ. Sed nodi rigor suum ius exequẽs, supremũ pendentis halitum rapuit. Cui Sarcatherus adhuc palpitanti ferro spiritus reliquias euulsit. Cumq; remediũ afferre deberet, perfidiã detexit: neq; enim illa mihi recensenda uidetur opinio, quæ uiminum mollitiem subitis solidatam cõplexibus ferrei morem laquei peregisse cõmemorat. Deinde capto Vuicari nauigio, Bemonũ quendam cunctis Daniæ piratis uirtute præstantẽ, maritimũ prædonem gesturus accedit. Bemoni nanq; collega Fraccus nomine piratici laboris tædio nuper se eius societati interposita pecuniæ pactione subduxerat. Tantã autem Starcatherus, ac Bemonus, seruandæ sobrietatis curam habebant, ut nunq; ebriosa sibi potione indulsisse dicantur, ne præcipuũ fortitudinis uinculũ cõtinentia, luxuriæ uiribus elideret. Cum ergo profligatis late prouincijs ardore quoq; tyrannico Rusciam inuasissent, incolæ parum mœnibus armis ue confisi, prohibendis hostium incessibus inusitati acuminis clauos obijcere cœperunt, ut quorũ reprimere nequirent impetũ, morarent excursum, taciteq; plantas humus eliderет, quibus palàm acies resistere trepidasset. Sed ne id quidẽ impedimenti genus arcendis hostibus efficax fuit. Neq; enim Danis ad eludendã Rutenorũ operam callíditas defuit, cõtinuò nanq; lignea pedibus tegmina submittentes, subiectos plantis aculeos innocuis pressere uestigijs. Est autem ferrum hoc quatuor dispertitum stilis, ijsdemq; taliter cõstitutis, ut in quancũq; illud partẽ casu se eijciat, trium incunctanter pedũ æqualitate subsistat. Tum saltus inuios ac nemorũ densissima quæq; penetrantes, Ruthenorũ principem Floccum montanis quibus ereptum latebris eiecere. Quo in loco tanto prædæ potiti sunt, ut ne unus quidẽ exstaret, qui nõ auro argentoq; onustus classem repeteret. Mortuo autem Bemono Starcatherus ab athletis Biarmensibus ob uirtutẽ adcitus, cum plurima apud eos memoratu digna ędidisset facinora, Sueonum fines ingreditur, ubi cum filijs Frotheonis septennio feriatus, ab his tandem ad Haconem Daniæ tyrannũ se contulit, quod apud Vpsalam sacrificiorũ tempore cõstitutus, effœminatos corporũ motus, fœdosq; mimorũ plausus ac mollia nolarũ crepitacula fastidiret. Vnde patet q; remotum à lasciuia animũ habuerit, qui ne eius quidẽ spectator esse sustinuit. Adeò uirtus luxui resistit. Itaq; cum Hacone classem in Hyberniã extulit, ne uel ultima rerum humanarũ imperia Danicis armis intacta consisterent. Ea tempestate rex insulæ Hugletus extabat, qui cum frequens opibus ærariũ haberet, adeò tamen auaritiæ obnoxius extitit, ut datis aliquando calceis, quos studiosi manus cõmendasset opificis, ligamenta detraheret, submotisq; loco suo corrigijs, donũ ad iniuriam transferret. Cuius rei deformitate tantũ muneri criminis afferebat, ut odiũ pro gratia percipere uideretur. Itaq; neminem ex honestis liberalitate prosequi solitus, circa mimos acioculatores munificẽtię studijs uti cõsueuit. Oportebat nanq; ut turpis turpibus cõmercia familiaritatis impenderet, & uitiorũ tabo obsitus, cultæ socios blandimentorũ lenocinio demulceret. Fuere tamen ei spectatæ uirtutis proceres, Gegathus & Suibdauus, qui inter effœminatorum consortia ueluti gemmæ stercoribus insitæ, conspicuo militariũ operũ fulgore pollebãt. Itaq; soli regiarũ opum defensores extabant. Igit prælio inter Hugletũ & Haconẽ cœpto, mimorũ greges quibus instabilitatem corporũ leuitas peperit, animorũ trepidis aciem soluere decursibus, tantaq; regis beneficia sola fugæ deformitate pensarũt.

D

Tunc

A Tunc Gegathus & Suibdauus soli tot hostium millibus obiecti, incredibili bellũ uirtute gesserunt, ut non duorum modo militũ, sed uniuersi agminis partes agere uiderentẽ. Sed & Gegathus Haconem sibi pertinacius imminentem tanto pectoris uulnere affecit, ut iocinoris suprema detergeret. Illic Starcatherus dum ferro Gegathum petit, acerbissimũ capite uulnus excepit, unde postmodũ in quodam carmine, non aliàs tristiorem sibi plagam incidisse perhibuit, quod licet dissecti capitis partes exteriore pellis ambitu necterentur, latens tamen in uulnere liuor, clausum putredinis contagium occultabat. Victo occisoq; Hugleto, sed & Hybernien sibus in fugam actis, Starcatherus quoscunq; ex histrionibus captioni casus obtulit, cędendos curauit, satius ratus in scurrarum agmen cuticulæ damno ridiculum dictare supplicium, quàm pœna capitis funestũ impetrare discrimen. Ita iocularis ministerij, sordidæq; conditionis cateruã probroso animaduersionis genere insecutus, obscœno uerberum ludibrio mulctare cõtentus extitit. Tum Dani apud urbem Dufflinam regias opes ærario egestas publico raptu cõuelli iusserunt. Tantæ siquidem magnitudinis pecunia reperta fuerat, ut minor partitionis cura cunctis existeret. Post hæc Starcatherus ad inhibendã orientalium defectionem unà cum Vuino Sclauorũ principe delegatur. Qui simul aduersum Curetum, Semborũ, Sangalorũ, omniumq; postremo orientaliũ exercitus, præliati, claras late uictorias ædidere. Eximiæ opiniõis gladiator nomine Vuisin nus apud Ruscią rupem, quę Anasial dicitur sede & mansione cõplexus, uicinas longinquasq; prouincias omni iniuriæ genere uexauit. Hic omnẽ telorũ aciem ad hebetudinis habitum solo cõspectu redigere solebat. Quamobrẽ tantam uiribus eius audaciam peperit excluſus uulnerum metus, ut etiam illustriũ uirorum cõiuges maritis spectantibus raptas, ad stuprũ pertraheret. Cuius sceleris Starca-

B therus rumore excitus, tollendi autoris gratia Ruscíam petit. Qui quoniam nihil expugnatu difficile habuit, petitũ ex prouocatione Vuisinnũ etiam artis suæ beneficio spoliatum oppressit. Ferrũ quippe ne præstigiatori conspicuũ foret, tenui admodum pelle cõtexit, neq; Vuisinno aut præstigij uirtus, aut uirium magnitudo, quo minus Starcathero cederet, auxilio fuit. Deinde apud Byzantiũ inuictæ opinionis gigantẽ, Tannã nomine, corporis uiribus fretus colluctando deuicit, ignotasq; terrarum partes proscripti titulo petere coëgit. Igitur cum nulla fortunæ sæuitia uires eius uictoria fraudare potuisset, Poloniæ partes aggressus, athletam quem nostri Vuasce, Teutones uero diuerso literarũ schemate Vuilzce nominant, duelli certamine superauit. Interea Saxones defectionẽ moliri, idq; maxime in animo habere cœperũt, qualiter inuictum bello Frothonem præter publici conflictus morem opprimerent. Quod optime duello gerendũ rati, mittunt qui regem ex prouocatione lacesserent, sciẽtes eum discrimẽ omne prompta semper mente cõplecti, animiq; eius magnitudinẽ nulli prorsus exhortationi cessuram. Quem tunc temporis maxime adoriendũ putabant, cum Starcatherũ cuius plerisq; formidolosa uirtus extabat, negocioſum abesse cognoscerent. Cunctante uero Frothone, secq; cum amicis super dando responso collocuturũ dicente, superuenit Starcatherus piratica iam regressus, qui ex hoc maxime prouocationis habitum reprehendit, quod diceret regibus non nisi in compares arma congruere, eademq; aduersum populares capienda non esse: per se uero tanquam obscuriore loco natum, pugnam rectius administrandam existere. Igitur Saxones Hamã qui apud eos gymnicis palmis clarissimus habebatur, multis aggressi pollicitationibus si duello operam commodaret, molem corporis eius auro se repensuros esse promitunt, illectumq; pecunia pugilem ad campum conflictui deputatum militaris pompæ tripudio prosequuntur: hinc Dani Starcatherum regis sui partes exequuturũ ad certaminis locum militiæ insignibus ornati perducunt.

C Quem Hama ætate marcidum iuuentę fiducia deſpicatus, defunctum uiribus ſenem lucta quàm armis excipere præoptauit. Eundem adortus terræ nutabundũ adegerat, ni fortuna quæ uinci uetulum nõ ſinebat, iniuriæ reſtitiſſet. Ita enim impellentis Hamæ pugno obrutus memoratur, ut genibus nixus humum mento contingeret. Quam corporis nutationẽ egregia ultione penſauit. Nam ubi reſuſcitato poplite manũ expedire, ferrumq; diſtringere licuit, mediũ Hamæ corpus diſſecuit. Complures agri ſexagenaq; mancipia uictoriæ præmiũ extitere. In Saxones uero poſt Hamæ cædem adeò Danorum inſoleuit imperiũ, ut pro cubitalium membrorũ quolibet indicem ſeruitutis ſtipem quotannis pendere cogerentur. Quod ægre ferens Hanef, bellum demendæ penſionis cupidine cum animo uolutabat. Cumq; pertinax amor patriæ mentem in dies oppreſſorũ miſeratione perfunderet, ſpiritum pro libertate ciuium erogare cupiens, rebellionis ſtudium patefecit. Quem Frotho traiectis per Albiam copijs, apud uicum Hanofra taliter ab eo nuncupatũ occîdit. Suertingus uero quanq; nõ minus ciuium afflictatione moueretur, diſſimulato patrię malo, peruicaciori q; Hanef ingenio libertatis propoſitum agitabat. Quod quidem ſtudiũ dubitari ſolet uirtuti an uitio propius fuerit. Ego uero planè id ſceleris arguo, quod inſidioſa defectionis cupiditas ædidit. Nam etſi patriæ libertatẽ quærere perutile uidebatur, ad hanc tamen dolo ac proditione cõtendere nõ licebat. Cum ergo Suertingi facinus planè ab honeſto deſciuerit, ne utile id quidẽ extitiſſe conſtabit. Nam ſpecioſius eſt aperte quem uelis inceſſere, odiumq; in propatulo exercere, quàm adulterina familiaritate uerã necendi cupidinẽ obſcurare. Sed quicquid ſcelere pariť, gloria uacuũ eſt, breuesq; & occiduos fructus habet. Nam ſicut lubricus animus eſt, qui fallendi ſupercilliũ clandeſtinis artibus tegit, ita quicquid dolo affine eſt, fluxum ac fragile eſſe cõueD nit. Plerunq; enim crimen in autorem recidere cognitum eſt: quod & Suertingo euenîſſe, fama cõpertum habetur. Qui cum cõuiuij ſimulatione exceptũ regem incendio conſumere ſtatuiſſet, ab eodem occupatus, tametſi ipſum mutuò peremiſſet, occiditur. Quo euenit, ut alterius ſcelus amborum interitus foret. Itaq; etſi dolus in hoſtem efficax fuerit, autorem tamen impunitatis pręſidio non donauit.

Frothoni filius Ingellus ſuccedit, cuius tranſuerſus ab honeſto animus, relictis maiorum exemplis, totum ſe petulantiſſimi luxus illecebris mancipauit. Igitur à bono rectoq; diſcolor, uitiaq; pro uirtute cõplexus, diſciſſis cõtinentię neruis, intermiſſisq; regiæ maieſtatis officijs, ſordidum luxuriæ mancipiũ euaſit. Sanè quicquid cõpoſitis moribus obuiũ, aut inconcinnũ erat, excoluit, paterna auitaq; decora fœdiſſimarũ libidinum aſſuetudine polluebat, clariſſimos maiorum titulos improbiſſimis obſcurabat operibus. Adeò nanq; libidini uentris obnoxius erat, ut nec patris ultorem agere, nec hoſtium iniurias propulſare geſtiret, nihilq; dum gulæ parêret, modeſte ac cõtinenter habendum putaret. Egregium ſtemma ocio inertiaq; corrupit, fluxamq; ac uoluptariã uitam degens, degenerẽ ſpiritum, atq; à parentum ueſtigijs obliquo longe calle diſtortum, in obſcœniſſimas fœditatum uoragines præcipitare gaudebat: fartores, lixas, frixoria, gulæ multiplices officinas, uarioſq; torrendæ aut condiendæ dapis artifices legere, claritatis loco ducebat. Arma uero, militiam, bella, nec ipſe quidem uſu diſcere, nec alios exercitio celebrare ſuſtinuit. Ita abiecto uirili ſtudio, fœmineũ æmulatus eſt, quem in omnẽ culinæ nidorem irreſtrictus palati pruritus accenderat. Semper crapulã proflans cunctisq; ſobrietatis partibus exutus, indigeſtam uentris ſaniem fœtido oris anhelitu ructabatur. Nec minus luxuria fœdus quàm Frotho militia clarus extabat. Adeò delicijs nimium intempeſtiua gulæ corruptela molliuerat. Cuius intemperantiæ faſtidio Starcatherus ad deſerendam Ingelli familiaritatẽ adductus, petito Sueonum regis Haldani contubernio, ocio negocium prætulit. Adeò ne nimiæ quidem

quidem luxuriæ assensor esse sustinuit. Filij uero Suertingi ueriti, ne Ingello pœnas paterni facinoris darent, sororem ei in matrimoniũ contulerunt, ultionem beneficio præcursuri. Ex qua filios susceptos Frothonem, Fridleuũ, Ingellum, atq; Olauũ, quem quidem ipsius sorore æditum assueueranter iniquitas perhibet. Cuius sororem Helgam, quidam auri opifex obscuræ stirpis blanditijs compositus, ac uarijs instructus munusculis, quibus muliebris maxime cupiditas capitur, in mutuas faces amatoria comitate pertraxerat. Quippe post obitum regis nõ existentibus qui paterna in prole merita colerent, custodiæ inops, tutoribusq; defecta fuerat. Quod cum Starchaterus ex assidua uiatorum relatione cognosceret, impunitum fabri luxum præterire non sustinens: quippe ut memorem beneficiorum cultorem, ita promptũ insolentiæ uindicem agere consueuerat, tam inusi tate præsumptionis audaciam ultum ire deproperat, orphanæ alumnæ uetusta Frothonis merita repensurus. Deniq; peragrata Suetia fabri penates ingressus, uicinũ limini locũ occupat, pilleolo ne proderetur obscurante. Quem faber non satis doctus uili interdum amiculo ualidas subesse manus, obiurgatũ æde ocyus excedere iubet, inter egentium gregem ultimis escarũ reliquijs potiturũ. At senex ab inolita sibi moderatione patientiã mutuatus, nihilominus ibidem acquiescere, paulatimq; petulantiam hospitis experiri studebat. Procursum nanq; furoris superior impetu ratio refrenabat. Tum faber aperta puellam procacitate aggressus, in eius forte sinum iactauerat corpus, capitis comam uirgineis manibus offerens depectendam. Exerto quoq; lumbari, operam eius demendis culicibus expetebat, extorsitq; ut splendidissimæ familiæ fœmina, pollentes amœnitate digitos sordidissimis femoralibus inserere nõ erubesceret: deinde credita uoluptatis licentia interiori ipsius togæ prurientes infe.re palmas, instabilesq; manus pe
B ctori propius admouere sustinuit. At illa noti quondam senis intuitu curiosiore præsentiã capiens, concepto pudore, libidinosæ contrectationis petulantiã spreuit, manusq; repulit impudicas, quinetiã armis opus habendũ edocens, lasciuiori lusu desistendũ hortatur. Quo uiso Starcatherus, qui propter fores pileo caput obscurante cõsederat, iam tantum hauserat iræ, ut ulterius cohibendæ manus impatiens, depositio uelamine dextrã distringẽdo iniiceret ferro. Tum faber qui nil nisi lasciuũ nouerat improuiso fluctuans metu, ubi rem ad manus peruenisse cognouit, abiecta defensionis spe, in fuga unicũ necessitatis præsidium circũspexit. Itaq; tam foribus, quarũ hostis aditum tuebat, erumpere arduũ erat, q̃ intra penates percussorẽ operiri graue. Tandem obstrictus necessitate animus, finem cunctationi posuit, censuitq; certo atq; euidenti periculo appetibilius esse discrimen, cui uel modica salutis spes subesse poterat. Fugã quoq;, quanq; periculi affinitate præarduam, tamen quia ministra opis salutiq; propior uidebat, appetijt, moram quæ tanq̃ expers subsidij malũ ineuitabilisq; iacturę capax uidebat abijciẽs. Sed dum limen occupat à præsidente foribus sene medias cæsus nates, lapso semineis uestigio concidit. Quippe percussor magnopere cauendũ duxerat, ne clarissimas manus turpissimi ciniflonis exitio cõmodaret, improbi amoris faces grauius ignominia q̃ morte mulctatas existimãs. Ita à quibusdã calamitosus extinctio punitior existimat. Quo effectũ est, ut puella parentũ officijs defecta, eruditissimam moribus fœminã ageret, inq; semetipsam quasi seduli tutoris officium exerceret. Cumq; Starcatherus circunspectã undiq; familiã, recenti hospitis iactura indolu isse cognosceret, ignominiã saucij inuectius exaggerandam curauit, insultãdoq;

Vnde stupet taciturna domus? quæ causa dolorem (sic cœpit:
Integrat, aut ubi nunc uxorius ille quiescit,
Nuper ob indignum ferro mulctatus amorem?
Nunquid adhuc fastum luxumq; reseruat inertem?

C Aut tenet inceptum, primaq; libidine feruet?
Extrahat alternis mecum sermonibus horam,
Hesternumq; odium uerbis componat amicis.
Lætior emergat facies, nec plangor in æde
Personet, aut mœstos sinat obtorpescere uultus.
Scire uolens quis uirgineo flagraret amore,
Dilectæq; mihi facibus premeretur alumnæ,
Pilleolum sumpsi, ne toto proderer ore.
Cum faber ille procax lasciuis gressibus intrat,
Hâc illacq; agitans instructo fœmina gestu
Nec minus ad uarios intendens lumina nutus,
Castorio cui tegmen erat chlamys obsita limbo,
Instratæ gemmis crepidæ, toga cultior auro,
Splendida nexuerant tortum redimicula crinem
Et uaricata uagum stringebat uitta capillum.
Hinc adoleuit iners animi tumor, ingeniumq;
Diuitias genus esse putans, aut æra parentes,
Fortunamq; magis opibus q; sanguine pensans.
Hinc subijt fastus, habitumq; superbia traxit.
Nam miser ob cultum magni se credere cœpit,
Ingenuisq; parem ciniflo, qui pellibus auras
Venatur, crebroq; ciet spiramina tractu,
Qui digitis cineres uerrit, qui sæpe reductis
Aëra folliculis captat, tenuiq; flabello
Spiramenta creat, torpentesq; excitat ignes.
D Inde puellare gremium petit, appositusq;
Virgo, inquit, mihi pecte comam, tactusq; salaces
Compressa pulices, & quo cutis uritur auser.
Hinc residens auro sudantia brachia pandit
Puluino annixus tereti, cubitoq; reclinis
Ornatum iactare uolens, ceu bellua latrans,
Explicat obtortæ contracta uolumina caudæ.
Illa mei noscens compescere cœpit amantem,
Lasciuasq; fugare manus, meq; esse professa,
Parce precor digitis, inquit, stimulumq; coërcens
Contiguum ualuis uetulum placare memento.
In luctum recidet lusus. Starcherus adesse
Creditur, & lento quid agas disquirit ocello.
Cui faber, imbellem noli pallescere coruum
Pannosumq; senem, nunquam ualidissimus ille,
Quem metuis tam uulgato uilescere cultu
Sustinuit, gaudet nitido uir fortis amictu,
Et uestem pro mente petit. tunc tegmine dempto
Eripui ferrum, fabriq; pudenda fugacis
Persecui, patuere nates & ab osse resectæ
Viscera nudabant: surgo mox, atq; puellæ
Ora premens pugno, contusa nare cruorem
Elicio, tunc labra malis assueta cachinnis
Sanguine permixto lachrymis maduere, luitq;
Stultus amor quicquid blandis cõmisit ocellis.

Luserit

A Luſerit infelix, quæ cæca libidine fertur
More furentis equæ, ſepelitq; cupidine formam.
Gentibus externis precio ueníre mereris,
Digna mola, ni te falſo probet inſimulatam
Elicitus mammis cruor, expugnetq; reatum
Vber inops lactis: at ego te criminis huius
Arbitror immunem, ſed noli ſuſpicionis
Ferre notas, aut te falſis permittere linguis,
Et male carpendam populo præſtare loquaci.
Rumor obeſt multis, nocuitq; infamia mendax.
Fallitur exiguo uulgaris opinio dicto.
Defer auis, uenerare patres, memor eſto parentũ,
Et proauos metire tuos, ſtet gloria carni.
Quis furor inceſſit? quod te faber improbe fatum
Impulit ingenuam tentare cupidine ſtirpem?
Aut quis te uirgo claris digniſſima fulcris,
Egit in obſcuram uenerem? dic quo potes auſu
Os cinerem redolens roſeis guſtare labellis,
Vel fœdas carbone manus in pectore ferre?
Ac lateri ſociare tuo uerſantia prunas
Brachia, & aſſidua duratas forcipe palmas
Synceris adhibere genis, ſparſumq; fauilla
Complecti caput, & nitidis mandare lacertis?
Quanta ſit in cunctis memini diſtantia fabris
B Ictius ab his quondã, nomen quippe omnibus unũ
Officij commune manet, ſed pectora ſubſunt
Ingenijs diſcreta ſuis, me iudice præſtant,
Qui gladios & tela uiris ad prælia cudunt,
Ingenioq; animos produnt, & corda rigore
Officij ſignant, auſumq; labore fatentur.
Sunt & nonnulli quibus æs caua teſtula promit
Diuerſas fuſo ſpecies imitantibus auro,
Qui torrent uenas recoquuntq; metalla, ſed ipſis
Mollius ingenium finxit natura, manusq;
Eximia quas arte dedit formidine preſſit.
Tales ſæpe dolo dum flatilis eliquat ardor,
Aes teſte immiſſum, ſubducunt aurea maſſis
Cruſtula, furtiuum concha ſitiente metallum.

His dictis Starcatherus non minorem ex uoce, quàm opere uoluptatem ſortitus, Haldanum repetit, eiusq; militiam proxima familiaritate complexus, nunc; bellorũ exercitio abſtitit, ita ut abſtractum delicijs animum continua armorũ intentione torqueret. Fuere aũt Ingello ſorores Helga & Aſa, ex quibus Helga toris admodũ matura, Aſa uero annis minor, connubioq; inhabilis erat. Tunc Helgo Noruagienſis poſtulandæ Helgæ cupidine concitatus, nauẽ conſcendit. Cæterum nauigationem tanto inſtruxerat luxu, ut excultorũ auro uelorum apparatu uteretur, quæ etiã inauratis malis ſubnixa, purpureis reſtibus tenebantur. Ve nienti Ingellus uotum impetrandũ promittit, ſi modo oblatos pugiles ad teſtandam opinionis ſuæ experientiam pugna ſuſtinere præſumeret. Nec conditione permotus Helgo, q̃libentiſſime ſe pacto operam daturũ reſpondit. Itaq; ſolenni ſponſaliũ titulo futuræ copulæ pactio conſecratur. Per idem tempus apud inſu-

Nauigationis luxus inſignis.

C Iam Sialandiam nouem ducis cuiusdam filios inoleuisse memoriæ proditum est, apprime uiribus & audacia præditos, quorum maximus Angaterus extabat. Qui eum eiusdem puellæ competitorem ageret, negatasq; sibi nuptias Helgoni promissas uideret, palæstrica illum prouocatione solicitat, ferro molestiam propulsurus. Approbat Helgo propositas pugnæ partes, & nuptiarum die dimicandi tempus amborum uotis condicitur. Confundebatur enim apud omnes, quis quis certamen ad dimicandum prouocatus abnueret. Quamobrem Helgonem hinc detrectandæ pugnæ rubor, inde gerendæ metus angebat. Siquidem præter commune prouocationis ius impari manu se lacessitum credebat, quod solus aduersum nouem pugnam spopondisse uideretur. Hæc uoluentem, sponsa auxilio opus habiturum docet, hortaturq;, pugna abstineat, qua nihil præter mortem aut ignominiam petiturus uideatur, præsertim cum eorum aduersum quos dimicaturus esset numerum, nulla diffinitionis certitudine clausisset: quamobrem periculo parcat, Starcatherumq; apud Sueones agentem saluti consulturus exposcat, qui indigentibus adesse, & tristes plerunq; casus felici interuentu redimere soleat. Gratum Helgoni consilium fuit, qui quũ paruulo comitatu sumpto Suetiam ingressus, ad nobilissimam eius urbem Vpsalam peruenisset, ingressu abstinens præmittit, qui Starcatherum salutationis officio prætentatum ad Frothonis filiæ nuptias inuitaret. Qua comitate Starcatherus perinde ac iniuria lacessitus, acrius inspectum iuuenem tam ineptæ legationis pœnas daturum respondit, nisi charissimi sui Frothonis mentionem mandatis insertam haberet, quod se scurræ uel parasiti more lautioris alimoniæ gratia ad alienæ culinæ nidorẽ decurrere solitum existimauerit. Quod postquam Helgo ex satellite cognouit, regiã ingressus, Frothonis filiæ titulo consalutatum senem condictæ ex prouocatione pugnę

D socium deposcit, cui ob hoc se minus sufficere dixit, quod conflicturæ secum partis numerũ cõdictionis modus incertũ reliquerit. Quem Starcatherus loco certa minis, ac tempore cognito, non solũ supplicem recepit, uerumetiam auxilij promissione firmatũ Daniam cum comitibus repetere iussit, affirmans se eius aditum occulto callis compendio quęsiturũ. Quo discedente interiectis diebus profectionem orsus, si famæ credi fas est, uelocitate gressus tantũ locorũ diali itinere emensus proditur, quantũ præcedentes diebus duodecim peragrasse dicunt: ita utriq; fortuito uestigiorũ concursu uno eodemq; tempore destinatos Ingelli penates attigerant, ubi cum Starcatherus ministrorũ more mensas conuiuijs obsitas preteriret, præmemorati nouẽ plenis deformitatis gestibus toruos ore fremitus dantes, ac more scenico decursantes, in pugnam se mutua adhortatione firmabant. Sunt qui eos uenienti atlethæ sæuientiũ canum exemplo oblatrasse perhibeant: quibus Starcatherus increpatis, quod adulterino oris habitu ridiculã sibi formã conscisserent, patulisq; buccarũ rictibus lasciuirent, taliter effœminatorũ dissolutam mollitiem intemperantiæ suæ luxum deducere prædicabat. Interrogatus igitur an ei dimicandi uirtus suppeteret: non unum tantũ, uerũ quotlibet admissos excipiendi certissimas sibi uires extare respondit. Quod audientes nouẽ, animaduertunt hunc esse quem in subsidium Helgonis è longinquo uenturum acceperant. Idem ut sponsæ thalamum attentioribus uallaret excubijs, uoluntariam uigiliarum curam amplexus, reductas cubiculi fores obicis loco gladio obserat, stationis suę beneficio securã nuptijs quietem daturus. Experrectus Helgo, cum somni stupore discusso, promissum memoriæ subiecisset, armis corpus induendũ curauit. Animaduertens aũt paruulã noctis adhuc supereſſe caliginem, cum præstolari uellet diluculi tempus, cum animo propinqui discriminis negocium uolutaret, obrepẽtis furtim somni suauitate prẽuentus, grauatũ stupore corpus lecto restituit. Quem ut Starcatherus prima luce superueniens dormientẽ uxoris amplexibus

A plexibus inhærere cognouit, importunæ concussionis molestia à quietis ocio re-
uocari passus non est, ne per ignauiã excitandi officiũ præsumere, & tam recen-
tis copulæ dulcedinẽ interpellare uidereť. Solus itaq; periculum petere, q̃ alienæ
uoluptatis offensione comitẽ quærere speciosius duxit. Tacitus igitur uestigium
retulit, campumq; qui lingua nostra Roliung dicitur, cum cõtemptu aduersario-
rum ingressus, sub montis cuiusdã cliuo sessione quęsita, aduersum uentis ac niui
bus corpus prębuit. Tunc ac si uerna cœli temperies aspiraret, deposita ueste, de
mendis operã pulicibus dabat. Purpureum quoq; quo nuper ab Helga donatus
fuerat, sentibus amiculum iniecit, ne contra sæuientia grandinis tela indumento-
rum umbracula mutuatus uidereť. Tunc ueniẽtes athletæ, montem ex opposito
subeunt, auersumq; uentis sedendi locum petẽtes, accenso frigus igne depellũt.
Deniq; nõ uiso Starcathero, quendã montis fastigio immittunt, qui tanq̃ è specu-
la liquidius eius contemplaretur aduentũ. Is postquam montanę celsitudinis uer
ticem conscendit, in deuexa eius parte senem prospicit, scapulis tenus niuali desu
per resperssione contectũ. Percontatur itaq; an is sit, qui promissas pugnæ partes
agere debeat. Cumq; se hunc esse Starcatherus astrueret, superuenientes cæteri,
pariter ne omnes an singillatim excipere statuisset, interrogãt. At ille, quoties mi
hi, inquit, triste canum agmen oblatrat, simul nõ uicissim eos abigere soleo: ita se
cum uniuersis q̃ singulis confligere malle significans, aduersarios prius dictis q;
armis cõtemnendos putabat. Inito conflictu, sex eorũ absq; mutuo uulnerũ rece-
ptu prostrauit: tres uero residuos, quanq̃ decem ac septẽ uulneribus ita ab eis affe
ctus esset, ut maior uiscerũ pars uentre elaberet, nihilominus fratrũ exemplo cõ-
sumpsit. Cumq; extis uacuus, labefactis uiribus graui sitis angustia premeretur,
petendæ potionis cupiditate pergenuans, labentis cõminus riui lympham expo
B scit. Quem ut cruore tabidũ animaduertit, à polluto eius haustu fastidita aquæ spe
cie temperauit. Anganturus siquidẽ inter amnis fluenta prostratus, ita alueũ eius
sanguinis sui rubore consperserat, ut iam nõ aquis, sed roseo quodã liquore mana
re uidereť. Ita Starcatherus corporis uiribus defici, q̃ eas à tam fœda potione mu-
tuari speciosius duxit. Igitur consumpto penè robore, saxo quod in uicino fortè
situm erat genibus aduolutus, paulisper eidem accliuis incubuit: cuius caua ad-
huc superficies cernitur, ac si illam decubantis moles conspicua corporis impres-
sione signasset. Ego aũt hanc imaginẽ humana arte elaboratam reor, cum ueri fi-
dem excedere uideat, insecabilẽ petræ duritiã ita cęræ mollitiem imitari potuisse,
ut solo innitentis contactu humanæ sessionis speciem repręsentaret, habitũq; per
petuæ concauitatis indueret. Cumq; Starcatherũ quidam fortè curru præteriens,
toto penè corpore sauciatum uidisset, horrore rei pariter atq; admiratione permo
tus, propius lora deflectit, quærens quid sibi præmij foret, si plagas eius meden-
di officio prosequereť. Sed Starcatherus uulnerum acerbitate cruciari, q̃ sordidæ
conditionis hominũ ministerio uti præoptans, officium eius ac genus cognosce-
re instituit. Quem cum præconis partibus fungi didicisset, spernere nõ contentus,
etiam cõuicio proculcauit, quod cunctis honestatis partibus neglectis, scurrilita
tis officia sectaretur, omnemq; uitę cursum nefanda semper opinione resperserit,
& quæstus loco pauperũ duxerit detrimenta, nemini innocentiam tribuere, cun-
ctis accusationis iniuriam irrogare paratus, tunc præcipue lætus, cum quid alie-
nis luctuosum rebus incideret, dum in hoc maxime sua desudet intentione, ut o-
mnium actus insidiosæ explorationis arte cognoscat, & innocuos mores quæsitæ
fraudis occasione perstringat. Abeunte eo, superuenit alius opis medelæq; pro-
missor, qui prioris exemplo conditionẽ fateri iussus, ancillã se cuiusdam in matri-
monio habere, eiusq; domino emancipandæ coniugis gratia rusticũ opus depen
dere testabaťur. Cuius opera Starcatherus idcirco se uti nolle perhibuit, quod eru-

Starcatheri effigies saxo impressa.

C beſcendo connubij genere ſeruiles ſibi conſciuiſſet amplexus. Cui ſi quid uirtutis ſuppeteret, faſtidita alieni ſaltē familiaritate mancipij, libera tori participe fruetur. Quantā porrò huius uiri magnitudinē exiſtimemus, qui ſummis uitæ periculis implicatus, tantū ſe in repellendis auxilijs geſſit, quantū in excipiendis uulneribus geſſerat. Itaq; diſcedente eo ſubiens fœmina fortuito ſenem præteribat inceſſu. Quæ cum pertergendorū eius uulnerū gratia propius acceſſiſſet, in primis quo genere aut officio eſſet exponere iuſſa, ancillam ſe molendi officio aſſuetam perhibuit. Quam rurſum Starcatherus an prolē haberet percontatus, poſtq; fœmineā ei ſobolem eſſe cognouit, domum abire, & uagienti filiæ mammas præbere iuſſit, perq; deforme exiſtimans, ab extremæ ſortis muliercula ſubſidiū mutuari. Quinetiā melius eam propriū ſanguinē lactis nutrimentis, quàm aliena uulnera remedijs proſecuturā ſciebat. Hanc quoq; diſcedentē iuuenis curru delatus inſequitur. Qui cum conſpecti ſenis uulneribus opem laturus accederet, quiſnā eſſet rogatus, agricola ſe patre natū, ruſticiq; laboris operibus aſſuefactū ſubiunxit. Cuius Starcatherus natalibus collaudatis, officiū quoq; ueneratione digniſſimum iudicauit, quod talibus uitæ ſubſidia iuſto laboris cōmercio peterentur, quinimirū quęſtum nō noſſent, niſi quem fuſi ſudoris impendio peperiſſent. Nec immeritò ruralis uitæ habitū etiam excellentiſſimis opibus præferendū putauit, cuius integerrimi fructus inter ſplendidā abiectamq; fortunā mediocritatis gremio orti educatiq; uiderent. Ne autem indonatā iuuenis humanitatē relinqueret, chlamydem à ſe uepribus interiectam oblatæ dignationis præmiū effecit. Accedens itaq; ruricolæ filius, euulſas ſtomachi partes priſtino loco reſtituit, elapſamq; extorum congeriē nexili uiminū cōplexione perſtrinxit. Deinde exceptū uehiculo ſenem, ad regios uſq; penates pleno ueneratione ſtudio deportandū curauit. Interea Helga uerbis magnam præ ſe cautelam ferentibus, uirū inſtruere aggreſſa,

D ſcire ſe, inquit, Starcatherū mox ut uictis pugilibus remearet, abſentiæ pœnas ab eo ſumpturū, à quo plus ignauiæ & libidini q; condicti certaminis fidei indultum exiſtimet. Cui ideo acrius reſiſtendū fore, quod fortibus parcere, ignauos odiſſe ſoleat. Cuius prædictionē Helgo æque ac conſiliū ueneratus, corpus animumq; capeſſendæ uirtutis ardore firmauit. Cūq; Starcatherus ad regias eſſet ædes delatus, uulnerū dolore neglecto, ocyus curru deſilijt, ac ueluti toto integer corpore nuptialem irrumpens thalamum, pugno ualuas perfregit. Tunc lecto exiliens Helgo, ut coniugis erat conſilio doctus, aduerſæ eius fronti ferrū immerſit. Cūq; ſecundi uulneris meditatione denuò ferrū adacturus uideret, Helga toro ocyſſime euolans, ſenem ab imminenti exitio correpti umbonis interiectu defendit: quod tamen ab Helgone ualidiore ferri impulſu medio tenus umbone diſſectū eſt. Ita laudabilis fœmina ingenij amicum auxilio proſecuta, quem conſilio læſerat, manu ſeruauit, utq; monitis maritum, ita factis ſenem protexit. Quæ res Starcatherum ad incolumitatē Helgoni tribuendā adduxit, præfatum parci oportere cui certum uirtutis indiciū præſens fortitudinis fides exhibeat. Morte ſiquidem indigniſſimū prædicabat, quem tanta reſiſtendi fiducia plenum probitatis ingenium exornaſſet. Idem plagis nondum medicamine procuratis, nec ulla adhuc cicatrice reſperſis, occiſo ab æmulis Haldano, Suetiam repetens, filium eius Syuardum deuicta quorundam rebellione, paternæ dominationis hæredem conſtituit. Apud quem diutile cōuerſatus, cum Frothonis fraudulenter oppreſſi filium Ingellum tranſuerſo animo actum patris interfectoribus animaduerſionis humanitatem atq; amicitiam erogaſſe fama rei crebeſcente cognoſſet, ob tam horridum facinus indignationis aculeis laceſſitus, dolenterq; ferens tantæ indolis iuuenem tam inclyti patris filium exuiſſe, eximium carbonū faſcem tanquam opimam faricinam humeris ſuis Daniā petiturus impendit. Rogatus ab obuijs, quid tam inſolitum

Starcatheri magnanimitas

Agriculturæ laus.

solitum onus deferret, Ingelli regis hebetudinem ad acuminis habitum carbonibus se perducturum astruxit. Itaque expedita & compendiaria semita uelut uno spiritu rapidum ac præceps iter explicuit, tandemq; Ingelli hospitio usus, sedem maioribus destinatam suo more conscendit. Quippe apud prioris seculi reges amplissimum dignitatis gradum obtinere consueuerat. Quem cum regina squalore obsitum sordidisq; & agrestibus pannis utentem ingressa cõspiceret, ob deformitatem cultus parũ curiosa hospitis æstimatrix effecta, simulq; uirum ex uestimetiens, stoliditatis increpitũ quod maiores discubitu præcurrisset, ac sedem rustico cultu indignam occupasset, loco excedere iussit, ne puluinaria tetriore quàm par esset habitu contractaret. Quod enim ille ex fiducia agebat, stoliditati atq; impudentiæ deputabat, ignara aliquanto splendidius mentem q; uestem in sublimi lucere consessu. Paruit animosus senex, tametsi repulsa æger, indebitamq; fortitudini suæ contumeliam egregio animi temperamento suppressit, acceptum rubore nec uoce nec gemitu prosecutus. Nec tamen tacitam doloris acerbitatem, prorsus occultare sustinuit. Exurgens enim atq; in ultimã ædis partem secedens, adeò ipsa parietum robora dimissi corporis impulsu contudit, ut tectum ruina pene eximia tignorum trepidatione submitteret. Quo euenit ut non solum repulsa, sed etiam exprobratæ sibi paupertatis ignominia lacessitus, iram suam aduersum cõtumelioſam reginę uocem irreuocabili seueritate destringeret. Quem cum Ingellus à uenatione regressus curiosioribus oculis collustratum, nec os usq; hilariter circunferentem, nec se assurgendi officio uenerantem animaduerteret, Starcatherum esse parum blandæ frontis annotatione cognouit. Nam cum manus eius bellico opere duratas, cicatrices aduerso corpore exceptas, acerrimumq; oculorũ
B uigorem attenderet, animaduertit nequaq; enerui animo esse, cuius corpus tanta uulnerum uestigia confodissent. Obiurgatam igitur uxorem impensius monuit, ut abiecto irarum supercilio, quem cõuicio insecuta fuerat, blandimentis permulsum liberalitatis officijs deleniret, ciboq; & potione firmatum benigno recrearet alloquio, præfatus hunc sibi olim à patre tutorem datum, infantiæ suæ indulgentissimum extitisse custodem. Tum sera senilis animi cognitrix rigore in mansuetudinem uerso, quem repulsa affecerat, conuicij amaritudine lacerauerat, ministrandi studio uenerata est, atq; ex hospita indignante, obsequentissimam adulatricem agere cœpit, curiositatem suam iræ eius apponere cupiens, eo quidem minus errore culpabilis, quo illum celerius obiurgata deseruit. Nec tamen leues eius pœnas pependit, cum loca in quibus fortissimum senem discubitus repulsa fugillauerat, postmodũ fratrum suorum cladibus cruentata conspiceret. Nocte uero Ingello cibum cum Suertingi filijs capiente, apparatissimis dapibus insistens luxurioso mensas epulo cumulauit, senemq; ne maturius se conuiuio subtraheret, familiari inuitatione retinuit, tanq; operosioris escæ oblectamenta solidum uirtutis rigorem excauare potuissent. Quibus cum Starcatherus oculos inseruisset, eorũ usu lasciuiore contempto, ne quid externo ritui indulgeret, temperantia qua plurimũ pollebat appetitum suum aduersus deliciarum irritamenta firmauit, ne bellicam claritatem conuiualibus illecebris absumendam permitteret. Erat enim fortitudo eius frugalitatis amatrix, aliena nimiæ ciborum abundantiæ & ab immoderato dapum usu auersa, utpote quæ aliquo in momento ponendi luxuriam nunq; uacauit, semperq; uoluptate omissa, uirtutis respectum egit. Cum ergo uetustos continentiæ mores, omnemq; pristinæ cõsuetudinis habitum nouo luxu ac lautitia corrumpi animaduerteret, rusticioris escæ paratũ appetens, cœnæ sumptuosioris impendium fastidiuit. Igitur profusam dapum indulgentiam aspernatus, fumidoq; ac rancidulo cibo usus, famem eo sapidius quo simplicius pepulit, ne ueræ uirtutis neruos externarum deliciarum contagione, tanquam adulterino quodam dul

C core remitteret, aut priſcæ frugalitatis normam inuſitatis gulæ ſuperſtitionibus abrogaret. Cæterum indignanter ferebat aſſam dapem, eandemq; elixam uniuſ cœnæ ſumptibus erogari, edulium pro monſtro accipiens quod culinæ nidoribus delibutum, fartoris induſtria multiplicis temperamenti uarietate perfricuit. Econtrario Ingellus proiectis maiorũ exemplis, innouando menſarum ritu licentius ſibi quàm mos patrius permittebat indulſit. Poſtquam ſe enim Theutoniæ moribus permiſit, effœminatæ eius laſciuiæ ſuccumbere non erubuit. Ex cuius ſentina in patriæ noſtræ fauces haud parua luxuriæ nutrimẽta fluxerũt. Inde enim ſplendidiores menſæ, lautiores culinæ, ſordida coquorũ miniſteria, uariæq; farciminum ſordes manauere. Inde licentioris cultus uſurpatio à ritu patrio peregrinata eſt. Itaq; regio noſtra quę continentiam in ſe tanquam naturalem aluit, luxũ à finitimis depopoſcit. Cuius Ingellus illecebra captus, iniurias beneficijs rependere erubeſcendum nõ duxit. neq; illi miſera parentis clades cum aliquo amaritudinis ſuſpirio obuerſata eſt. At regina ne propoſiti irrita abiret, iram ſenis donis optime propulſandã exiſtimans, mirifici operis uittã proprio capiti detractã gremio cœnitantis appoſuit, beneuolentiã eius quia uirtutem hebetare nequiuerat, mercari cupiens. Quam Starcatherus necdum offenſæ acerbitate depoſita, in os ferentis reijciens, plus contemptus quàm uenerationis in eo munere repoſitum arbitrabatur: prudentiq; animo egit ne cicatricibus cõſito, galeisq; aſſueto capite, inſolitum effœminati cultus ornamentũ exciperet, ſciens uirilibus comis muliebre redimiculum inijci non oportere. Itaq; repulſam repulſa ultus, contemptũ ſuum mutua aſpernatione penſauit, tantũ ſe penè in uindicando rubore gerens, quantum geſſerat in ſuſtinendo. Veterani nanq; bellatoris animus Frothonis cultum inextricabilibus amicitię hamis complexus, totq; ac tantis munificentię eius meritis inuitatus, ad abijciendum ultionis propoſitum nullo indulgentiæ blandi
D mento ſeduci poterat, quo minus debitam beneficijs eius gratiam etiam poſt fata referre ſatageret, extinctoq; uiciſſitudinem humanitatis rependere curaret, cuius adhuc extantis amantiſſimum animum, liberaliſſimamq; amicitiam expertus fuerat. Adeò quippe miſerrimam Frothonianæ cladis imaginem alte pectori inſertam gerebat, ut ab intimo præcordiorum eius ſeceſſu, clariſſimi ducis reſpectus conuelli nequiret, atq; ob hoc præſenti beneficio priſtinæ familiaritatis titulum anteponere non dubitaret. Cæterum ſuperioris contumeliæ memoria nihil gratiæ ſequenti obſequio reddidit, laceſſiti pudoris ignominiã deponere nequiens. Tenacius enim iniuriarum uel beneficiorum imagines fortium quàm mollium animis inhærere conſueuerunt. Neque enim illorum inſueuit moribus, qui amicorum proſperum uitæ curſum comitantur, aduerſum deſerunt, quiq; fortunæ magis quàm charitati cultum tribuunt, proprijs cõmodis quàm alenæ beneuolentiæ propiores. Animaduertens autẽ pertinax propoſiti fœmina, ne ſic quidem conuiualem à ſene hilaritatem elici poſſe, ut blanditiarũ cœptum liberaliori comitate proſequeretur, cumulatioremq; hoſpiti honorem redderet, tibicine de induſtria modulari iuſſo, muſam qua indignationis eius perſeuerantia flecteretur inſtituit, artificialis ſoni miniſterio naturales inclementiæ neruos elidere cupiens. Sed fiſtulæ aut chordarũ lenocinium in hebetanda uiri pertinacia parum efficax manſit. Auditor enim exhibitum ſibi cultum figmentũ magis quàm charitatem redolere cognouit. Quo euenit ut eluſus opinione ſua mimus, ſtatuę magis quàm homini canere putaretur, diſceretq; ponderoſiſſimæ ſeueritatis ſtatum fruſtra ſcurrarũ luſibus attentari, inaniq; oris ſpiraculo maximæ rei molem labefactari non poſſe. Adeò enim Starcatherus oris habitum indignationis pertinacia firmauerat, ut nulla ex parte conſueto infractior uideretur. Quippe debitus uotis rigor nec tibiæ cantu, nec gulæ lenimento permulſus, plus ſtrenuo uirilicq; propoſito

Profuſus obſoniorum apparatus à Theutonibus in Daniã traductus.

Cõſtantia Starcatheri.

propoſito, quàm aurium aut epuli blandimentis tribuendum putauit. Oſſe itaq; quod ueſcendo carne ſpoliauerat in uultum geſticulantis proiecto, plenas aurarũ buccas, uiolenta flatũs excuſſione laxauit. Quo facto, quantũ ſeueritas ſcenicos plauſus faſtidiret, edocuit. Ira ſiquidẽ obſeratæ aures nulli uoluptatis effectui patuerunt. Dignum hiſtrione munus, turpi præmio deforme mulctauit obſequiũ. Siquidem optimus meritorum æſtimator, muneris loco tibicini tibiam erogauit, ac durum mercedis genus molli officio retulit. Itaq; mimus neſcias ſonorius ceciderit an fleuerit, quàm parum in luxurioſis pectoribus fortitudo poſſideat, effuſa lachrymarũ acerbitate teſtatus. Neq; enim qui totum ſe uoluptati ſubſtrauerat, quandoq; calamitatis incurſum tolerare didicerat. Cuius læſio futuras cœnæ clades ominata eſt. Et bene quidem cultor ſeueritatis animus uindictæ conſtantiam pertinaci grauitate cõplexus, qui quantũ alij ſuauitatis, tantum ex fidibus faſtidij traxit, probroſo oſſis iactu ingratũ penſauit officiũ, plus ſe ualẽtis amici ſpecioſis cineribus q̃ improbis turpiſſimi alumni moribus debuiſſe confeſſus. Deinde in ampliorẽ hiſtrionis ſuggillationẽ, mox citandũ carmen ſubtexuit. Regina uero uirtutem quam debilitare nequiuerat ſtupens, eius quẽ fruſtra beneficijs coluit, admiratrix euaſit. Videns autem Starcatherus eos qui Frothonem oppreſſerant in ſumma regis dignatione uerſari, concepti furoris magnitudinẽ acerrimo oculorum habitu prodidit, internosq; motus externo oris indicio patefecit, occultam animi procellam aperta luminum ſæuitia teſtatus. Denicq; Ingello ſe regijs dapibus delenire cupiente, eduliũ repulit, quod uulgaris cibi uilitate contentus peregrina admodũ obſonia faſtidiret, cõmunibusq; epulis aſſuetus, nullius gulã ſaporis oblectatione palparet. Interrogatus cur fronte tam nubila regiæ liberalitatis obſequio uti noluiſſet: reperiendi Frothonis filij gratia, Daniam ſibi petitam aſſe
B ruit, nec eius qui petulantis ſtomachi ingluuiem operoſa dapum ubertate farciret: hoc enim familiaris regi Theutonum luxus egerat, ut excoctas aquis epulas delicioſæ ſatietatis ſtudio rurſum igni torrendas præberet. Poſt hæc Ingelli mores intactos præterire non paſſus, in eius caput omnem reprehenſionis amaritudinem tranſtulit, impietatis damnatũ quod nimiæ ſaturitatis uſu oſcitans, partam edendo crapulã fœda ructatione exhalaret, Saxonicamq; imitatus illecebrã amplißimis à ſobrietate exceſſibus oberraſſet, adeò uirtute uacuus, ut ne minimam quidem eius umbrã conſectaretur. Maxime aũt illi turpitudinis cumulũ accedere memorabat, quod in ipſo militiæ tyrocinio ulciſcẽdi parentis immemor neglecta naturæ lege paterni ſanguinis carnifices beneuolentia atq; officio amplecteretur, iniquiſſime meritos amantiſſima charitate cõplexus, eosq; in quos q̃acerrime animaduertere debuerat, nõ modò impunitate donaſſet, uerũetiã cõuictu ac menſæ honore dignos iudicaſſet, à quibus potius capitale ſupplicium ſumendum fuiſſet. Præterea hic hoc carmine uſus aſſeritur:

Cedat imbellis uetulo iuuentus,
Et ſenis crebros ueneretur annos,
In uiro forti numeroſa nemo
Tempora culpet.
Albicet quanquam ſenio capillus
Permanet uirtus eadem uetuſtis,
Nec fluens ætas poterit uirile
Carpere pectus.
Me grauis ſeſſor cubito repellit,
Qui boni formam uitio prophanat
Dum gulæ parens nihilum diurnis
Prorogat eſcis.

C Quando Frothonis comes annotabar
Militum ſemper medius reſedi
Aede ſublimis, procerumq; primus
Prandia duxi.
Sorte nunc uerſa melioris æui,
Angulo claudor ſimuloq; piſcem
Qui uago captat latebram recurſu
Abditus undis.
Seculo certe ſolitus priore
Cultius ſtrato recubare fulcro,
Inter extremos premor & referta
Pellor ab aula.
Pellerer forſan foribus ſupinus
Ni latus pulſum paries referret
Et fugam truſo facilem negaret
Obuius aſſer.
Aulici riſu populi laceſſor,
Aduenæ digno uacuus receptu
Aſpero carpor ſale, dum loquaci
Mordeor auſu.
Quid noui rumor celeber uolutat,
D Quis tenor rerum, patriæ quis ordo
Gliſcerem ueſtræ regionis actus
Aduena noſſe.
Vt quid Ingelle uitio ſepultus
Vindicem patris remoraris auſum,
Num pij cladem genitoris æquo
Pectore duces?
Quid dapem deſes colis? ocioq;
Mollior ſcortis, ſtomachum reclinas?
An tibi paruo patris interempti
Vltio conſtat?
Proxime quando Frotho te reliqui
Mente præſaga didici quod armis
Hoſtium certe periturus eſſes
Maxime regum.
Cumq; rus longum tererem uiator
Præſcius mentem gemitus ſubibat
Qui quod hinc eſſes mihi nõ uidendus
Omine finxit.
Proh dolor quod tunc aberã remotus
Extimos orbis populos laceſſens
Cum dolo regis iugulum petebat
Perfidus hoſpes.
Aut enim uindex domini probarer,
Aut comes pœnæ, ſociuſq; fati,
Et pari gaudens ſequerer beatum
Funere regem.
Non gulam ueni dapibus beare,
Cuius enitar uitium ferire,
Nec cutis curam ſequar, aut obeſi
Gaudia uentris.
Nemo me regum prius inclytorum
Exteros iuxta medium locauit
Cui frui primis licuit cathedris
Inter amicos.
Suetia ueni, ſpatioſa menſus
Rura, mercedem ratus affuturam
Si modo chari fruerer reperta
Prole Frothonis.
Sed probum quærens adij guloſum
Deditum uentri uitioq; regem,
Cuius in luxum ſtudium refudit
Fœda uoluptas.
Claret Haldani ratus eſſe ſermo
Qui breui nobis cecinit futurum
Quod patri gnaro generandus eſſet
Filius excors.
Degener quanquam reputetur hæres
Non opes magni patiar Frothonis
Aduenis lucro fore, uel rapinæ
More patêre.

Ad hanc uocem tremefacta regina, detractũ capiti ſuo redimiculum, quo forte capillitium muliebriter adornabar, efferato ſeni tanquam beneficio bilem auerſura porrexit. Quo Starcatherus quamturpiſſime in os offerentis cum indignatione reiecto, clara rurſum uoce recinuit:

Amoue quæſo muliebre donum
Et tuo mitram capiti repone,
Inſulas nemo Venerem decentes
Fortis adoptat.
Abſonũ nanq; eſt ut in arma promptis
Nexili crinis religetur auro,
Mollibus cultus teneriſq; turbis
Competit iſte.
At tuo munus refer hoc marito
Cui placet luxus, digitusq; prurit
Dum nates uerſans uolucris rubellæ
Viſcera tractat.
Vxor Ingelli leuis ac petulca
Teutonum ritus celebrare geſtit,
Inſtruit luxus & adulterinas
Præparat eſcas.
Nam nouis palpat dapibus palatum
Captat ignoti libitum ſaporis,
Aeſtuans ferclis onerare menſas
Lautius omnes.

Hæc

A Hæc uiro uinum pateris propinat,
Cuncta propenso meditans paratu,
Cocta torreri iubet & secundo
Destinat igni.
Pascit ut porcum petulans maritum
Impudens scortum, natibusq; fidens
Gratis admissum tolerare penem
Crimine stupri.
Assat elixum, recoquitq; tosta
Prodigo cœnam meditata luxu,
Negligens morum, uitijq; cultrix
Fœmina turpis.
Hæc procax fastu, Veneriscq; miles
Appetens escæ, bene temperatos
Abdicat ritus, simul & gulosas
Instruit artes.
Rapulum læui patina liquatum
Prædítas succo tenui placentas
Pruriens aluo petit, ordinesq;
Conchyliorum.
Non ego magnũ memini Frothonem
Dexteram fibris uolucrum dedisse,
Podicem cocti laceraſſe galli
Pollice curto.
B Quis prior regum potuit gulosus
Viscerum putres agitare sordes?
Aut manu carptim fodicare fœdum
Alitis anum?
Fortium crudus cibus est uirorum,
Nec reor lautis opus esse mensis
Mens quibus belli meditatur usum
Pectore forti.
Aptius barbam poteras rigentem
Mordicus presso lacerare dente,
Quàm uorax lactis uacuare sinum
Ore capaci.
Fugimus lautæ uitium popinæ
Rancidis uentrem dapibus fouentem,
Coctiles paucis placuere succi
Tempore prisco.
Discus herbosi uacuus saporis
Arietum carnes dabat & suillas,
Temperans usus nihil immodesto
Polluit ausu.
Lacteum qui nunc adipem liguris
Induas mentem petimus uirilem
Esto Frothonis memor & paterni
Funeris ultor.
Occidet nequam pauidumq; pectus
Nec fugax fati stimulum refellet
Valle condatur licet, aut opacis
Incubet antris.
Vndecim quondam proceres eramus
Regis Haconis studium secuti,
Hic prior Helgo Begathus resedit
Ordine cœnæ.
Hic famis primæ stimulum licebat
Aridis pernæ natibus leuare,
Ventris ardorem rigidi domabat
Copia crusti.
Offulam nemo uapidam petebat
Quisq; cõmunes celebrabat escas
Simplici tantum stetit apparatu
Cœna potentum.
Vulgus externum fugiebat esum
Nec fuit summis epuli libido,
Ipse rex paruo meminit modestam
Ducere uitam.
Mellei temnens speciem saporis
Combibit tostum Cereris liquorem
Nec parum coctis dubitabat uti
Assa perosus.
Mensa perstabat modico paratu
Exhibens sumptum tenui salino
Ne quid externo uariaret usu
Docta uetustas.
Amphoras nemo pateras ue quondã
Intulit mensis, dolio profudit
Poculum promus, nec erat catillis
Copia pictis.
Nemo transacti uenerator æui
Cantharis iunxit teretes diotas
Nec cibis lancem cumulauit olim
Comptus agaso.
Non breui concha ciatho ue læui
Prandium uanus decorabat hospes,
Nunc recens morum facies pudenter
Omnia pressit.
Aere quis sumpto toleraret unquam
Funus amissi redimi parentis,
Aut loco patris peteret necati
Munus ab hoste?
Quis ualens hæres, soboles q; fausta
Talibus iunctum latus applicaret,
Vt uiri neruos uacuaret omnes
Pactio turpis?
Vnde cum regum tituli canuntur
Et ducum uates memorãt triumphos
Pallio uultum pudibundus abdo
Pectore tristi.

C Cum tuis nil eniteat trophæis
Quod ſtylo digne queat annotari,
Nemo Frothonis recitatur hæres
Inter honeſtos.
Improbis quid me laceras ocellis
Qui reum patris ueneratus hoſtem
Panibus tantum tepidoq; iuri
Crederis ultor?
Vindices quando ſcelerum probantur
Quo minus mentē pudeat prophanā
Aurium prompto uacuatus uſu
Eſſe peropta.
Sæpe nam uirtus aliena ſueuit
Conſcium culpæ lacerare pectus
Et boni fama premitur malignus
Pectore ſenſus.
Appetas ortum licet, aut remotus
Occidentali regione degas,
Seu ſitum mundi medium ſequaris
Concitus iſtinc.
Seu plagam cœli gelidam reuiſas
Quà poli uertex patet, impetuq;
Verſili ſphæram rapit, & propinquam
Deſpuit urſam.
Te pudor late comes inſequetur
D Et graui uultum feriet rubore
Quando magnorum ſociata ludit
Concio regum.
Dedecus quem cum maneat perenne
Inter illuſtres medius uenire
Nō potes turmas, reprobusq; in omni
Climate degas.
Fata Frothoni ſobolem dedere
Editam mundo ſuperis ſiniſtris,
Cuius affectum ſcelus & libido
Sordida cepit.
Sicut in naui fit ut obſoletum
Fœda ſentinæ gremium requirant,
Sic in Ingellum uiciosa rerum
Copia fluxit.
Ergo uulgatum ueritus ruborem
Angulis preſſus patriæ iacebis
Torpidus fœdo lare nec uidendus
Agmine claro.
Sorte tum barbam quaties ſiniſtra
Concubinarum ſtimulis repreſſus
Cum tibi pellex querulis perurat
Vocibus aurem.
Cum pauor mentem gelidus repigret
Et patris uindex fieri timeſcas,
Degener planè, paríliſq; ſcorti
Ritibus extas.
Obrui paruo poteras paratu,
Vt quis arreptum iugularet hœdum,
Aut ouem cultro teneram trucidet
Gutture ſecto.
Ecce Suertingo genitus tyranno
Dania poſt te potietur hæres,
Cuius ignauam retines ſororem
Fœdere turpi.
Dum grauem gemmis nitidamq; cultu
Aureo gaudes celebrare nuptam,
Nos dolor probro ſociatus urit,
Turpia queſtos.
Quando te præceps agitat uoluptas
Anxius nobis animus prioris
Temporis formam reuocat, monetq;
Multa dolere.
Nam ſecus quàm tu ſcelus æſtimamus
Hoſtium quos nunc ueneraris. unde
Priſca noſcenti facies moleſta eſt
Temporis huius.
Re magis nulla cuperem beari
Si tui Frotho iuguli nocentes
Debitas tanti ſceleris uiderem
Pendere pœnas.

Tantum autem monitus ſui incitamento profecit, ut ab enerui & frigeſcenti animo ueluti quadam reprehenſionis ſilice flagrantiſſimum fortitudinis ignem extunderet. Primum enim rex uacuas carmini aures præbuit, deinde impenſiori educatoris ſui hortamine concitatus, ferum ultionis calorem animo traxit, oblitusq; conuiuæ, hoſtem induit. Ad ultimum diſcubitu euolans, omnem iræ ſuæ procurſum in conſeſſores effudit, ita ut ferrum aduerſus Suertingi filios cruenta ſeueritate nudaret, & quorum gulam menſæ delicijs fouerat, deſtricto mucrone iugulum peteret. His nanque continuò trucidatis, ſacra menſæ ſanguine inuoluit, infirmum ſocietatis uinculum diremit, erubeſcendúmque conuiuium egregia crudelitate mutauit, atque ex hoſpite hoſtis, ex abiectiſſimo luxuriæ mancipio truculentiſſimus ultionis miniſter euaſit. Siquidem induſtria hortatoris oratio, molli ac teneræ iuuentæ animoſitatis ſpiritum ingenerauit, latebriſq; ſuis

A ſuis extractam recreauit audaciam, extuditq; ut grauiſſimæ cladis autoribus pœ
na factis debita penderetur. Exulauerat ſiquidem probitas iuuenis non expira
uerat, quæ in lucem ſenili ſuffragatione producta, opus eo maius quo tardius ędi
dit, aliquanto ſpecioſius cruore quàm mero calices imbuens. Quàm porrò indu
ſtrium exiſtimemus ſenem, qui diſertiſſima admonitione immenſum regalis ani=
mi uitium expugnauit, eiusq; loco perruptis nequitiæ clauſtris, efficaciſſimã uir
tutis ſementem inſeruit? Ipſe quoque manũ regis pari facinore proſecutus, for=
titudinem nõ ſolum in ſe pleniſſimam exhibuit, ſed etiam ex alieno pectore eru
tam reuocauit. Quo peracto ſic cœpit:

Rex Ingelle uale, cuius prodidit auſum
Plenum animi pectus, tibi mens in corpore regnat
Auſpicio patefacta ſuo, nec defuit altum
Pectore conſilium, quanquam taciturnus ad horam
Extiteris, nam damna moræ probitate rependis,
Torporemq; animi redimis uirtute potenti.
Fac age fundamus reliquos, nullusq; periclum
Effugiat, quod quiſq; pari ratione meretur:
Cedat in autorem facinus, premat artificemq;
Culpa relata ſuum, cæſorum corpora curru
Excipiant famuli, promptusq; cadauera lictor
Efferat, officijs meritò caritura ſupremis,
Et buſtis indigna tegi, non funebris illis
Pompa rogus ue pium tumuli condonet honorem:
Putida ſpargantur campis, auiumq; terenda
B Morſibus, infeſto maculent rus undiq; tabo.
Tu quoque rex ſæuam ſi quid ſapis effuge nuptam,
Ne lupa conſimilem ſibi fœtum gignat, & ex te
Bellua conſurgat proprio nocitura parenti.
Dic Rotho perpetue timidorum irriſor, an ultos
Frothonem ſatis eſſe putas, qui funera ſeptem
Vindictæ unius impendimus? ecce feruntur
Exanimes, qui non rebus ſed imagine tantum
Imperium coluere tuum, fraudemq; parabant
Obſequio. ſed ne ſemper ſpes illa ſubibat
Quod ſolet ingenuis ſua reſpondere propago
More ſecutura ſortem quam ſanguine traxit.
Nunc ergo Ingelle, melius quàm tempore lapſo
Letharum dici dominus Daniæq; mereris.
Imberbis quando ductum auſpiciumq; ſequebar
Militiæ rex Hako tuæ, laſciua peroſus.
Ingenia & luxum, nil pręter bella colebam,
Exercens animũ cum corpore, mente prophanum
Omne relegaui, ſtomachoq; placentia fugi,
Fortia complexus animo, nanq; arma profeſſus
Aſpera ueſtis erat cultusq; parabilis olim,
Rara quies, ſomniq; breues, labor ocia longe
Propulit, & parco fluxerunt tempora ſumptu.
Non ut nunc quidam quibus inſatiata cupido
Ingluuie cæca uiſum rationis inumbrat.
Horum aliquis ueſtis operoſæ tegmine cultus

Molliter

C Molliter alipedem flectit, sparsamq; renodat
Carpit superbos. Cæsariem, & laxos patitur fluitare capillos,
Discere sæpe foro, turpiq; inhiare lucello
Gaudet, & hoc studio uitam solatur inertem,
Venali celebrans commissa negocia lingua.
Vi uiolat leges, & ferro iura lacessit,
Obterit innocuos, alieno pascitur ære,
Stupra gulamq; colit, risu conuiuia mordax
Insequitur, sic scorta petens ut sarculus herbam.
Occidit ignauus dum prælia pace quiescunt
In media si ualle cubet, testudine nulla
Tutus erit qui fata timet, fors ultima uiuum
Quenq; rapit, latebra letum depellere non est.
Ast ego qui totum concussi cladibus orbem
Leni morte fruar, placidoq; sub astra leuandus
Funere, ui morbi defungar uulneris expers?

HISTORIAE DANICAE LIBRI SEXTI FINIS.

SAXONIS GRAMMATICI

HISTORIAE DANORVM LIBER SEPTIMVS.

D



INGELLO quatuor filios fuisse, ex ijsdemq; tribus bello consumptis, Olauum solum post patrem regnasse, perita rerum prodit antiquitas, quem quidam Ingelli sorore æditum, incerto opinionis arbitrio perhibent. Huius actus uetustatis squalore consperſos, parũ iusta notitia posteritas apprehendit, extremum duntaxat prudentiæ eius monitum memoria uendicauit. Quippe cũ supremis fati uiribus arctaretur, Frothoni & Haraldo filijs consulturus, alterũ terris, alterum aquis regia ditione præesse, eamq; potestatis differentiam non diutina usurpatione, sed annua uicissitudine sortiri iubet. Ita regnandi inter eos conditione æquata, prior Frotho maritimarum rerum regimine potitus, crebris piraticę damnis deformis euasit. Infortunij causa recentia nautarum coniugia fuere, domesticas tori uoluptates externis militiæ laboribus præferentium. Interiecto tempore natu minor Haraldus maris dominationem sortitus, uacuũ cõiugio militem legit, fraternæ frustrationis euentum metuens. Fortuna delectui respondit. Quippe tam glorioſum piratam egit, quàm frater inglorium gesserat. Quæ res fraternã ei inuidiam peperit. Quinetiã eorum coniuges Sygne & Vluilda, quarũ altera Suetiæ rege Syuardo, altera Karolo Gothiæ præfecto orta fuerat, crebra nobilitatis contentione rixantes, alternos maritorum soluêre conuictus. Quo euenit, ut Haraldus & Frotho rei familiaris societate conuulsa, cõmunem partientes supellectilem, plus muliebris rixę iurgijs, quàm fraternæ charitatis officijs indulgerent. Sed & Frotho fratris claritate deformem se fieri contemptumq; sibi strui iudicans, à quodam familiariũ occulte eum interfici iubet, quod quem ætate uinceret, ab eo se uirtute superari uideret. Quo peracto ne scelus à consćio proderetur, insidiarũ ministrũ tacite trucidan-

A cidandum curat. Post hæc ut innocentiæ sibi fidem pareret, notamq; sceleris e ut
taret, quisnam rerũ casus inopina germanum clade sustulerit, latius inuestigari
præcepit. Sed neque tot artibus perficere potuit, quo minus eum tacita uulgi no-
taret opinio. A quo Karolus postmodum quis Haraldum occidisset rogatus, dis-
simulanter ab eo notæ rei quæstionem agi respondit. Quo dicto mortis causam
adciuit, Frothone exprobratum sibi latenter parricidium iudicante. Post hæc Ha
raldus & Haldanus filij ex Sygne Karoli filia susceptí, cum ad necẽ à patruo quę-
rerentur, ab eorum tutoribus callidior seruandorũ pupillorum ratio excogitata
est. Nam truncos luporum ungues subtellibus annectentes, contiguum penati-
bus suis lutum, obfusamq; niuibus humum crebris decursibus exarare cœperũt,
ferini incessus speciem præbiturí. Post hæc trucidatis ancillarum liberis, eorumq;
corporibus frustatim discerptis, lacera passim membra disijciunt. Itaq; requisitis
adolescentibus, nec inuentis, fusí reperiuntur artus, ferarum uestigia demonstran
tur, tellus cruore delibuta conspicitur: creditum est pueros lupina ingluuie con-
sumptos, nec cuiquam ferè de tam manifesto lacerationis argumẽto dubitare con
cessum: cuius spectaculi fides pupillis præsidio fuit. Quí mox à tutoribus caua cõ
clusí ilice, ne ullum uitæ eorum indicium ẹderetur, diu sub canum specie nutrie-
bantur: latrantum quoq; eis uocabula indita: quo minus latentium opinio uulga
retur. Solus Frotho mortis eorum fide repudiata, latebræ locum ex perita augu-
rij fœmina cognoscere instituit. Cuius carminum tanta uis erat, ut rem quantalibet *Magicæ artis*
nodorum consertione perplexam, è longinquo soli sibi conspicuam ad contactũ *efficacia.*
euocare posse uideretur. Hæc Regnonem quendam occulte circa illos educatio-
nis officiũ peregisse, eosq; tegendæ rei gratia canínis censuisse nominibus astrue-
bat. Qui cum se inusitata carminum uiolentia latibulis egestos incantantis obtuti
B bus admoueri conspicerent, ne tam horrendæ coactionis imperio proderentur,
gremium eius accepti à tutoribus auri incussione perfundunt. Quæ recepto mu-
nere, repentina morbi simulatione par exanimi cõcidit. Perquirentibus ministris
causam tam subiti lapsus, inscrutabilem filiorum Haraldi fugam existere memora
bat, quorum exímia uis etiam atrocissimos carminũ temperaret effectus. Ita par-
uulo contenta beneficio, maius à rege præmium præstolari passa nõ est. Post hæc
Regno suam ac pupillorũ opinionẽ populari sermone crebrescere expertus, in
Feoniam utroq; deuexit. Vbi à Frothone captus, adolescentes se custodia prose
cutum fatetur, precaturq; regem pupillis quos patre priuauerit parcat, nec se du-
plici parricidio obiectare felicitatis loco ducat. Quo dicto sequitiã eius in ruborem
conuertit, pollicitusq; est, si quid ab eis in patria nouaretur, se regi indicia delatu-
rum. Ita pupillis incolumitate parta, metu liber, multos annos confecit. Qui cum
adulti Sialandiam petiuissent, ultionem patris ab amicis exequi iussi, non se ac pa-
truum annua luce potituros uouerunt. Quo cõperto Regno pacti memoria con
citatus, noctu regiam petit, seq; promissæ rei indicem uenire tacite asserit. Dormi
entem tamen ad uigilias euocare passus non est, eo quod Frotho excitationis suæ
pœnas ferro exigere solitus fuerat. Tanti quondam regium somnum importuna
frustratione perrumpere existimatũ est. Id Frotho mane ex uigilibus expertus,
ut animaduertit Regnonem insidiarum nuncium attulisse, contracto milite sæui-
tia fraudem præcurrere statuit. Nec aliud Haraldi filijs auxilio, quàm furoris simu
latio fuit. Nam cum se ex improuiso occupari conspicerent, perinde ac furijs acti
lymphantibus morem gerere cœperunt. Quos cum Frotho mente captos puta-
ret, propositum remisit, deforme existimans ferro petere, qui ferrum in se conuer
tere uiderentur. A quibus proxima nocte incendio consumptus, dignas parrici-
dij pœnas pependit. Quippe regiam adorti, reginam in primis lapideo obruere
congestu: igne deinde penatibus applicato, Frothonem in excisi dudum specus

C anguſtias & opacos cuniculorum receſſus obrepere coëgerunt. Vbi dum clauſus deliteſcit, uapore & fumo ſtrangulatus interijt.

Perempto Frothone cum Haldanus ternos circiter annos patriæ præfuiſſet, Haraldo fratri regnandi iure perfunctorię tradito, Olandiam eiq; finitimas inſulas quas à Suetiæ complexu ſinuoſus aquarũ diuellit anfractus, piraticis populatur iniurijs. Ibidem ſubductis hyeme nauigijs ac uallo cinctis expeditioni triennium dedit. Poſt hæc Suetiæ manus iniecit, eiusq; regem bello conſumpſit. Cuius nepotem Ericum, patrui uero ſui Frothonis filium pugna poſtmodum excepturus, poſtquam pugilem eius Haquinum hebetandi carminibus ferri peritum didicit, eximiæ magnitudinis clauam ferreis conſertã nodis, tunſionis uſibus adaptauit, perinde ac præſtigij uires ligneo robore debellaturus. Deinde cum cæteris conſpicuo uirtutis habitu præmineret, inter acerrimos hoſtiũ procurſus obnupto galea capite, ſcuti inops libratum clauę robur in obiecta clypeorum munimina geminæ manus ope torquebat. Nec erat ullum tantæ ſoliditatis obſtaculum, quod non fruſtatim adactæ molis impulſus obtereret. Quo euenit ut occurſantem ſibi in acie pugilem acriori geſtaminis impactione ſubrueret. Victus tamen & in Helſingiam fuga delapſus, Vitolfum quendam olim Haraldo militantem ſaucij corporis curam petiturus acceſſit. Hic in caſtris maiore ętatis parte conſumpta, tandem in huius prouinciæ ſolitudinem poſt triſtia ducis fata conceſſerat, ibiq; ruſticæ uitæ cultu conſueta militiæ ſtudia relaxabat. Qui quod hoſtilibus ſæpe telis petitus fuerat, non infimam medendi peritiam aſſidua uulnerum ſuorum curatione contraxerat. Si quis uero operam eius blandimentis expoſceret, hunc medelæ loco occultæ læſionis noxa afficere ſolitus erat, aliquanto ſpecioſius beneficia minis q; adulatione expoſci iudicans. Idem Erici milites penatibus ſuis occupandi Haldani cupidine imminentes ita uidendi officio ſpoliauit, ut propin-

D quas ædes nec proſpectu capere, nec certis poſſent ueſtigijs indagare. Adeò luminum uſum nubilus quidam error obtuderat. Cuius opera Haldanus uirium integritatem adeptus, accito Thorone conſpectioris ingenij pugile, Erico bellum denunciat. Quem cum productis ediuerſo copijs militum numero præſtare conſpiceret, occultatam agminis partem inter propinquos uiæ frutices delitere præcepit, hoſtem per anguſtiora ſemitæ compendia gradientem inſidijs conſumpturus. Quod præuidens Ericus, explorata progrediendi facultate, receſſu utendũ putauit, ne propoſito incedens tramite, hoſtium dolis inter præruptos montium urgeretur anfractus. Igitur apud conuallem arduis montium iugis utrinq; conſeptam mutuis uiribus pugna conſeritur. In qua Haldanus inclinatã ſuorum aciem conſpicatus, frequentem ſaxis rupem cum Thorone conſcendit, indeq; eruptas moles in ſubiectum hoſtem deuoluit, quarum pondere & ruina aciem in occiduo conſtitutam oppreſſit. Quo euenit, ut uictoriam quam armis amiſerat, cautibus recuperaret. Ob cuius facti uirtutẽ Biargrammi cognomen accepit: quod uocabulum ex montium efferitatis nuncupatione compactum uidetur. Igitur apud Sueones tantus haberi cœpit, ut magni Thor filius exiſtimatus, diuinis à populo honoribus donaretur, ac publico dignus libamine cenſeretur. Sed quoniã ægre deuictorum ingenia quieſcere ſolitum eſt, & in uetitum ſemper ſubactorũ obluctatur improbitas, accidit ut Ericus dum fugæ damnis conſulere ſtudet, ſubiectas Haldano prouincias attentaret. Sed ne Daniam quidem ab hoc ſæuitiæ genere immunem reliquit, perq; dignũ exiſtimans eius laceſſere patriam, per quem ſua abactus fuerat. Ita dum iniuriam inferre quàm repellere maluit, Suetiam armis hoſtilibus liberauit. Quippe cum Haldanus Haraldum fratrem ab eo tribus deuictũ prælijs, quarto occiſum cognoſſet, amittendi imperij metu relictis Sueonum agris patriam repetere coactus eſt. Ita Ericus, quo facilius Suetiæ regnum deleruit,

A hoc celerius recepit. Quem si fortuna æque in retinendo regno, ac recuperando instruere uoluisset, nequaq; Haldano prendendum dedisset. Cuius captionis modus hic erat: Reuersus in Suetiã Haldanus, occultata per insidias classe, binis obuiam Erico nauigijs proficiscitur. A quo denis petitus, uarijs nauigationis reflexibus ad occultum suorum agmen relabitur. Quem longius insequente Erico, Danica ponto classis emergit. Circumuentus itaq; Ericus oblatum sibi sub seruiendi conditione spiritũ repudiauit, lucemq; libertati præferre non passus, mori quàm obsequi præoptauit, ne uitæ cupiditate ex libero seruus euadere uideretur, aut quem nuper fortuna æquasset, nouo famulatus officio coleret. Adeò salutem decore mercari uirtus ignorat. Compeditus igitur & ad loca feris peruia relegatus, indignum tanta animi maiestate exitum habuit. Haldanus gemini regni imperio potitus, opinionis suæ titulum tribus honestatis gradibus decorabat. Erat enim condendorum patrio more poëmatum peritia diſertus, nec athletica minus uirtute quàm regia potestate conspicuus. Audiens autem uegetioris ingenij piratas Tokonem & Anundum circumpositis imminere prouincijs, maritima pugna tentatos oppressit. Nihil enim ueteres claritate magis expetendũ ducebant, quam non opum fulgor, sed armorum industria peperisset. Itaq; seditiones amplecti, instaurare lites, ocia fastidire, paci militiam anteferre, uirtutum non rerum æstimatione censeri, plurimum uoluptatis in prælijs, minimum in conuiuijs reponere clarissimis quondã uiris curæ extitit. Sed neq; diu Haldano æmulus defuit, nam Syualdus quidã claro admodum loco natus, apud Sueonum concionem Frothonis ac coniugis eius exitio flebiliter memorato, tantũ Haldani odium penè omnibus ingenerauit, ut plurimorũ suffragijs nouarum rerum licentiam asse queretur. Nec solo uocum fauore contentus, adeò plebis animũ ambitionis artiB bus occupauit, ut omnium ferè manus ad regium insigne capiti suo imprimendum adduceret. Hic septem filios habebat tanto ueneficiorum usu callentes, ut sẽpe subitis furoris uiribus instincti solerent ore toruum infremere, scuta morsibus attrectare, torridas fauce prunas absumere, extructa quæuis incendia penetrare, nec posset conceptus dementiæ motus alio remedij genere quàm aut uinculorũ iniurijs aut cædis humanẽ piaculo temperari. Tantam illis rabiem siue sæuitia ingenij, siue furiarum ferocitas inspirabat. Quibus auditis Haldanus, ut erat circa piraticam occupatus, expedire militibus dixit, ut qui in exteros hactenus desæuierint, nunc ciuium uisceribus ferrum adigant, ereptiq; regni iniuriam propulsent, qui dilatandi curam gerere consueuerunt. Quo imminente Syualdus missis ad eum legatis iubet, si famam factis æquaret, & tantus re esset quantus opinione censeretur, se suamq; sobolem pugna solus excipiat, priuatoq; periculo publicum redimat. Eo deinde respondente, legitimæ dimicationis formam duorũ numerũ excedere nõ debere: nil mirandum, inquit Syualdus, hominem cœlibem prolemq; uacuum oblatos detrectare congressus, cui inops caloris natura deforme corporis animiq; frigus incusserit. Nec liberos ab eo diuersos existere, quem suẽ generationis autorem habuerint, quod ab ipso commune nascendi principium traxerint. Ita se ac filios unius hominis loco censendos esse, quibus ueluti unum corpus à natura tributũ uideatur. Cuius conuicij rubore permotus Haldanus, prouocationi parêre cœpit, tam cõtumelioſam cœlibatus exprobrationem egregijs uirtutis operibus pensaturus. Cumq; per opacam fortè nemoris indaginem graderetur, hærentem obiter quercum humo radicitus eruit, solisq; spoliatã ramis in solidam clauæ speciem transformauit. Quo gestamine fretus, tali carmen breuitate compegit:

En rude quod gerimus obnixo uertice pondus
Vulnera uerticibus exitiumq; feret.

C Sed neq; frondosi gestamen roboris ullum
Omine Gotenses horridiore premet.
Ardua comminuet nodosi robora colli,
Et caua syluestri tempora mole teret.
Clava quidem sæuum patriæ domitura furorem,
Nulla magis Suetis exitialis erit,
Ossa domans, lacerosq; uirûm libranda per artus
Impia prærupto stipite terga premet,
Cognatos pressura lares, fusura cruorem
Ciuis, & in patriam pernicios a lues.

His dictis Syualdum cum septem filijs attentatum acerrimas eorum uires eximiæ clauæ mole frustratus, exitio tradidit. Ea tempestate Harthbenus quidam ab Helsyngia ueniens, raptas regũ filias stupro fœdare gloriæ loco ducebat, illum peritissimere solitus, à quo peragendæ Veneris usu prohiberetur, illustres nuptias humilibus præferens, tantoq; se clariorem existimans, quanto splendidiores concubitus per uim assequi potuisset. Nec ultionem effugit qui se ei comparatione uirtutis æquare præsumeret. Tanta uero corporis magnitudine erat, ut nouẽ cubitis proceritatis eius dimensio tenderetur. Huic duodecim athletæ contubernales fuere, quibus officio erat quoties illi præsaga pugnæ rabies incessisset, uinculorũ remedio oborti furoris impetum propulsare. Ab his Haldanus Harthbenum, eiusq; pugiles uiritim impetere iussus, non solum certamen spopondit, sed etiam uictoriam sibi ingenti uerborum fiducia promisit. Quo audito Harthbenus repentino furiarum afflatu correptus, summas clypei partes morsus acerbitate consumpsit, igneos uentri carbones mandere nõ destitit, raptas ore prunas in uiscerũ

D ima transfudit, crepitantia flammarum pericula percurrit, ad postremum omni sæuitiæ genere debacchatus, in sex athletarum suorum præcordia furente manu ferrum conuertit. Quam insaniam illi pugnandi auiditas an naturæ ferocitas attulit, incertum est. Haldanum deinde residua pugilum manu petiuit. A quo miræ granditatis malleo contusus, uita ac uictoria caruit, deditq; pœnas & Haldano quem prouocauerat, & regibus quorũ sanguine per uim potitus fuerat. At quoniam Haldano fors inopinas pugnę causas porrigere consueuit, quasi nunquam uirium eius experimentis contenta, accidit ut Egtherus Fynnensis piratico Sueones molestaret incursu. Quem Haldanus ternis adortus nauigijs, nam & ei totidem esse compererat, cum nocte prælium finiente debellare non posset, postera die ex prouocatione secum decernentem oppressit. Deinde cum Hatheri Reguli filiam Thorildam à Grimmone eximiarum uirium athleta sub duelli commination expeti comperisset, edictumq; à patre esset, potiturum ea qui pugilem amouisset, quanquam ad senectutem cœlebs peruenerat, non minus Reguli promissione quàm athletæ petulantia concitatus Noruagiam petit. Qua inita cunctas agnitionis suæ notas adulterina oris illuuie respergens, ut pugnæ locum accessit, priorensem destringit. Quem ad hostilem sciens obriguisse conspectum, humi deiecit, alioq; uagina submoto Grimmonem appetens, extremos loricæ nexus cum occidua clypei parte persecuit. Quod factum Grimmo admiratione perfusus, uetulum, inquit, acrius dimicantem non memini: statimq; ferrum exerens obiectam gladio parmam penetrabili sectione conuulsit. Cuius immorantẽ ictui dextram Haldanus nihil hæsitans obuia ferri celeritate corripuit. Ille nihilominus læua gladium stringens, ferientis femur transegit, mutilati corporis ultionẽ exiguo uulnere prosecutus. Victor Haldanus uicto residuũ uitæ pecuniæ redimendi potestatẽ fecit, ne imbelli & manco miseras animæ reliquias deformiter adimere uideret. Quo facto tantum se penè in seruando hoste egit, quantum gesserat in uincendo.

Harthbeni corboris proceritas.

A uincendo. Cuius uictoriæ præmiũ Thorildæ nuptijs assecutus, filium ex ea Asmundum sustulit, à quo se Noruagiæ reges originem duxisse magni estimant, ab Haldano solennem generationis suę seriem retexentes. Post hęc cum Ebbo prorata plebeij generis ad splendida coniugia capessenda uirtutis fiducia cõcitatus, Sygrutham Gothensium regis Vnguini filiam postularet, ac pręterea Gothici regni dimidium in dotem expeteret, super matrimonij admissione consultus, consensum falso spondendum monuit, seq; nuptias frustraturum promisit. Quinetiã sedendi locum sibi inter conuiuarum discubitus assignari præcepit. Probante con filium Vnguino, omnem regiæ dignitatis speciem peregrina corporis deformita te corrumpens, noctuq; nuptijs superueniẽs, occurrentibus formidini fuit, maio rem humano habitu uirum aduenisse mirantibus. Qui mox ut regiam intrauit circunspectis omnibus quęrit quis proximum regi discubitum occupauerit. Ebbone deinde futurum Vnguini generum eius lateri cõiunctum dicente, per summã uerborum iracundiã percontatur, qua uesania quibus ue furijs eò petulantiæ adductus sit, ut despicabiles generis sui sordes eximiæ nobilitatis splendori miscere præsumat, rusticasq; manus regiæ genti inserere audeat: nec id quidem expetere contentus, etiam alieni regni consortium captare uideatur. Deinde eum ferro secum decernere iubet, non prius uoto quàm uictoria potiturum. Quo nocturnũ monstris certamen, diurnum hominibus cõgruere respondente, ne temporis excusatione pugna abnui posset, lunæ splendore diem ęquari perhibuit. Taliter adactum pugnæ Ebbonem cõuiuio in spectaculum uerso prostrauit, nuptiasq; exequijs mutauit. Qui interiectis annis in patriam decedens cum sine liberis esset, regias opes Vnguino testamento legauit, eumq; regem cõstituit. Hic postmodũ

B ab æmulo cui Regnaldo nomen erat bello oppressus, filium Syualeum reliquit. Huius filia Syritha adeò spectatæ pudicitiæ erat, ut cum ob formæ pulchritudinẽ ingenti procorum frequentia peteretur, ad neminem ex eis inspectandum adduci posse uideretur. Cuius continentię fiducia à patre cõiugem depoposcit, qui delenimentorum dulcedine mutuũ eius conspectum impetrare quiuisset. Olim siquidem apud nos puellarum continentia magnopere uisus petulantiam edomare solebat, ne mentis integritas oculorum libertate corrumperet, affectabaturq;, ut cordis castimoniam, oris modestia fateretur. Tunc Otharus quidam Ebbonis filius siue gestarum rerum magnitudine, siue comitatis & facundiæ fiducia accensus, pertinacius postulandæ uirginis ignibus æstuabat. Cuius obtutum omnibus ingenij neruis emollire cõnisus, cum demissum oculorũ eius habitum nulla peni tus arte flexisset, inuictæ seueritatis perseuerantiam miratus abscedit. Eiusdem rei cupidus gigas cum ęque se effectu uacuum animaduerteret, fœminam subornat, quę cum obtenta uirginis familiaritate eius aliquandiu pedissequam egisset, hanc tandẽ à paternis procul penatibus quæsita callidius digressione seduxit, quã ipse mox irruens in arctiora montanę crepidinis septa deuexit. Opinant alij quod fœmineã mentitus effigiẽ cum insidiosa artis protractione domesticis puellã ędibus abduxisset, partes demũ raptoris impleuerit. Quod ut cõperit Otharus, indagandæ uirginis gratia montis penita perscrutatus, inuentã oppresso gigante secũ abduxit. Adeò aũt gigantea sedulitas puellę cęsariẽ nexili comarũ astrictione reuinxerat, ut pilorũ perplexa cõgeries crispata quadã cohęrentia teneretur, nec facile pręter ferrum quis posset cõsertos crinium extricare cõplexus. Denuò igitur uarijs rerum irritamentis aggressus puellarem in se prouocare conspectũ, cum diu torpentes nequicquam oculos attentasset, proposito parũ ex sententia cedente, cœptum reliquit. Sed neq; puellã stupro uiolare sustinuit, ne splendido loco natam obscuro concubitus genere macularet. Quæ cum uarios solitudinum anfractus diutius errabunda percurreret, contigit ut ad sylueſtris cuiusdam immanisq;

Genealogia & origo regum Noruagiæ.

C fœminæ tugurium peruenirẽt. A qua paſcendi caprarũ gregis officio deputata, cũ denuò per Otharũ libertatis auxiliũ impetraſſet, talibus eius tentaꝝ alloquijs:

Num meis mauis monitis adeſſe
Et pares uotis ſociare nexus
Quàm gregi præſens, olidiſq; curam
Ferre capellis?
Impiæ dextram dominæ refelle
Et trucem præceps fugito magiſtram,
Vt rates mecum ſocias reuiſens
Libera degas.
Linque commiſſæ ſtudium bidentis,
Sperne caprinos agitare greſſus,
Et tori conſors refer apta noſtris
Præmia uotis.
O mihi tantis ſtudijs petita
Torpidos rurſum radios reflecte
Paululum motu facili pudicos
Erige uultus.
Ad lares hinc te ſtatuam paternos
Et piæ lætam ſociabo matri,
Si ſemel blandis agitata uotis
Lumina pandas.
Quam tuli clauſtris toties gigantum
Confer antiquo meritum labori,
Et graues rerum miſerata niſus
Parce rigori.

Quare etenim cerebroſa adeò dementire cœpiſti, ut alienũ ductare pecus, & in monſtrorũ famulitio numerari præoptes, cũ pari conſenſus aptitudine mutuum tori promouere contractũ? Illa nihilominus ne pudicæ mentis cõſtantia, ad exter nos titubaret aſpectus, luminũ habitũ immoto palpebrarũ rigore cõtinuit. Quan tæ porrò pudicitiæ ſeculi illius fœminas extitiſſe putemus, quæ ne ad leuẽ quidẽ oculorũ motũ maximis amatorũ irritamentis adduci potuerunt? Cũ ergo Otha rus ne gemini quidẽ beneficij meritis uirgineũ in ſe uiſum cõcitare quiuiſſet, pu dore & ęgritudine fatigatus claſſem repetijt. Cumq; Syritha more priſtino decur ſis late ſcopulis, in Ebbonis fortè ſedes erronea perueniſſet, nuditatis & inopiæ rubore egentium ſe filiam aſtruebat. Animaduertens autem hanc Othari mater, quamuis marcore illitam, inopiq; contectam amiculo, à generoſis pullulaſſe ra-
D malibus, honorato ſedendi loco ſuſceptam, reuerenda ſecum comitate detinuit. Nobilitatem quippe uirginis index forma prodebat, & uultu genus interprete reſultabat. Quam uidens Otharus, cur uultum peplo obſcuraret inquirit. Cuius animum certius experturus, nupturam ſibi fœminam fingit, eiusq; torum con-ſcendens, lucernã Syrithæ geſtandam cõmittit. Quæ cum abſumptis penè lych-nis admoto propius igne premeretur, tantum patientiæ ſpecimen prębuit, ut ma num abſque motu continere uiſa, nullam ardoris moleſtiam ſentire crederetur. Externum quippe æſtum cohibebat interior, & pruritantis animi feruor aduſtæ cutis incendium temperabat. Quæ demũ ab Otharo manui conſulere iuſſa, placi dos in eum obtutus uerecunda luminũ erectione conuertit, ſtatimq; ſemoto nu-ptiarum figmento, genialem torum nuptura conſcendit. Cumq; poſtmodum Sy ualdus cõprehenſum Otharũ ob illatũ filiæ ſtuprum ſuſpendio conſumendũ du xiſſet, cõtinuò Syritha raptus ſui caſibus explicatis, nõ ſolũ eum in regis gratiã re duxit, ſed etiã patrẽ ad eius ſororẽ matrimonio ſibi copulandã adduxit. Poſt hæc inter Syualdũ Regnaldũq; exquiſitę probitatis militibus utrobiq; delectis, apud Sialandiã pręliũ agit, in quo cũ triduo mutuis cædibus exacto ob ſummã utriuſq; partis uirtutẽ incerti uictoriæ procurſus exiſterent, Otharus ſiue diutinæ pugnæ tædio, ſiue gloriæ æmulatione correptus, cũ mortis contemptu cõſertiſſimos ho ſtes irrumpit, Regnaldoq; inter fortiſſimas militũ acies obtruncato, ſubitã Danis uictoriã peperit. Inſigne hoc prælij maximorũ procerũ ignauia fuit. Adeò ſiqui-dem rei ſumma perhorruit, ut fortiſſimi Sueonũ quadraginta terga fugæ dediſſe dicant, quorũ præcipuus Starcatherus nulla ſæuitia rerũ aut periculorũ magnitu dine quati ſolitus, neſcio qua nunc obrepente formidine ſociorũ fugam ſequi cũ ſpernere præoptauit. Crediderim hunc metum ei diuinis uiribus iniectũ, ne ſu-pra humanam fortitudinem uirtute ſibi prædítus uideretur. Adeò nihil perfecti

Starcatheri fuga.

mortæ

mortalium felicitas habere consueuit. Tunc hi omnes maximi piratarum Hacomis quasi quædam belli reliquiæ ad eum delapsæ commilitium amplectuntur.

Post hæc Syualdo filius Sigarus succedit, cui filij Syualdus, Alf, & Algerus fuere, filiaq; Sygne: è quibus Alf cæteris animo formaq; præstantior, piraticis incumbebat officijs: cuius etiã insignẽ candore cęsariem tantus comæ decor asperferat, ut argenteo crine nitere putaretur. Eodẽ tempore Gothorũ rex Syuardus filios habuisse fertur Vuemundũ & Ostenũ, filiãq; Aluildã, quæ tantã uerecundiæ fidem ab ipsis propemodũ incunabulis præferebat, ut os peplo iugiter obnuptum haberet, quo minus formã suã alienæ libidinis irritamentũ efficeret. Huic pater in arctam admodũ custodiã relegatæ uiperã anguemq; educãdos cõmisit, pudicitiã eius adultorũ tandem reptiliũ custodia uallaturus. Necq; enim facile thalamus inuestigari poterat, quẽ tanti discriminis pessulus obserabat. Statuit etiã, ut si quis eius aditũ frustra tentasset, protinus amputandũ caput, paloq; refigendum præberet. Ita annexus petulantiæ metus concitata iuuenum ingenia castigabat. Tunc Alf Sigari filius, rem hoc illustrius quo periculosius tentandã existimans, proci titulũ professus, animalia propter uirginis conclaue excubantia debellare iubetur, quod edicti ratione eorũ uictori uirgineus debereẽ amplexus. Quorum ut acrius aduersum se rabiem excitaret, cruenta corpus pelle contexit. Qua succinctus, mox ut septi ualuas subijt, torridã calibem forcipe comprehensam, hiantis uiperæ faucibus immersit, eamq; exanimẽ prostrauit. Anguem deinde sinuosa uolubilitate prolapsum, inter medios rictus telum iaculatus absumpsit. Cumq; pacti conditione connexũ uictoriæ pignus expeteret, refert Siuardus hunc sibi generũ acceptari, in quem filia solidũ optionis arbitriũ contulisset. Cumq; sola puellæ mater proci uotũ difficulter exciperet, mentẽ filię secreto per
B lustrat alloquio. Qua procũ impensius ob uirtutẽ laudante, conuicijs eam acrius lacerat, quod elisis pudicitiæ neruis specierũ illecebra capereẽ, omissaq; uirtutis censura adulantibus formæ blanditijs lasciuæ mentis intuitũ exhiberet. Ita Aluilda ad Danici iuuenis cõtemptũ adducta, uirili ueste fœmineã permutauit, atq; ex pudica admodũ puella ferocẽ piratã agere cœpit. Cõpluribus quoq; eiusdẽ uoti puellis in cõmilitiũ adcitis, eo fortè loci peruenit, ubi piratarũ agmen amissi bello ducis interitũ deplorabat. A quibus ob formę pulchritudinem piraticę princeps creata, maiores muliebri uirtute res ædidit. Quã Alf crebris nauigationis laboribus insectari conatus, in Blacmannorũ fortè classem hyeme incidit. Quo tempore densatis aquarũ coactibus tanta glaciei moles naues corripuit, ut eis nulla remigandi uis processum struere potuisset. Cumq; frigoris diuturnitas tutiorẽ conclusis sponderet incessum, iubet Alf suos concretum pelagi sinum caligatis tentare uestigijs, calceorum lubricitate deposita, glaciale planum firmius percursuros. Quos Blacmanni succincta pedũ agilitate fugæ consulere rati, inita cum eis pugna, uacillãtibus nimirũ cessere uestigijs, utpote quorũ ancipites gradus subiectis plantis lubricũ impellebat. Dani uero crustatũ algore pelagus passu tutiore permensi, infirmos hostium elisere progressus. Quibus deuictis, nauigationẽ in Finniam uertunt. Vbi contractiorem fortè sinum ingressi, missis qui rerũ habitum explorarent, paucis nauibus portum occupari cognoscunt. Aluilda quippe easdem faucium angustias prior classe petiuerat. Quæ cum ignotas eminus puppes adesse conspiceret, prępeti remigio uelox in eorũ defertur occursum, irrumpere hostem q̃ operiri satius iudicans. Tunc Alf prohibentibus socijs plures naues paucioribus attentari, indignũ respondit, ut Aluildæ quis perferat paucarũ puppiũ obiectu procursus sui studia deturbari, præfatus paruæ rei momento magnorũ operũ titulos respergendos nõ esse: nec parua Danis admiratio fuit, unde hostium corporibus talis formæ decor, tantaq; membrorũ aptitudo suppeteret.

De Sigaro rege, à quo uilla Syerſted nomẽ accepit.

Glaciem candi modus.

C Vt ergo naualem cõmittere pugnam cœperunt, iuuenis Aluildæ proram insili-
ens in puppim usq; facta resistentiũ strage progreditur. Cuius comes Borcarus
decussa Aluildæ galea, mentiq; eius lenitate conspecta, animaduertit oculis non
armis agendum esse, telorumq; rigore depositio blandioribus hostem officijs at-
trectandam. Igitur Alf quam terra mariq; tot obstantibus periculis indefesso la-
bore quæsierat supra spem offerri gauisus, cupidius apprehensam, uirilem cultũ
in muliebrem conuertere coëgit, ex qua postmodum filiam Guritham procrea-
uit. Sed & Borcarus Aluildæ comitem Gro nomine matrimonio complexus, fi-
lium ex ea Haraldum suscepit, quem sequens ætas Hyldetan cognominauit. Et
ne quis hunc bellis sexum insudasse miretur, quædã de taliũ fœminarũ conditio
ne & moribus cõpendio modicæ digressionis expediam. Fuere quondam apud
Danos fœminæ, quæ formam suam in uirilem habitum conuertentes, omnia pe
nè temporũ momenta ad excolendam militiam conferebant, ne uirtutis neruos
luxuriæ contagione hebetari paterentur. Siquidem delicatũ uiuendi genus pero
sæ, corpus animumq; patientia ac labore durare solebant, totamq; fœmineę leui-
tatis mollitiem abdicantes, muliebre ingenium uirili uti sæuitia cogebant. Sed &
tanta cura rei militaris notitiã captabant, ut fœminas exuisse quiuis putaret, prę-
cipue uero quibus aut ingenij uigor, aut decora corporũ proceritas erat, id uitæ
genus incedere consueuerant. Hæ ergo perinde ac natiuæ conditionis immemo
res, rigoremq; blanditijs anteferentes, bella pro basijs intentabant, sanguinemq;
non oscula delibantes, armorũ potius q; amorũ officia frequentabant, manusq;
quas in telas aptare debuerant, telorũ obsequijs exhibebant, ut iam nõ lecto, sed
leto studentes spiculis appeterent, quos mulcere specie potuissent. Nunc à diuer
ticulo propositũ repetã. Veris initio cum Alf, & Algerus repetitis piraticæ ope-
D ribus uaria pelagus nauigatione tentarent, in Hamundi Reguli filios Heluuin,
Hagbarthũ & Hamundũ centenis incidêre nauigijs. Quibus illato prælio cum
fessas cæde dextras sola crepusculi caligo dirimeret, noctu militi fœdus impони-
tur, quod postero die perpeti inuicem iure firmatũ est, tanto uulnere hesterna pu
gna utrobiq; suscepto, ut nulla renouandi certaminis facultas existeret. Ita quos
par uirtus exhausit, necessitas in pacem coëgit. Per idem tempus Hildigisleus
claro Theutonũ loco ortus, formę & nobilitatis fiducia Sygnem Sigari filiã posiu
labat, apud quem maximũ ei contemptũ obscuritas peperit, quod fortitudine ua
cuus, aliena probitate fortunã instruere uideretur. Præcipue eandem in amorem
Haconis magnalitũ eius spectata deflexit opinio. Quippe maiorem fortiũ q; mol
lium respectũ agebat, nec formæ, sed operũ insignia mirabatur, sciens omne de-
coris blandimentũ sola uirtutis æstimatione sordescere, nec æqua illi lance confer
ri. Sunt enim puellæ, quę potius amatorũ claritate quàm specie capiuntur, quasq;
non oris, sed mentis habitum æstimantes, in alternũ copulæ uotũ solus animi re-
spectus accendit. Hagbarthus uero cum Sigari filijs Daniã petens, ijsdemq; igna
ris sororis eorũ alloquio potitus, tandẽ eam ad clãdestini cõcubitus promissionẽ
fide sibi obligandã adduxit. Quæ postmodũ fortè pedissequis insignes procerũ ti
tulos conferentibus Hildigisleo Haconem prætulit, in illo nihil præter speciem
laudabile reperiri, in isto oris lituram animi flore pensari testata. Nec eum simpli-
ci laudationis genere extulisse contenta, tali concentu usa perhibetur:

Hic candoris inops prima probitate relucet,
  Vultum uigore metiens.
Nam damnum rigidæ redimit mens ardua formæ,
  Mendamq; uicit corporis.
Corde micat species, facies feritate iuuatur,
  Ipso rigore præcluis.

Fœminarũ Danicarũ illustriũ quondã studiũ.

Hæc

A Hæc candore beat mentem, ſed mente colorem
Morum ſeuerus arbiter.
Huic precium non forma facit, ſed fortior auſus
Armiſq; parca claritas.
Aſt illum capitis decor approbat, & nitor oris,
Vertexq; crine fulgidus.
Sordet inane decus formæ, confunditur in ſe
Fallax decoris dignitas.
Diſparibus ſtudijs uirtus, ſpeciesq; reguntur,
Hæc perſtat, illa deperit.
Importat uitium uacuus color, hunc leuis anni
Fluxus gradatim diſſipat.
Aſt probitas meliore loco ſua pectora format
Nec lapſa prorſus excidit.
Exteriore bono uulgaris fallitur aura,
Rectiq; normam negligit.
At mihi cenſura uirtus potiore probatur,
Spreta decoris gratia.

Quæ uox ita ad aſtantium aures delapſa, ut Hagbarthus Haconis laudari uocabulo putaretur. A qua cum Hildegiſleus Hagbarthum ſibi prelatum dolenter tuliſſet, Boluuiſum quendam luminibus captum muneribus illicit, qui Sigari & Hamundi filios ad amicitias odio permutandas adduceret. Rex quippe Sigarus ſenum duorum, quorum alter Boluuiſus erat, conſilio cuncta fere gerere conſueuerat. Horũ tam diſcors ingenium fuit, ut alter inimicitijs diſſidentes, in gratiam B reducere ſolitus eſſet: alteri curę foret amicitia iunctos odio ſequeſtrare, & ſimultatum peſtes alternis uentilare diſſidijs. Primũ itaq; Boluuiſus apud Sigari filios Hamundi ſobolem pleno obtrectationis mendacio lacerabat, affirmãs eam nunquam fida pace ſocietatis iura ſeruare ſolitam, bello potius quàm fœdere continendam. Itaq; iuuenum pactione perrupta Alfet Hamundus, Hagbartho procul agente, Sigari filijs Alfet Algero prælium inferentibus apud portum, qui Sinus Hamundi dicitur, opprimuntur. Quos Hagbarthus poſtmodũ integris uiribus ſuperueniens in ultionem fratrũ bello conſumpſit. Hiſdigiſileus ambas nates telo traiectus elabitur. Quæ res inſectandorũ riſu Theutonum occaſio extitit, quod opprobrij nota plagæ deformitas non careret. Poſt hæc Hagbarthus muliebri corpus cultu inſtruens, tanquam Sigari filiam fraterna clade non læſerit, ſolitarius eam acceptæ promiſſionis fiducia repetit, plus ſecuritatis ex ipſius fide, quàm ſuo facinore formidinis contrahens, adeò libido periculum contemnit. Et ne profectioni cauſa deeſſe uideretur, pugnacem Haconis famulam profitendo, legationem eius ad Sigarum perferre ſe dixit. Cumq; noctu inter pediſſequas cubitum reciperetur, pedesq; ei ab ancillulis lauandi officio pertergerentur, interrogatus, quid hiſpidis adeò cruribus eſſet, manusq; parum blandi contactus haberet, hoc modo reſpondit:

Senum duorũ diſpar ſtudiũ.

Quid miri tenerum nobis dureſcere ſubtel,
Et longos hirto crure manere pilos?
Cui plantas toties ſubiecta reliſit harena,
Et uepres medium corripuere gradum?
Nunc ſaltu nemus experior, nunc æquora curſu,
Nunc mare, nunc tellus, nunc iter unda mihi.
Sed neque ferratis concluſum nexibus uber,
Aut iaculis ſolitum, miſſilibusq; premi,

C Ad tactum ueſtro potuit molleſcere ritu
Quas chlamydis tegmen aut toga leuis habet.
Nec colus aut calathi, ſed cæde madentia tela
Officium noſtræ compoſuere manus.

Cuius affirmationem Sygne conſentaneo diſſimulationis genere proſequi non morata, par eſſe refert manus uulnera ſæpius quàm uellera, pugnam quàm penſa tractantes, conſentaneam officio præferre duritiem, nec tractabili fœminarum mollitudine eneruem leuitatis ſpeciem alienis contactibus exhibere. Quippe eas partim bellico labore, partim nauigandi conſuetudine duratas eſſe. Neque enim bellatricem Haconis uernulam muliebribus inſeruire negocijs, ſed iaculandis haſtis, torquendisq; miſſilibus oblitam cruore dexteram afferre conſueuiſſe. Quamobrem mirandum non eſſe plantas ingenti itinerum emenſione duratas, quasq; decurſa toties littora ſcabris lapidum fragmẽtis obtriuerint calloſo rigore lenteſcere, nec parem earum teneritudini contactum prę ſe ferre, quarum ueſtigia digreſſus expertia aulicis iugiter liminibus includantur. Quam quum Hagbarthus perinde ac honoratiorem cubandi locum habiturus tori ſociam recepiſſet, inter mutuæ uoluptatis colloquia talibus ſenſim orſis compellat:

Si captum genitor tuus Me triſti dederit neci,
Nunquid coniugij fidem Tanti fœderis immemor
Poſt fatum repetes meum? Nam ſi ſors ea ceſſerit,
Haud ſpero ueniæ locum, Nec parcens miſerebitur
Vlturus ſobolem parens, Nam fratres necui tuos
Priuatos ope nautica, Et nunc te patre neſcio
Ac ſi nil prius egerim Votis illius obuiam
Communi teneo toro. Dic ergo Venus unica
D Quam uoti ſpeciem feres Complexu ſolito carens?

Ad hæc Sygne:

Me crede tecum chare uelle commori
Si ſors exitij prætulerit uicem,
Nec ulla uitæ prorogare tempora,
Quum te mors tumulo triſtis adegerit.
Nam ſi ſupremam forte lucem clauſeris,
Lictorum rabido ſubditus auſui,
Quocunq; leto præfocetur halitus,
Morbo ſeu gladio gurgite uel ſolo,
Omnis petulcæ labis ignes abdico,
Et me conſimili deuoueo neci,
Vt quos idem fœdus tori reuinxerat,
Idem ſupplicij contineat modus,
Nec hunc necis ſenſura pœnas deſeram,
Quem dignum Venere conſtitui mea,
Qui prima noſtri carpſit oris oſcula
Et floris teneri primitias tulit.
Nullum puto uotum futurum certius,
Si quid fœminea uox fidei gerit.

Quæ uox ita Hagbarthi animũ uegetauit, ut plus uoluptatis in eius promiſſo quàm periculi in ſua digreſſione reponeret. Qui quum ab ancillulis proditus a Sigari lictoribus oppugnaretur, diu ſe ſtrenua pugna defendit, complureſq; ex eis in aditu trucidauit. Cõprehenſus tandem, & ad concionem perductus, diuerſa plebis ſuffragia expertus eſt. Siquidem cõplures ſupplicium ab eo tam grauis iniuriæ

plebis ſuffragia expertus eſt, Siquidem complures ſupplicium ab eo tam grauis iniuriæ exigendum dicebant. Sed Biluuiſus Boluuiſi frater, alijq; ſententiæ potioris autores, potius ſtrenua eius opera utendum, quàm crudelius in eum conſulendum monebant. Tunc ſubiens Boluuiſus, iniqua affirmabat conſilia, quæ regem quum ultione uti debeat, ignoſcere iubeant, & iuſtum iracundiæ motum indigna miſeratione deleniant. Quo enim pacto Sigarum circa hunc parcendi miſerendi ue ſtudio moueri poſſe, à quo non ſolum gemino filiorum ſolatio ſpoliatus, ſed etiam corruptæ filiæ contumelia reſperſus uideatur? Quam ſententiam maiore concionis parte ſuffragijs proſequente, damnatur Hagbarthus, ſtipesq; eum excepturus erigitur. Quo euenit, ut qui prius nullum penè triſte ſuffragium habuerat, omnium ſæuitia mulctaretur. Quem regina mox porrecto poculo ſitim lenire iuſſum, tali minarum inflictione ſolicitat:

Nunc inſolens Hagbarthe Quem morte dignum concio
Adiudicauit omnis, Sitis fugandæ gratia
Ori dabis bibendum Cypho liquorem corneo.
Ob hoc metum refutans Vitæ ſupremo tempore
Audacibus labellis Letale liba poculum,
Quo potus inferorum Mox applicere ſedibus,
Iturus in recluſam Ditis ſeueri regiam,
Patibuloq; corpus, Orcho daturus ſpiritum.

Tunc iuuenis oblatũ apprehendens poculum, tale fertur intuliſſe reſponſum:

Hac guſtum capiam manu ſupremum,
Extremæ quoque potionis hauſtum,
Qua natos tibi ſuſtuli gemellos.
B Iam non elyſios inultus axes
Non impune truces adibo manes,
Nam noſtro prius hos peracta niſu
Clades tartareis recluſit antris.
Hæc ueſtro maduit cruore dextra,
Hæc proli teneros ademit annos,
Quam luci tua procreauit aluus,
Cui tunc nec funebris pepercit enſis.
Infamis mulier, furensq; mente,
Infelix genitrix & orba natis,
Sublatum tibi nulla reddet ætas,
Nec tempus redimet, dies ue quæuis
Demptum letifero rigore pignus.

Ita mortis comminationem interfectorum à ſe iuuenum exprobratione ultus, reiecto in reginam poculo, os eius ſparſo meri liquore ſuffudit. Interea Sygne deflentes famulas an ſibi cœptorum ſociæ fieri paterentur, interrogat. Illę quicquid dominæ uoti incederet, ſuis ſpondent effectibus exequendum. Promiſſioni fides adiecta eſt. Deinde lachrymis ſuffuſa, quem unice tori conſortem habuerit, fato inſequi uelle ſe dicit, iubetq; mox ut ſignum è ſpecula datum eſſet, faces thalamo ſubdi, deinde laqueos ex peplis fieri, hiſdemq; fauces pulſo pedum fulcimine ſtrangulandas præberi. Aſſentientibus quo minorem mortis metum haberent, merum propinat. Poſt hæc Hagbarthus ad montem, qui poſtmodum ab ipſo uocabulum traxit, ſuſpendio conſumendus adducitur. Tunc experturus amaſiæ fidem, amiculum ſuum à lictoribus ſuſpendi præcepit, uoluptati ſibi eſſe præfatus, ſi propinquæ mortis inſtar alicuius ſpectaculi imaginem peruidiſſet. Quo impetrato, ſpeculæ cuſtos id circa Hagbarthum peragi

C ratus, conclusis intra aulam puellis conspecta denunciat. Quæ mox datis incendio tectis, subiecta pedibus robora depellentes, gulas laqueis obtorquendas dederunt. Igitur Hagbarthus regiam igni implicatam conspiciens, ac notum conflagrare cubiculũ, plus lætitiæ se ex amicæ fide, quàm mœroris ex propinqua morte sentire perhibuit. Quinetiã astantes ad necem sibi inferendam hortatus, in quàm paruo momento fatum poneret, huiusmodi carmine protestatur:

Ocyus ô iuuenes corruptus in aëra tollar,
Dulce mihi nupta est post tua fata mori.
Aspicio crepitus & tecta rubentia flammis,
Pollicitusq; diu pacta reuelat amor.
En tua non dubijs completur pactio uotis,
Quum uitæ mihi sis, interitusq; comes.
Vnus erit finis, unus post fœdera nexus,
Nec passim poterit prima perire Venus.
Felix qui tanto merui consorte iuuari,
Nec male tartareos solus adire deos.
Ergo premant medias subiecta tenacula fauces,
Nil nisi quod libeat pœna suprema feret,
Quum restaurandæ Veneris spes certa supersit
Et mors delicias mox habitura suas.
Axis uterq;, iuuat, gemino celebrabitur orbe,
Vna animi requies, par in amore fides.

Ecce enim oblatum libens discrimen accipio, quũ ne apud manes quidem amor ipse participis sui complexum deperire patiatur. Et cum dicto lictorum opera la-

D queo profligatur. Et ne cuiquam antiquitatis uestigia prorsus exoleuisse credan-

Hagbyr Dani ce uocatur.

tur, prædictæ rei fides præsentibus locorũ indicijs exhibetur, quum & Hagbarthus pago uocabulũ extinctus intulerit, nec longe à Sigari oppido locus pateat, ubi plano paululũ agger elatior ueteris fundi instar protuberantis fumi speciem demonstrat. Sed & quidam Absaloni trabem se eo loci repertam uidisse narrauit, quam agrestis uomere glebam rimatus offendit. His auditis Hako Hamundi filius, quum in ultione fratrum arma ab Hybernien sibus in Danos translaturus uideretur, ab Hakone Sialandico Vuigeri filio, Starcatheroq; deseritur, quorũ post Regnaldi necem ad id usq; tempus auxilijs utebatur. Alter siquidem familiaritatis, alter originis intuitu mouebatur, diuersaq; ratio par ambobus studium pepererit. Hakonem nanq; ab inuasione patrię pietas deturbauit, quod ceteris aduersum exteros bellum gerentibus, ipse cum ciuibus pręliaturus uideretur. Starcatherus uero quod Sygari senilis hospitio usus fuerat, hostem agere supersedebat, ne beneficium iniuria afficere putaretur. Tantum enim quidam hospitalitatis gratiæ deferunt, ut ad molestiam eis inferendam adduci non possint, quorũ se quandoq; humanitatis officia expertos meminerint. Sed & Hako plus damni in fratrum nece, quàm pugilum defectione reponens, in portũ qui Danice Heruuig, latine Exercituũ sinus dicitur, classe collata, militem exponit, pedestremq; aciem instruit, quo loci nunc oppidum ab Hesberno constructũ, munimine suo præsidium accolis facit, aditumq; barbaræ feritatis eliminat. Deinde sparsis trifariã co-

Susa amnis.

pijs, geminam nauium partem, paucis remigio destinatis, ad Susam amnem præmittit, quę per obliquos aluei flexus ancipiti nauigatione progrediens, peditibus si res posceret subsidium ministraret. Ipse cum residuis pedestri itinere facto, sylue stribus maxime locis ne cerneretur, incessit. Quæ uia crebris quondam occlusa nemoribus, nunc partim aratris apta, tenui fruticũ raritate prætexitur. Et ne progressis in planum arboreum deesset umbraculum, ramalia ab eis incîdi gestariq; præcepit.

A præcepit. Præterea ne quid properantibus oneri foret, ueſtium partem ac uagi-
nas abijci, nudosq; gladios deferri iuſſit. Ob cuius facti memoriam ęternũ monti
uadoq; cognomen reliquit. Ita binas uigilum ſtationes nocturna progreſſione
fruſtratus, quũ in tertiam incidiſſet, mox ſpeculator inſolitum facti cõtemplatus
euentum, acceſſo Sigari cubiculo ſtupendæ rei nunciũ afferre ſe dixit, quod fron
des ac frutices humano more gradientes aſpiceret. Tunc percontatus rex quantũ
nemoris diſtaret aduentus, ut propinquum eſſe cognouit, hoc monſtro fatum ſi-
bi portendi ſubiunxit. Quo euenit ut ſucciſorum fruticum palus letalis publico
nuncuparetur eloquio. Igitur locorum anguſtias ueritus, relicto oppido conſpe-
ctiorem ſoli planitiẽ prælio hoſtes excepturus petiuit. Idem apud locum qui uul
go Vualbrunna, latine cadauerum uel ſtragis puteus appellatur, geſta infeliciter
pugna, protritus extinguitur. Tunc Haco uictoria in crudelitatem uerſa tanto fa
cinore fortunam proſequi cœpit, ut promiſcuæ cędis auidus, nihil conditioni aut
ſexui deferendum putaret. Sed neq; miſerationis aut uerecundiæ reſpectui indul
ſit, quo minus fœmineo ferrum cruore reſpergeret, matresq; cum liberis cõmuni
ſtragis ſæuitia uiolaret. His auditis Syualdus Sigari filius, quum paternis hacte-
nus penatibus inhæſiſſet, ultoris partes executurus exercitum contrahit. Igitur
Haco multitudinis concurſu conterritus, cum tertia agminis parte in Heruuig
claſſem repetens, maritimo ſibi diſceſſu conſuluit. Cuius collega Haco cognomi
ne Faſtuoſus, plus fiducię in recenti uictoria, quàm metus in Haconis abſentia re-
ponendum exiſtimans, mortemq; fugæ præferens, reſiduũ tutabatur exercitum.
Itaq; reductis pauliſper caſtris apud uillam Axelſtadam naualem diutile præſto-
latus occurſum, uenientium tardius ſociorum ſegnitiem cauſabatur. Nondum
enim ad deſtinatum portum immiſſa amni claſſis appulerat. Adeò autem Sigari
B clades Syualdiq; charitas promiſcuos plebis animos incitabant, ut utercq; ſe bello
ſexus impenderet, nec certamen crederes fœmineis caruiſſe præſidijs. Poſtera lu
ce Haco, Syualdusq; congreſſi, biduum extraxere pugna, in qua rebus atrociſſi-
me decertatis, utroq; duce proſtrato, Danorũ reliquias uictoria decorauit. Nocte
uero prælium inſecuta ad conſtituti portus receptaculũ claſſis Suſam rimata per-
uenit. Cuius alueum quondam remigijs peruium, nunc ſolidioribus elementis
concretum anguſtiæ limitant, ut uetante cõſtrictionis inertia rarus puppium ad-
mitatur ingreſſus. Diluculo nautæ ſociorum cadauera conſpicati, funerandi du-
cis gratia, collem ſpectatæ magnitudinis extruunt, quem uſq; nunc opinione cele
brem Haconis buſtum fama connominat. Quorum multitudinẽ Borcarus cum
Scanico repente equitatu aduenies, neci implicuit. Conſumpto hoſte uacuas re
migio rates inſtruens, Hamundi filium anhela præceps celeritate perſequitur.
Cuius congreſſu habito, contigit Haconem rebus infeliciter geſtis metu præci-
pitem in Scotorum patriam ternis euolare nauigijs, ubi decurſo biennio defun-
gitur. Talia rerum bellorumq; diſcrimina adeò regiam apud Danos gentem ex-
hauſerant, ut hanc ad ſolam Iuritham Alfi filiam, Sigari uero neptem redactam
eſſe conſtaret. Qui quum ſe conſuetæ nobilitatis regimine defectos uiderent, re-
gnũ popularibus tradunt, creatisq; ex plebe principibus Oſtmaro Scaniæ, Hun
dingo Sialandiæ procurationem attribuunt. In Hanonem Fioniæ dominiũ con-
ferunt. Penes Roricum atq; Haterum Iutiæ ſummam diſcreta poteſtate conſtitu-
unt. Quod ne lateat quo regum poſteritas fatore ſuccreuerit, occurrunt quædam
neceſſariò pauliſper perſtringenda digreſſu. Ferunt fortiſſimũ Suetonum Gun-
narum olim ob grauiſſimas cauſas Noruagię infenſum, laceſſendę eius licentiam
precibus impetratam maximis exaſperaſſe periculis, ac primum in Iather prouin
ciam propoſitos effudiſſe decurſus: quam partim flammis, partim cædibus im-
plicans omiſſis rapinis tantum obſitos cadaueribus calles ac fuſas cruore ſemitas

C permeare gaudebat. Nam quũ cæteri iugulis abſtinere, prædamq; magis quàm cædem affectare ſolerent, hic ſpoliis ſæuitiam anteponens, funeſtũ animi libitũ, humanis potiſſimum cladibus exercebat. Cuius atrocitate permoti incolæ, propinquum periculum publica deditione præuenirnt. Sed & rex Normanorũ Regnaldus ultimæ ſenectutis, audito tyranni ſtudio, filiam Drotam facto ſpecu claudendam curauit, aptumq; ei prouiſis in longũ ſumptibus famulitium tribuit. Sed & gladios exquiſita fabrorũ opera decuſatos, cum regia ſupellectile pariter antro mandauit, ne ferri uſum, quem ſibi inhabilem uideret, hoſti capiendum relinqueret. Et ne conſpicua caueæ pateret elatio, ſolidiori terræ tumorem æquabat. Ad bellum deinde profectus, quum ſenilibus membris in aciem deſcendere nõ poſſet, comitũ innixus humeris, alienis fulta gradibus ueſtigia proferebat. Igitur prælio cupidius quàm felicius geſto conſumptus, grauem ruboris cauſam patriq; reliquit. Vt enim Gunnarus deuictę gentis ignauiam inuſitata conditionis deformitate mulctaret, rectoris loco canem eis præponi curauit. Quo facto quid aliud eum aſſequi uoluiſſe putemus, quàm ut plenus ſuperbiæ populus inſolentiam ſuam manifeſtius puniri cognoſceret, dum obnixos latranti uertices inclinaret. Et ne quid contumeliæ deeſſet, ſatrapas procurauit, qui ſub eius titulo priuata ac publica negocia tuerentur. Cuius etiam iugi cõſtantiq; cuſtodiæ diſtinctos procerum ordines applicabat. Statuit inſuper, ut ſi quis aulicorũ ducis ſui deſpicabile duxiſſet obſequiũ, uariosq; diſcurrẽtis inceſſus plenis uenerationis obſequijs inſequi ſuperſediſſet, membrorũ clade ſupplicia lueret. Sed & geminum genti uectigal impoſuit, unum autumnalibus copijs, alterum uernali tempore perſoluendum. Ita Noruagienſiũ tumore exploſo obtentũ eſt, ut liquidius faſtus ſui detrimenta cognoſcerent, quem caninis adactũ obſequijs uiderent. Audiens autẽ regis filiam longinquis occluſam latibulis, omnibus ingenij neruis ad eam inueſtiD gandam cõtendit. Quo euenit, ut dum ipſe quoq; luſtrandi inter alios officio fungeretur, ſubterranei murmuris ſonum dubia procul aure colligeret, tunc ſenſim progreſſus certiorẽ humanæ uocis habitũ deprehendit. Cumq; ſubiectam pedibus humũ ad ſolidum fodi iuſſiſſet, ſubitò patente cauea cuniculatos animaduertit anfractus. Trucidatis itaq; famulis, dum detectos antri aditus tueri cupiũt, puella cum repoſitis inibi ſpoliis cauo extrahitur, quæ rerum admodũ prouida patrios duntaxat enſes ſecretioris cuſtodiæ tutamento tradiderat. Hæc à Gunnaro ſtuprum pati coacta, filium procreat Hildigerum, cui tanta paternæ crudelitatis æmulatio fuit, ut cædium ſemper appetens, & humanis ſolum intentus excidijs, immenſa fundendi cruoris cupidine ſuſpiraret. Igitur ob intolerabiles ſæuitię mores à patre proſcriptus, moxq; ab Aluero tyrannide donatus, finitimos bellis ac cædibus implicando omne ætatis tempus armis exegit, nihilq; exilij conditione ex conſueto crudelitatis habitu remittens, animum cum loco mutare paſſus non eſt. Interea Borcarus Regnaldi filiæ Drotæ matrimoniũ per uim à Gunnaro occupatum expertus, coniuge eum, uitaq; priuat, ac ſibi Drotam connubio ſociat, quæ etiam ægre nuptijs aſſenſa non eſt, quod parentis ultorem iure complexura uideretur. Neq; enim lugentis patrem filiæ eius interfectori uoluptuoſus poterat obtemperare conſenſus. Huius Bocarique filius Haldanus fuit, cuius iuuentæ inſtia ſtoliditatis opinione referta fuere, ſequens uero ætas fulgentiſſimis operũ inſignibus illuſtris euaſit, maximisq; uitæ ornamentis inclaruit. Adoleſcẽs pugilem ingenuæ famæ, quod ab eo pueriliter obludens colapho percuſſus eſſet, geſtami ne quod in manu habebat petitum oppreſſit. Quo facto futuros operum titulos auſpicatu præteritę uitæ contemptum in ampliſſimũ ſequentis fulgorem conuertit. Ea quippe res bellicorũ eius inſignium magnitudinem augurata eſt. Ea tempeſtate Rotho Rutenorũ pirata patriam noſtram rapinæ & crudelitatis iniurijs

profligabat.

A profligabat. Cuius tam insignis atrocitas erat, ut cæteris extremæ captorum nuditati parcentibus, hic etiam secretiores corporũ partes tegminibus spoliare deforme non duceret. Vnde graues adhuc, immanesq; rapinas Rothoran cognominare solemus. Sed & torquendi interdum hunc supplicij modum adhibere solebat, ut dextris eorum pedibus terræ tenacius affixis, læuos curuatis deinduſtria ramis annecteret, quorum salacitas medij corporis distractione recurreret. Quẽ Fioniæ rex Hano dum speciosos sibi titulos conscisscere cupit, maritimis uiribus oppugnare conatus, fugam uno comitatus ingreditur. In cuius exprobrationem prouerbium manauit, in proprio plus lare Hanonẽ ualere. Tunc Borcarus ulteriorem ciuium iacturam inspectare non passus, Rothoni se obijcit, quorũ ut mutuum bellum, ita etiam exitium fuit. Eadem pugna Haldanum grauiter affectum fama est aliquandiu susceptis oblanguisse uulneribus, è quibus unum euidentius ori inflictum habebat. Quod adeò cicatrice conspicuũ erat, ut cæteris medela recreatis, patentiori quadam lentigine teneretur. Oblisam quippe labelli partem ita uerrucæ uitium ulcerabat, ut eius rimosa tabes carnis excremento sarciri nequiret. Quæ res ei plenum cõtumeliæ cognomẽ impressit, quum potius uulnera aduerso corpore excepta laudem quàm dedecus afferre soleant. Adeò maligna uirtutum interpres uulgaris interdum existit opinio. Interea Alfi filia Guritha, quũ regiam stirpem ad se solam redactam animaduerteret, neminemq; cui nuberet nobilitate parem haberet, nuncupatis uotis uoluntariã sibi castimoniã indixit, concubituq; carere quàm ex plebe maritũ adscisc ere satius duxit. Quinetiã cauendæ niiuriæ gratia conclaue suum electo pugilum agmine tutabatur. Ad quam quũ Haldanus semel forte ueniſſet, abessentq; pugiles, quorum ipse fratrem impubis extinxerat, oportere eam, inquit, soluto uirginitatis uinculo, castimoniæ rigorem

B rebus permutare uenereis: ne ita pudicitiæ uotis indulgeat, ut lapsa regni gubernacula copulæ suæ beneficio reparare contemnat. Se ergo nobilitatis splendore conspicuũ nuptialibus ab ea uotis respici iubet, quod ob dictam causam uoluptati aditum datura uideatur. Ad hæc Guritha adduci se non posse retulit, ut regiæ nobilitatis reliquias inferioris ordinis uiro copulare sustineat. Nec generis obscuritatem exprobrasse contenta, etiam oris deformitatem improperat. Haldanus geminum ab ea sibi uitium obiectari subiunxit, unum quod sanguine parũ niteret, alterum quod rimosi oris iacturã inexpleta cicatrice præferret, ideoq; non prius se postulandæ eius gratia redituru, quàm utranq; notam parta armis claritate terſisset. Obsecrat quoq;, ne cui tori cõniuentiam præberet, antequam reditus, interitus'ue sui certitudinem nuncio cognouisset. Quem athletę fratre iampridem ab eo spoliati Gurithæ locutum indigne ferentes, discedentem equis insectari conãtur. Quo uiso, cõmilitibus latebram petere iussis, se solum pugiles excepturũ dicebat. Morantes asseclas imperioq; obsequi deforme ducentes minis abigit, præfatus nõ cõperturam Guritham pugnam à se formidine detrectari. Mox quercu succisa, atq; in clauę habitum redacta, solus cum duodecim manũ conseruit, eosq; spiritu spoliauit. Quibus peremptis tam præclari operis titulis non cõtentus, maioris ædendi gratia auitos à matre gladios recepit, quorum alter Lyusingus, alter Huuytingus ob collimati acuminis nitorem uocabulum habuit. At ubi inter Aluerum Suetiæ regem, Rutenosq; bellum flagare cognouit, è uestigio Rusciam petit, oblatoq; incolis auxilio, summa cum omnium dignatione suscipitur. Sed nec procul Aluerus agebat, breui locorum traiectu paruulam internectente distantiam. Cuius miles Hildigerus Gunnari filius Rutenorum pugilibus ad secũ dimicandum prouocatis, cum Haldanum offerri animaduerteret, eiusq; se fratrem esse non ignoraret, pietatem fortitudini prætulit, secq; septuaginta pugilum oppressione conspicuum, cum homine parum spectato manum conserturum ne

Haldanus duodecim pugiles quercu obtruncat.

C gauit. Iubet itaq; eum minorũ se rerum experimentis metiri, ac deinde æqua uiri
bus studia consectari. Hæc autem non uirtutis diffidentia, sed integritatis seruan
dæ gratia astruebat, quum non solum acerrimus, uerumetiam hebetandi carmini
bus ferri peritus existeret. Quippe quum ab eius patre suum oppressum memi-
nisset, affectusq; geminos, unum paternæ ultionis, alterum fraternæ charitatis ha
beret, prouocationi cedere quàm maximo implicari scelere satius duxit. Cuius
loco alium Haldanus athletam deposcens, exhibitum iugulat, moxq; ei etiam ho
stium suffragio uirtutis palma decernitur, omniumq; fortissimus publica procla
matione censetur. Postera die duobus in pugnam petitis, ambos obtruncat. Ter
tia luce ternos expugnat. Quarta, quatuor secum congressos exuperat. Quinta
uero quinos expostulat. Quibus oppressis, quum ad octauam similibus pugnæ
& uictoriæ incrementis peruentum esset, undecim simul admissos prosternit: cui
Hildigerus quod operum suorum titulos uirtutum eius magnitudine æquatos
uideret, congressum ulterius negare non passus, quum ab eo obducto pannicu
lis ferro mortificum sibi uulnus inflictum animaduerteret, abiectis armis humi
decumbens, tali fratrem uoce compellat:

Collibet alternis deuolui fatibus horam,
Et ferro pausante solo subsidere paulum,
Alternare moram dictis animosq; fouere.
Restat proposito tempus, nam fata duorum
Fors diuersa tenet, alium discrimine certo
Sors feralis agit, alium potioribus annis
Pompa decusq; manent, & agendi temporis usus.
Sic sibi diuiduum partes discriminat omen.
Danica te tellus, me Sueticus edidit orbis.
D Drot tibi maternum quondam distenderat uber,
Hac genitrice tibi pariter collacteus exto.
En pia progenies trucibus concurrere telis
Ausa perit, sudo pro nati sanguine, fratres
Illata sibi cæde ruunt, dum culmen auentes
Tempore deficiunt, sceptriq; cupidine nacti
Exitiale malum socio stygа funere uisent.
Ad caput affixus clypeus mihi Sueticus astat,
Quem specular uernans uarij cælaminis ornat,
Et miris laqueata modis tabulata coronant.
Illic confectos proceres, pugilesq; subactos,
Bella quoq;, & nostræ facinus spectabile dextræ
Multicolor pictura notat: medioxima nati
Illita conspicuo species cælamine constat,
Cui manus hæc cursum metæ uitalis ademit.
Vnicus hic nobis hæres erat, una paterni
Cura animi, superoq; datus solamine matri.
Sors mala quæ lætis infaustos aggerit annos,
Et trisum mœrore premit, sortemq; molestat.
Lugubre enim ac miserum est deiectam ducere uitam,
Et tristes spirare dies, omenq; dolere.
Sed quæcunq; ligat Parcarum præscius ordo,
Quæcunq; arcanum superæ rationis adumbrat,
Seu quæ fatorum serie præuisa tenentur,
Nulla caducarum rerum conuersio tollet.

His

His dictis quum ab Haldano ob tam ſeram fraterni uinculi confeſſionem iner tię damnaretur, idcirco ſe ſilentio uſum eſſe dicebat, ne aut pugnam detrectando ignauus, aut cõmittendo ſceleſtus exiſtimari poſſet. Talibus excuſationis uerbis intentus extinguitur. Sed apud Danos Haldanum ab Hildigero proſtratum rumor ædiderat. Poſt hæc Gyuritha, quæ regij ſanguinis ſola apud Danos ſupererat, quum à Siuaro Saxonicæ gentis nobiliſſimo poſtulari cœpiſſet, latenterq; ei Haldanum præferret, conditionem pro eo intulit, ne ſuum prius connubium peteret, quàm Danorum regnum membratim diuiſum in unum corpus redigeret, idq; ſibi per iniuriam ereptum armis reſtituiſſet. Quod fruſtra tentante Siuaro, omnibus arbitris pecunia ab ipſo corruptis, tandem ei deſpondenda cõceditur. Quod Haldanus apud Ruſciam per negociatores expertus, tanto ſtudio nauigationi incubuit, ut nuptiarum tempus aduentu præcurreret. Quarum prima die regiã petiturus præcepit, ne comites prius à conſtitutis ſibi mouerẽtur excubijs, quàm ferri ſtridorem eminus aure perciperent. Cumq; conuiuis parum cognitus coram uirgine cõſtitiſſet, ne uulgaris eloquij nuditate pluribus intellecta depromeret, in hunc modum abſtruſa carmen ambage compegit:

Patris ſceptra relinquens Nil figmenta uerebar
Commenti muliebris Aſtus fœmineiue,
Vnum quando duosq; Tres ac quatuor & mox
Quinos indeq; ſenos Poſt ſeptem ſimul octo
Vndenos quoq; ſolus Victor Marte ſubegi,
Sed nec tunc fore rebar Probri labe notandus
Promiſſi leuitate, Pactis illicibusq;.

Ad hæc Gyuritha.

B Fragili moderamine rerum
Animus mihi pendulus hæſit
Trepida leuitate pererrans:
Tua fama uolatilis, anceps,
Varijsq; relatibus acta,
Dubium mihi pectus inuſſit,
Teneri tibi temporis annos
Gladio perijſſe uerebar,
Poteram ne reſiſtere ſola
Senioribus atq; magiſtris
Prohibentibus iſta negari
Thalamoq; monentibus uti?
Manet & Venus, & calor idem
Socius tibi, parq; futurus:
Nec ab ordine ſponſio ceſſit
Aditus habitura fideles.

Neq; enim ulla adhuc te fefellit promiſſio, quanquam ſola multiplicis ſuadelæ conſilia detrectare non poſſem, & in iugalis copulæ receptione monitis obuiare cenſorijs. Necdum reſponſum uirgo complebat, & iam ſponſum Haldanus ferro tranſuerberat. Nec unum oppreſſiſſe contentus, maximam conuiuarum partem obtruncat. In quem quum Saxones ceſſim ebrietate labantes irruerent, à ſuperuenientibus eius uernaculis trucidantur. His geſtis Gyuritha potitur: quam quum ſterilitatis uitio obnoxiam animaduerteret, maximamq; prolis creandę cupidinem haberet, conciliandæ ei fœcunditatis gratia Vpſalam petit, reſponſoq; monitus ſuſcitandæ ſobolis cauſa fraternis primũ manibus parentare, poſtquam

C oraculo paruit, optatæ rei solatium impetrauit: siquidem filium ex Gyuritha susceptit, cui Haraldo uocabulum aptauit. Cuius titulo Danorũ regnum principũ iniurijs laceratum ad pristinum dominationis habitũ reuocare conatus, dum bello apud Sialandiam gesto, Vuesetum præcipue opinionis athletam in acie oppugnat, occiditur. Quo uiso Gyuritha, quum prælio ob filij charitatem sub uirili habitu interesset, eundem fugientibus socijs cupidius dimicantem ad propinquum nemus humeris deportandum curauit. A cuius insectatu plurimum hostes lassitudo prohibuit, quorum aliquis dependentis pigam sagitta confixit. Igitur Haraldus plus ruboris sibi, quàm opis materna cura allatum existimauit. Qui quũ eximiæ formæ, præcipuæq; magnitudinis esset, coæuisq; robore & statura præstaret, tantam Othini, cuius oraculo æditus uidebatur, indulgentiam expertus fuerat, ut integritatis eius habitus ferro quassari non posset. Quo euenit ut uulnifica alijs tela, ad læsionem ei infligendã inhabilia redderentur. Nec præmij inops beneficiũ fuit, animas quippe ei quas ferro corporibus eiecisset, pollicitus prodi tur. Idem in monimentum patris eius res gestas apud Blekygiam rupi, cuius memini, per artifices mandare curæ habuit. Post hæc quũ Vuesetum apud Scaniam nuptias acturum audiret, easq; sub egentis specie petiuisset, finito noctium conuiuio, omnibusq; mero ac somno sopitis, nuptialem thalamum trabe pertudit, cuius buccam Vuesetus ita absq; uulneris inflictione fuste quassauit, ut binis eam dentibus uacuefaceret. Quorum iacturam postmodum insperata molarium eruptio farciebat. Hic euentus Hyldetam ei cognomen imposuit, quod eum quidã ob eminentem dentium ordinem assecutum affirmant. Illic occiso Vueseto Scaniæ dominium adipiscitur. Inde Hatherum apud Iutiam oppugnatum extinxit, cuius occasum perpes oppidi uocabulũ indicat. Post hæc Hundingo, Roricoq; D prostratis Lethrã occupat, distractumq; Daniæ regnũ in pristinum corpus reformat. Deinde Vuicarorũ regem Asmundum à sorore natu maiorem regno spoliatum comperiẽs, pendente bello tanta fœminæ petulantia concitatus, sola naue Noruagiam Asmundo opem laturus accedit. Cõmisso prælio purpurea amictus lacerna, mitraq; auro uariata capillitium redimitus, in hostem progreditur, ita armorum loco tacita fortunæ conscientia fretus, ut conuiuali potius quàm bellico cultu instructus uideretur. Sed nec apparatui ingenium respondit. Inermis siquidem ac regijs duntaxat insignibus ornatus, cœtus anteibat armigeros, expeditamq; pugnandi copiam feruentioribus belli periculis obiectabat. Directa nanq; in eum spicula, ac si retusi acuminis essent nocuo cassabantur effectu. Cumq; ceteri præliantis inermitatem aduerterent, impressione facta, ad eum acrius impetendum pudore coguntur. Quos Haraldus corpore integer, aut ferro consumpsit, aut fugam arripere coëgit, sicq; regnum Asmundo prostrata eius sorore restituit. A quo oblatis sibi uictoriæ præmijs, solam gloriæ mercedem sufficere dixit, tantumq; se in repudiandis muneribus gessit, quantum egerat in promerendis. Quo facto non minorem omnibus continentiæ suæ, quàm fortitudinis admirationem incussit, claritatem se, nõ pecuniam ex uictoria percepturum testatus. Interea rex Sueonum Aluerus decedit, Olauo, Ingone, & Ingeldo filijs relictis: quorum Ingo paternæ hæreditatis titulis non contentus, proferendi imperij gratia Danis bellum denunciat. Cuius euentũ Haraldo oraculis explorare cupienti, senex præcipue magnitudinis, sed orbus oculo obuius extitit, qui hispido etiam amiculo circumactus Othinum se dici, bellorumq; usu callere testatus, utilissimum ei centuriandi in acie exercitus documentum porrexit. Iussit igitur ut terrestribus bellum copijs æditurus, uniuersam aciem in tres turmas diuideret, quarum unamquanq; uicenarij ratione densaret, mediam uero uiginti uirorum numero

Acierum instructio.

mero reliquis porrectiorem extenderet, quam etiam in coni siue pyramidis acumen digerens, alarum receſſus utrinq; ſecus diſcretis ambagibus obliquaret. Cui ſuſlibet uero turmæ ſeriem hac ratione contexeret, ut à duobus frons inchoans, conſequentibus locis unitatis duntaxat incremẽta reciperet, & quidem in ſecunda linea tres, in tertia quatuor, eodemq; modo poſterius ordinandos, habita congreſſione ſtatueret, ſicq; cõſequentes gradus idem proportionis tenor inſtrueret donec coniunctionis extremitas alas æquaret: ornu uero quodlibet denis ab eo ordinibus formaretur. Poſt has item turmas inſtructã iaculis iuuentutem admitat, à cuius tergo grandæuorũ cohortem adhibeat, quæ labantes ſociorũ uires ueterana quadam uirtute firmaret. Deinde funditorũ alas gnarus locorum ſupputator annecteret, qui poſt ſodalium agmina cõſiſtentes, eminus hoſtem tormentis inceſſerent. Poſt quos cuiuſlibet ætatis aut ordinis homines abſq; cõditionis æſtimatione paſſim adſciſceret. Cæterũ poſtremã aciem ternis ad inſtar primæ cornibus interſtinctã, ſimiliq; graduũ proportione digeſtam explicet. Cuius tergũ ſuperiori coniunctũ agmini, ipſum auerſæ frontis obſtaculo tueretur. At ſi nauale fortè prælĩ incidiſſet, partẽ claſſis ſecerneret, quæ eo propoſitos inchoante cõflictus multiuola rates hoſticas reflexione circũdaret. His diſciplinæ militaris ratiõnibus inſtructus, Ingonem, Olauumq; bellũ parantes, anticipatis apud Suetiam rebus, oppreſſit. Quorũ fratri Ingeldo ſub aduerſæ ualetudinis ſimulatione belli inducias per legatos poſcẽti poſtulata conceſſit, ne uirtus quæ mœſtis rebus parcere didiciſſet, humilis ac iacentis fortunæ temporibus inſultaret, à quo poſtmodum raptæ ſororis iniuria laceſſitus, quum diu bellis eum ancipiti uictoria fatigaſſet, in amicitiam adciuit, ſociumq; quàm hoſtem habere ſatius duxit. Poſt hæc
B quũ inter Olauũ Throndorũ regem, uirgines q; Sticlam & Ruſilam regnum bello decertandum audiret, fœminea admodũ præſumptione permotus, clàm arbitris eum acceſſit, cultuq; quo dentiũ prolixitatem obnuberet ſumpto, pugnã uirginibus intulit. Quarũ utraq; proſtrata binis portubus affine earũ uocabulis nomen reliquit. Tum uero conſpectiſſimũ uirtutis argumentum exhibuit. Quippe ſubarmali tantũ ſubucula fretus, inermem telis thoracem oppoſuit. Igitur Olauo uictoriæ ſibi præmiũ offerente beneficium repudiauit, ſicq; fortitudinis an continentiæ maius ſpecimen dederit, incertum reliquit. Deinde Freſicæ gentis athletam Vbbonem nomine lutiæ fines crebra populariũ ſtrage uaſtantem adortus, quum armis ſubdere non poſſet, milites ad eum manibus capiendũ hortatus, humi proſtrauit, uictumq; compedibus tradidit. Ita quem paulò ante grauiſſimam ſibi cladem allaturũ putauit, deformi expugnationis genere ſuperatum obtinuit. Quem ſorore ei in matrimonium data militem nactus, finitimos Rheno populos tributo ſubmiſit, militemq; ex eius gentis fortiſſimis legit. Quo fretus bello Sclauiam preſſit, eiusq; duces Duc & Dal ob uirtutem capi potius quàm occîdi curauit. Quibus in cõmilitium receptis, Aquitaniam armis perdomuit, moxq; Britanniam petens, Humbrorum rege proſtrato, promptiſſimos quoſq; deuictæ iuuentutis adciuit. Quorũ præcipuus Orm cognomento Britannicus habebatur. Hac rerum fama athletas è uarijs orbis partibus accerſitos in mercenariam manũ redegit. Quorum frequentia actus, adeò regnorum omnium motus nominis ſui terrore cohibuit, ut eorum rectoribus mutuum conſerendæ manus auſum excuteret. Sed nec quiſquam maris dominationem abſq; eius nutu uſurpare præſumpſit. Quippe quondam in Danorũ republica diuiduum terræ & pelagi imperiũ fuit. Interea apud Suetiam moritur Ingeldus, Ringone, quem ex Haraldi ſorore ſuſtulerat, paruulo admodum filio relicto, quem Haraldus paterno regno datis ei tutoribus præfecit. Ita prouincijs principibus q; perdomitis, quinquaginta annos in ocio habuit. Quorum quiete ne militum animos in deſidiam reſolui pate-

C retur, assidue eis cauendi, inferendiq; ictus ratione à gladiatoribus perdiscendã constituit. Quorũ quidam insigni dimicationis arte callentes, aduersæ frontis supercilium infallibili ictu ferire solebant. Quo si quis recepto uersilitate palpebræ timidius cõniueret, mox aula eiectus stipendijs defungebatur. Hisdem temporibus Olonem Syuardi filiũ Haraldi sorore æditũ in Daniam è Noruagiæ finibus conspiciendi auunculi cupido perduxit. Quem quia primũ in Haraldi clientela habitum, post bellum uero Sueticum Danicarũ rerum imperio potitum constat, proposito paulisper attinet, quæ de eius operibus memoriæ sunt prodita, recense re. Igitur Olo tertium ætatis lustrum apud patrem emensus, quantum animi corporisq; dotibus inclaruerit, incredibile reddidit. Præterea adeò uisu efferus erat, ut quod alij armis, ipse oculis in hostem ageret, ac fortissimũ quenq; uibrante luminum acritate terreret. Cui quum nuncio delatũ esset Gunnonẽ Thelemachiæ ducẽ cum filio Grimone nemus Ethascog, quod & fruticibus prędensum & uallibus quammaxime opacũ erat, per latrocinium obsidere, facinoris indignatione cõmotus, cum cane & equo parabilem à patre armaturam deposcit, iuuentam damnans, quæ debitũ uirtuti tempus inertia dilabi pateret. Quibus impetratis, prędictam syluam arctissime speculatus, hominis uestigia niui altius impressa cognoscit. Quippe latronis incessum pruina gressu uiolata prodiderat. Qua duce usus superato montis cliuo præcipuæ grandítatis amnem offendit. Quo pristinam humani uestigij speciem auferente, traiectu utendum constituit. Verum ipsa aquæ moles rapidiore lapsu præcipiter agens undas, difficultate transitũ negare uidebatur. Siquidem occultis cautibus frequens omnem aluei tractum spumeo quodam uolumine turbidabat. Sed ex animo Olonis periculi metum festinationis cupido detraxerat. Igitur ubi domitus uirtute timor, contemptũq; temeritate periculum, nihil quod animo libitum foret actu difficile ratus, stridulos equo uortices
D superauit. Quos emensus in angustias paludibus undiq; secus ambitas incidit. Quarum interna facile peti præiecti aggeris obstaculũ non sinebat. Trans quem leuato equo frequens stabulis repagulum animaduertit. Vnde egesto equorum grege, suũ inducere cupiens, à Tokone quodã, seruus hic Gunnonis erat, adeò aduenam insoleuisse dolente acrius impetitus, oppugnantẽ solo clypei frustrabatur obiectu. Quem ferro opprimere deforme existimans, apprehensum, artuatimq; cõfractum, tecto quo præceps excesserat, transuersum iniecit. Qua ignominia Gunno ac Grimo ocyus incitati, diuersis elapsi posticis pariter in Olonẽ cum contemptu ætatis eius ac uirium ruunt. A quo letaliter uulnerati, quum corporis admodum uiribus deficerent, Grimo supremi uix spiritus potens, ac toto penè uigore defunctus, carmen hoc extremo uocis singultu contexuit:

Simus nempe licet corpore debiles,
Elapsusq; cruor robur obhauserit,
Quum nunc elicitus uulnere spiritus
Vix sensim lacero pectore palpitet,
Discrimen moueo temporis ultimi,
Per nos intrepidis clareat ausibus,
Ne conflictum aliquis fortius æditum,
Pugnatum'ue magis dixerit uspiam.
Et certamen atrox arma gerentibus
Quum per busta caro fessa quieuerit,
Famæ concilíet præmia perpetis.
Prima hostis scapulas sectio comprimat,
Et ferrum geminas abripiat manus,
Vt quum nos stygius Pluto receperit,

Olonem

Olonem quoq; par exitus occupet,
Et commune tribus funus inhorreat,
Vna trium cineres urnaq; contegat.
Hactenus Grimo. Cuius inuictum pater spiritum æmulatus, ut fortissimam filij uocem mutua adhortatione prosequeretur, sic cœpit:
Quanquam defectis ad summum sanguine uenis,
Extet in occiduo corpore uita breuis,
Taliter extremæ uigeat contentio pugnæ,
Vt laudem nostri non sinat esse breuem.
Ergo humeros hostis & brachia framea primum
Impetat, ut manuum debilitetur opus.
Sic commune tribus dabitur post fata sepulchrum,
Et socios cineres par tribus urna teget.
His dictis ambo genibus nixi, nam fati propinquitas uires hauserat, cõminus cũ Olone cõfligere summopere niti, ut perituri morte hostem æquare possent, floc cipendere fatum dummodo eum à quo occidebantur socio amplecterentur occa su. E quibus Olo, alterum ferro, alterum cane cõsumpsit. Sed ne ipse quidem incruentam gessit uictoriam, quum hactenus integer, tum demum aduerso uulnus corpore suscepisset. Quod sedulo cane perlinctũ recuperata corporis firmitate, mox ad uulgandam uictoriæ suæ fidem ipsa latronum cadauera patibulis ingesta latius inspectanda constituit. Cæterũ castro potitus, quicquid inibi prædæ reperit, clandestinæ custodiæ traditum futuris usibus asseruauit. Ea tempestate Scati & Hiali fratrũ insolens luxus eò petulantiæ prorepsit, ut excellentis formæ uirgines parentibus ereptas concubitu uiolarent. Quo euenit ut Esam quoq; Olaui
B Vuermorum reguli filiam raptui destinantes patri mandarent, si illam externæ libidini famulari nollet, per se, alium ue quempiam pro tuenda prole decerneret. Quod quum Olo nuncio comperisset, oblata pugnæ facultate gauisus, Olaui penates agrestium cultum mutuatus accedit. Vbi quum inter extremos discubitu frueretur, mœrentẽ regis familiam conspicatus, eius filio deindustria propius accersito, quid ita cæteri luctuosa facie essent, inquirit. Quo sororis suæ pudicitiã nicuiuspiã defensio ocyus intercederet, proxime per acerrimos pugiles profanandam dicente, percontat̃ rursum quid præmij recepturus foret, qui salutem suam pro uirgine deuoueret. Super quo Olauus per filium interrogatus, filiam propugnatori cessuram respondit. Quæ uox præcipuam Oloni subeundi discriminis cupidinem attulit. Consuerat autem uirgo hospitum uultus propius accedendo quamcuriosissime prælato lumine cõtemplari, quo certius susceptorũ mores cultumq; perspiceret. Eandem quoq; creditum ex notis atq; lineamentis oris cõspectorum perpendisse prosapiam, solaq; uisus sagacitate cuiuslibet sanguinis habitũ discreuisse. Quæ quum Olonem scrutabundis aggressa luminibus cõstitisset, inusitato oculorũ eius horrore perstricta, penè exanimis concidit. Atubi sensim redditus uigor, spiritusq; liberius in ea re cœperat, rursum iuuenem conspicari conata, lapso repente corpore ceu mente capta procubuit. Tertio quoq; dum clausam deiectamq; aciem attollere nititur, non modo oculorum motu, certe etiam pedũ regimine defecta, subito lapsu decidit. A deò uigorem stupor hebetat. Quo uiso Olauus cur toties casum corpore præbuisset interrogat. Qua se truculento hospitis uisu perculsam testante, eundemq; & regibus ortũ, & si raptorum uota refellet suis perquam dignum amplexibus asserente, rogatur à cunctis Olo, nam os pileo obnuptum habebat, discusso uelamine cognoscendi capitis notas præbere. Tum ille cunctis mœrorem deponere, animumq; procul à dolore habere iussis, detecta fronte auidius omnium in se oculos eximiæ pulchritudinis ad-

C miratione deflexit. Flaua quippe cæsaries, nitentiq; capillitio erat. Cæterũ pupillas ne uisentibus formidini forent, palpebris arctius obstringendas curabat. Crederes repente animis spe meliorũ erectis tripudiare conuiuas, dissultare aulicos, summamq; ægritudinem effusa mentium hilaritate conuelli. Igitur spe metum leuante altera conuiuij facies, nec quicquam initio par aut persimile fuit. Ita benignum unius hospitis promissum, cõmunem omnium formidinem propulsabat. Inter hæc Hiallus & Scatus cum decem uernaculis superuenientes, tanquam puellam ilico sublaturi tumultuoso cuncta clamore miscebãt, regem ni filiam in expedito sisteret, euocantes in pugnam. Quorum debacchationem protinus Olo sponsione certaminis excipit, conditione adiecta, ne quis furtim tergum dimicantis incesseret, sed aduersis tantum pugna cõgressibus staret. Deinde gladio Logthi dicto, solus duodecim prostratis maius adolescente opus ædidit. Cæterum pugnæ locum insula dabat stagni mediũ tenens, unde nõ longe uicus abest, qui clarens, præbet. Igitur puella sibi in præmium uictoriæ data, quũ filium ex ea sustulisset, Omundum repetendi patris licentiam à socero nactus, postquam patriam à Thorone regulo per Tostonem Victimarium & Leotarum cognomine prædi tum oppugnari cognouit, ad conserendam cum eis manum solo satellite muliebriter culto contentus, perrexit. Cumq; non longe Thoronis ædibus abesset, suũ comitisq; ferrum cauatis baculis condendum curauit. At ubi regiam subijt, uerũ oris habitum adulterina specie supprimens, obtritũ annis hominem simulabat. Apud Syuardũ uero se Egentium regem fuisse, filijq; eius Olonis odio pertinacius actum exulare dicebat, quem mox aulicorũ plericq; regis nomine consalutantes, genibus nixi manus ei per ludibriũ offerre cœperunt. Quibus ille quod ioco
D gesserant ratum habere iussis, ferro quod baculis inclusum gestabant erepto, regem inuadit. Itaq; pars Olonem iuuare, iocum pro serio ducere, nec fidem perludibrium præstitam uiolare. Complures uoti uanitate rescissa, à Thoronis partibus stare. Igitur anceps, intestinumq; prælium oritur. Denicq; Thorone non minus suorum quàm hospitis armis oppresso, Leotarus letaliter saucius uictorem Olonem tam ingenio uiuidum, quàm acrem operibus iudicans, Vegeti cognomento donauit, eundem fraudis exemplo, qua circa Thoronem usus fuerat, periturum uaticinans: indubitanter quippe domesticis occasurum insidijs. Et cum dicto repente exanimatus est. Itaq; suprema morientis uox futurum uictoris exitũ augurij sagacitate complexa dinoscitur. His gestis Olo non prius se patri restituit, quàm pacem eius penatibus reportauit. A quo recepta pelagi dominatione, septuaginta maritimos reges nauticarũ uirium certamine consumpsit, inter quos Biruillus & Huiruillus, Thoruillus quoq;, Nef & Onef, Reduarthus, Randus atque Erandus præcipui noscebantur. Cuius rei fama ac titulo pugiles, quorum omne fortitudini studium inhiabat, accensos, ad firmandam secũ societatem frequentes adduxit. Quinetiam effrenati ingenij iuuenes claritatis cupidine concitatos stipatores adciuit, inter quos Starcatherum summa dignatione susceptum familiarius quàm utilius colebat. His uiribus instructus ita finitimorũ regum petulantiam opinionis suæ magnitudine castigauit, ut ijsdem gerendorũ inuicem bellorum manus curam audaciamq; detraheret. Post hæc ad Haraldum profectus, ab ipsoq; maritima prælatione donatus, tandem Ringoni in comilitium delegatur. Eodem tempore Bruno quidam omnium Haraldi consiliorum unicè particeps ac conscius habebatur. Huic ipse & Ringo quoties secretiore nuncio opus habebant, mandata credere consueuerant. Quem familiaritatis gradum educationis & crepundiorum consortione adeptus fuerat. Quo fluminis cuiusdam aquis inter assiduos profectionum labores assumpto, Othinus eius nomine

A & habitu ſubornatus inſidioſę legationis cura arctiſſimam regum concordiam labefactauit, tantaq; inimicitias ſerentis fallacia fuit, ut amicitia ac neceſſitudine uinctis mutuum odij rigorem ingeneraret, quod abſq; bello ſatiari non poſſe uidere tur. Primum apud eos tacita adoleuere diſſidia, donec uulgatis utrinq; ſtudijs, arcanus in publicũ liuor erumperet. Denunciatis itaq; inimicitijs, colligendis belli inſtrumentis ſeptem anni ceſſere. Sunt qui Haraldum nõ liuoris impulſu, aut regni ęmulatione, ſed induſtrio quodã ſpontaneoq; conatu clandeſtinas exitij cauſas quæſiuiſſe teſtantur. Quũ enim ob ſenectã, ſeueritatemq; ciuibus etiam onuſtus exiſteret, ferrum morbi cruciatibus anteponens, ſpiritum in acie quàm lectulo deponere præoptauit, conſentaneum præteritæ uitæ operibus exitum habiturus. Itaq; quo mortem ſuam clariorem efficeret, inferosq; comitatior peteret, cõplures fati conſortes adſciſcere geſtiebat, futuræ cladis materiã ultronea belli inſtructione molitus. His ergo de cauſis tam propriæ, quàm alienæ necis auiditate correptus, ut par utrobiq; ſtrages incideret, pares utrinq; copias inſtaurauit, aliquanto fortius Ringoni robur applicans, quem uictorem ſupereſſe maluerat.

HISTORIAE DANICAE LIBRI SEPTIMI FINIS.

SAXONIS GRAMMATICI HISTORIAE DANORVM LIBER VIII.

B HISTORIAM belli Suetici Starcatherus, qui & eiuſdem prę-
cłij præcipuũ columen erat, primus Danico digeſſit eloquio, memoriæ magis quàm literis traditum. Cuius ſeriem ab ipſo pro more patrio uulgariter æditam, digeſtamq; latialiter complecti ſtatuens, in primis præſtantiſſimos utriuſq; partis proceres recenſebo. Neq; enim mihi multitudinem complecten di cupido inceſſit, quam ne præciſe quidem numerus capit. Et prius eos qui ab Haraldi partibus ſteterant, mox qui ſub Ringonis ſtipendijs egerant, ſtilo retexam. Igitur ex ducibus qui ad Haraldum coierant clariſſimi noſcitantur Suen, ac Sambar, Ambar, & Elli, Rati, Fionicus, Salgarthus, & Roẽ, quem barbæ prolixitas cognomento inſignẽ effecit. His accedunt Skalo Scanicus, & Alf Aggi filius, quibus iungũtur Oluir latus, & Gnepia uetulus. His annumeratur Gardhſtang oppidi cultor. cui adijciunt neceſſarij Haraldi Blend ultimæ Tyles incola, ac Brandmicæ cognomen habens. Hiſdem ſociantur Thorny cum Thoruingo, Tatar atque Hialto. Qui quidem nauigio Lethram aduecti inſtructis ad bella corporibus, ingenij quoq; uirtute pollebant, proceritatis habitũ animorum exercitijs æmulantes. Quippe ſpicula arcuum, balliſtarumq; tormentis excutere, ac plerunq; uiritim cum hoſte decernere, poëſes quoq; patrio ſermone cõtexere promptiſſime calluerunt, adeò animũ cum corpore impenſa exercitatione coluerant. E Lethris autẽ prodiere Hortar, Borrhyq;, præterea Belgi cum Begatho. Quibus adiecti ſunt Bari ac Toli. Atsle oppido cũ Hacone genã ſciſſo ſub Hetha Vuiſnaq; ducibus Tummi uelificator exceſſerat, quarum muliebri corpori natura uirilem animũ erogauit. Vuebiorgam quoq; eodem ſpiritu præditam, Bo Brami filius, & Brat iutus belligerandi cupidine proſequunt. His agglomerantur Orm Anglicus, Vbbo Freſicus, Ary altero caſſus lumine, Alfet Goter. Poſt quos Dal corpulentus, & Duc Sclauicus recenſent. Vuiſnam uero imbutam rigore fęminã, reiq; militaris apprime peritã Sclaua ſtipauerat manus.

C Cuius præcipui Barri ac Gnizli ſatellites agnoſcuntur. Cæteri uero ex eadem co
horte corpus clypeolis tecti prẽlongis enſibus, aĕriſq; coloris parmulis utebant.
Quas belli tempore aut in tergũ repellentes, aut impedimentorũ gerulis dantes
abiectis pectorũ munimentis, expoſitisq; ad diſcrimen omne corporibus, diſtri-
ctis Martem mucronibus intenderũt. E quibus Tolcar atq; Ymi præcipui clarue
re. Poſt quos Toki Iumẽſi prouincia ortus cũ Otrito, cui agnomen iuuenis erat,
illuſtris agnoſcitur. At Hetha promptiſſimis ſtipata comitibus, armatã bello cen
turiam afferebat. Cuius primi fuere Grimar, ac Grenzli: poſt Hoſger, Liuicus:
Hama quoq; & Hunger Humbli Biariq; regum fortiſſimi memorantur. Hi per-
ſæpe duellis feliciter geſtis inſignes late uictorias ædidere. Itaq; memoratæ uirgi-
nes nõ modò comiter, ſed etiam pugnaciter cultæ, terreſtres in aciem copias du-
ctauere. Igitur centuriatim Danicus confluxit exercitus, ſeptem reges pari inge-
nio, ſed diſpari uoto. Alij Haraldo, pars Ringoni præſidio fuerunt. Præterea in
partem Haraldi cõceſſerant, Homi & Hoſa, Thulhim Haſtinusq; & Hythin gra
cilis, Dahar quoq; cognomento Grenski. Sed & Haraldus Olauo genitus patre.
Ex Hatica uero prouincia Har atque Herleuuar cum Hothbroddo, cui Effreni
cognomen erat, Danicis militauere caſtris. At ex Imica regiõe Humnehy, & Ha
raldus adueniunt: quibus applicantur à ſeptentrione profecti Haki Bemonisq;
filij Sygmundus & Serker. Horum omnium clientelam rex liberali familiaritate
coluerat: nam primis apud ipſum honoribus habiti, cultos auro gladios, opimaq;
bellorum præmia perceperunt. Aduenerant & ęditi Gandal ſene, quos Haraldi
familiares clientela uetus effecerat. Igitur frequens Danica claſſe pelagus, Sialan
diam Scaniæ ueluti interſito ponte cõmittere uidebatur. Quas quidem prouin-
cias intermeare cupientibus conſertiſſimo nauium globo pedeſtre compendiũ
D exhibebat. Sed ne improuidis bellum Sueonibus pararetur, mittuntur ab Haral
do, qui Ringoni palàm inimicitiarũ mandata perferrent, ipſamq; ſequeſtræ pa-
cis direptionem uulgarent, hiſdem pugnæ locum præſtituere iuſſum. Igitur qui
Haraldo militauerant, hi fuere quos ædidi. At ex parte Ringonis computantur
Vlf, Abgi, Vuindar, Eyil luſcus, Gotar, Hildi, Guti, Alf patre genitus, Stur robu
ſtus, Sten, Vuienicæ paludis accola. Applicantur hiſdem Gerth alacer, Gromer,
Vuermicus. Poſt quos ſeptentrionales Albiæ finitimi ſupputantur: Saxa, Fletir,
& Saligothus, Thord nutabundus, Throndar naſutus, Grundi, Othi, Grinder,
Toui, Coll, Byarchi, Hogni ingenioſus, Rokar fuſcus. Hi ſiquidẽ multitudinis
collegium aſpernati, in unam ſe aciem à cætera cohorte ſecreuerant. Præter hos
Rani, cui Hyld pater erat, & Lyuth Guthi, Sueno quoq; ſuperne tonſus, Rethyr
accipiter, & Rolf uxorius numerantur. Quibus conglobantur Ring Athylæ fi-
lius, Haraldusq; Thothni ęditus uico. His annectuntur Vualſten Vuicenſis Tho
rulf ſpiſſus, Thengil procerus, Hunſoluue, Biruuil pallidus, Burgar, & Scum-
bar. At ė Thelemarchia fortiſſimi uenerant, quibus animi plurimum, faſtus mini
mum erat: Thorleuar pertinax, Thorkill Gutícus, Gretir iniquus irruptionumq;
auidus. His ſuccedunt Haddir durus, & Roldar articulus. E Noruagia uero me-
morantur Thronder, Thronski, Thoki moricus, Rafn candidus, Haſuuar, Biar-
ni, Blihar cognomento ſimus, Biorn ė uico Soghni, Findar maritimo genitus fi-
nu, Berſi quoque apud Falu oppidum creatus, Syuardus uerris caput, Ericus fi
bulator, Alſten, Harki, Ruthar, Rauui, Erlingar, cui Colubra cognomentũ erat.
At ė Yathrica prouincia prodiere Od Anglus, Alf multiuagus, Enar protube-
rans, Yuuarusq; cognominatus Thruuuar. A Tyle autem uenere Mar Ruffus,
eo uidelicet pago, qui Mithfrithi dicitur ortus, educatusq;, Grombar annoſus,
Gram Brundelucus, Grim ex oppido Skierũ, apud Scaha Fyrchi quidem pro-
uinciam ſatus. Deinde Berhgar uates aduertit, cui Brahi & Rankil comites ad-
hibentur.

A hibentur. At Sueonum fortissimi hi fuere: Ar, Backi, Keclu, Rarll, Croc agrestis, Guthfast, Gummi è Gystamarchia. Qui quidem Frodei necessarij erant, & fidissimi numinum arbitri. Ingi quoq; & Oly, Aluuer, Folki patre Elrico nati, Ringonis militiam amplectuntur, uiri quidem manu prompti, consilio uegeti, proximaq; Ringonem familiaritate complexi. Idem quoq; ad Frodeum generis sui principium referebãt. Inter quos & Simundus aderat ex Sigtim oppido forensis quidem athleta, emptionumq; ac uenditionum contractibus assuetus. Huic addi tur Frosty cognomento Crucibulũ. Cui sociatur Alf elatus è uico Vpsala. Idem & iaculari promptus & in acie præire solitus erat. At Olonem septem reges ma nu cõsilioq; promptissimi stipauere, Holty uidelicet & Hendill, Holmar, Leuy, & Hama. Quibus Regnaldus Ruthenus, Rathbarthi nepos ascribitur. Præterea Syualdus, undecim salum paronibus sulcat. Lefy Pannoniorũ uictor bracteatam auro Liburnã lintheo excipit. Thririkar uero instar draconis tortuosas habente proras nauigio uehebatur. Thrygir quoq; & Toruuil diuisim nauigantes duodenas ductauere puppes. Cęterum in tota Ringonis classe nauium duo millia quingentæ repertæ sunt. Guttonica uero classis in portu cui Garnum nomen, Suetica operiebat. Itaq; Ringo terrenum ductabat agmen. At Oloni naualibus prę esse copijs imperatum. Igitur Gothis obuiam Suetis ueniendi inter Vuic & Vuerundiam locus cum tempore denunaiatur. Cernere tum erat late proris exaratũ mare, prospectũq; pelagi explicata malis carbasa præstruebant. Et iam classis Suetica prospera nauigatione usa, Danis adhuc aduerso laborantibus cœlo maturius belli locum petiuerat. Vbi Ringo expositas classe copias, simulq; quas ipse terreno ductarat itinere gregatim in aciem dirigere parat. Quæ ubi campis laxius ex-

B plicari cœperant, cornu alterum in Vuerundiã extrahi cõpertum est. Quam multitudinẽ rex locis ordinibusq; confusam equo circuiens, in fronte promptissimos quosq; et pręstantiori armatura cultos sub Olone Regnaldo Vuiuilloq; ducibus collocat. Deinde ueluti flexu quodam in duo cornua reliquã aciem cogit. E quibus dextrum Vngonem cum Elrici filijs, Trigonemq; tueri iubet. At læuum Lesoni parẽre iussum. Cæterum alas globosq; maxime Curetum Estonumq; confertior turma texuerat. Vltima funditorũ acies stabat. Interea classis Danica uentorum indulgentia aspirante, septem dierum continuã nauigationẽ emensa, Calmarna oppidum subijt. Mirareris late uentis uelificatũ mare, cœlumq; ex oculis intenta antennis linthea eripiebant. Nam Sclaui ac Liui, Saxonumq; septem millia classem auxerant. At per solidũ proficiscentibus Scanienses, quod locorũ peritiores essent, duces ac præuij destinantur. Igitur ubi pręstolantibus Suetis, Danicus superuenit exercitus, Ringo suis quoaduscq; Haraldus aciem centuriasset, patienter considere iussis, nõ antè signa canere præcepit, quàm regem propter aquilas curru compositũ aspexissent, præfatus sperare se facile collabi aciem posse, quæ cæci ductamine niteretur. Præterea Haraldũ supremo ætatis tempore alieni imperij cupiditate correptũ, non minus mente captum, quàm luminibus fore, nec opibus exatiari posse, qui si annos respiciat, tumulo penè contentus esse debeat. Suetis itaq; pro libertate, pro patria ac liberis dimicãdi necessitatẽ incumbere, hostem temeritate atq; insolentia suscepisse bellũ. Præterea ex parte aduersa per paucos Danos esse, Saxones complures, aliasq; effœminatas gentes in acie stare. Obquod cogitare debere Sueones Noricosq;, quantum Germanos ac Sclauos septentrionales semper turba præstiterit. Spernendã ergo aciem fore, quæ potius lubrica hominũ colluuione, quàm soli militũ robore cõtexta uideatur. Nec parũ ea oratione militum animos accendebat. At Bruno Haraldi loco aciem statuere iussus, cuneo frontem molitur, Hetham uero in dextero latere locat, Haconẽ læuo præficit, Vuisnam aquiliferam facit. Igitur Haraldus curru eminens quàm po-

C tuit celsa uoce beneficia sua iniurijs à Ringone rependi queritur. Ab illo sibi bel lum inferri qui regnũ suum munere adeptus fuerit. Ita Ringonẽ nec senis miseretí, nec auũculo parcere, propriosq; motus cunctæ necessitudinis aut beneficentiæ respectui præferre. Iubet itaq; meminisse Danos, ut exteris semper victorijs inclaruerint, ut finitimis imperare potius quàm obsequi cõsueuerint, hortaturq; ne tantæ gloriæ decus deuictæ gentis insolentia labefactari sustineant, nec imperium quod sibi iuuenta florenti pepererant, senectute cõfecto demi permittant. Deinde canentibus lituis summa utrinq; ui cõseritur bellũ. Crederes repente terris ingruere cœlum, syluas camposq; subsidere, misceri omnia, antiquum redijsse chaos, diuina pariter & humana tumultuosa tempestate cõfundi, cunctaq; simul in pernicie trahi. Nam ubi ad teli iactũ peruentũ, intolerabilis armorũ stridor incredibili cuncta fragore cõpleuit. Vapor uulnerũ repentinã cælo nebulam intendebat, dies effusa telorũ grandine tegebatur. Nec parum in acie funditorũ opera ualuit. At ubi pila manu aut tormentis excussa, cõminus gladijs ferratisq; clauis decernitur. Tum uero plurimũ sanguinis periclitatũ est. Igitur fessis manare sudor corporis cœpit, mucronũq; crepitacula eminus exaudiebant. Illic Sarcatherus qui belli huius seriẽ sermone patrio primus ædidit, prior in acie dimicans, Haraldi proceres Hun & Elli, Hort, ac Burgha à se prostratos, abscissamq; Vuisnæ dexteram cõmemorat. Cæterũ Roa quendã cum duobus alijs Gnepia & Garthar à se in acie uulneratos occubuisse declarat. Hisdem Scalki patrem tacito nomine applicat. Idem fortissimũ Danorum Haconẽ à se in terram prorutũ, seq; ab ea ita mutuò uulneratũ testatur, ut exertũ thorace pulmonẽ ceruí cemq; medios tenus scissam, manũ quoq; uno truncam digito gerens excederet bello, diuq; hiscens plaga nec cicatricis capax, nec medelæ habilis uideretur. Eodem teste puella Vuegthbiorg in hostem dimicans Soth pugilem acie strauit. Eandem athletarũ

D cædibus imminentẽ Thorkillus Thelemarchiæ ortus, emisso per chordã spiculo traijcit. Tanta enim ui periti arcuum Guttones neruos intenderant, ut clypeos quoq; iaculis transuerberarent, nec alia efficacior cædis extitit causa, loricas, galeasq; perinde ac inermia corpora sagittarũ acumina penetrabant. Interea Vbbi Fresicus promptissimus Haraldi miles, ac præ alijs habitu corporis insignis, præter undecim, quos in acie uulnerauerat, uigintiquinq; delectorũ pugilum interfecit. Ii omnes Sueti sanguine fuere, uel Gothi. Deinde primam aggressus aciem cõsertissimos hostes insilit, palantesq; metu Sueones hac illac hasta gladioq; dispellit. Et iam penè res in fugam cesserat, cum Hagder, Rolder, & Gretir æmulatione uirtutis athletã adorti, publicã perniciem priuato redimere periculo statuerunt. Verum cõminus instare ueriti, spiculis procul agendũ curabant. Sicq; crebrescentibus iaculis eminus Vbbo cõfoditur, nemine propius cum ipso manum cõserere præsumente. Centum quadragintaquatuor sagittæ prius pectus præliantis obsederant, quàm lapsis corporis uiribus solo poplitem daret. Tum demũ per Throndos, eosq; qui Dala prouinciã colunt, ingens de Danis clades accepta est. Nam summa sagittariorũ ui recruduit bellum, nec alia res nostris perniciosior fuit. At Haraldus cũ defectã lumine senectã ageret, triste suorũ murmur exaudiens, intellexit superiorẽ hostibus arrisisse fortunã. Igitur ut erat falcato curru uectus, Brunonẽ aurigæ per insidias officio fungentẽ, qualem Ringo in centuriata acie tenorẽ habuerit cognoscere iubet. Qui paulum soluto in risum uultu, coniculata illum acie præliatũ respondit. Quo audito rex trepidare animo cœpit, ac per summã admirationẽ percontari, quo Ringo talem ordinandi agminis doctrinam autore cõtraxerit, maxime cũ Othinus disciplinę huius traditor ac repertor extiterit, nec ab ipso quispiã prę̃ter se nouũ hoc rei bellicę documentũ perceperit. Ad quod silente Brunone subijt regem Othinum hunc esse olimq; familiare sibi numen

Vbbonis inulti nominis pugilis interitus.

A numen, impræsentiarũ dandę uel ſubtrahendę opis gratia uerſiformi corporis habitu tegi. Cui mox ſupplicare obnixius cœpit, uti Danis, quibus antè clementer affuerit, ſupremã quoq; uictoriam tribuat, cõplementumq; beneficij origini exæquaret, eidem ſe proſtratorũ manes muneris loco dedicaturũ pollicitus. At Bruno nihil obſecrantis precibus motus, repente excuſſum curru regem arietauit in terram, ereptamq; cadenti clauam in ipſius caput detorſit, proprioq; eum geſtamine interfecit. Iacebant circa currum regis innumera extinctorũ corpora, rotarũq; faſtigium cõgeries funeſta uincebat. Temonẽ quoq; cadauerũ cumulus exæquauerat. Nam in acie Ringonis ad duodecim millia proceres exanimati ſunt. At ex parte Haraldi, præter populariũ ſtragem ad triginta millia proceres corruerunt. Cuius Ringo nece cognita, dato ſigno laxare aciem ſuos, bellumq; remittere iubet. Deinde ſequeſtra pace fœdus cum hoſtibus ferit, fruſtra pugnam abſq; duce protrahi monitis. Poſt hæc Sueonibus paſſim inter promiſcuas cadauerum ſtrues Haraldi corpus exquiri præcepit, ne regium funus debitis fraudaretur inferijs. Igitur reuoluendis interfectorũ corporibus, auida plebis inijcere operam cœpit. In hanc curam dimidium diei extractũ eſt. Tandem cum corpore reperta claua, Haraldi manibus parentandũ ratus, equum quem inſidebat regio applicatum currui, aureisq; ſubſellijs decenter inſtratum, eius titulis dedicauit. Inde uota nuncupat, adijcitq; precem, uti Haraldus eo uectore uſus, fati conſortes ad tartara antecederet, atque apud præſtitem Orci Plutonem ſocijs hoſtibusq; placidas expeteret ſedes. Deinde rogũ extruit, Danis inauratam regis ſui puppim in flammę fomentũ conijcere iuſſis. Cumq; ſuperiectum ignis cadauer abſumeret, mœrentes circuire proceres, impenſiusq; cunctos hortari cœpit, uti arma, aurũ, & quodcunq; opimũ eſſet, liberaliter in nutrimentũ rogi, ſub tanti taliterq; apud omnes
B meriti regis ueneratione tranſmitterent. Cineres quoq; peruſti corporis urnę contraditos Lethram perferri, ibiq; cum equo et armis, regio more, funerari præcepit. Tali parentationis cura iuſtis auunculo perſolutis, Danorum ſibi fauorem conciuit, odiumq; hoſtium ad gratiam deflexit. Poſt hæc à Danis uti Hetham regni reliquijs præficeret exoratus, ne repente recidiuæ hoſtiũ uires coaleſcerent, Scaniam à Daniæ corpore abruptam in Olonis præfecturam ſecreuit, Sialandiam uero, reliquoſq; regni fines, Hethæ duntaxat parêre iuſſit. Ita in poteſtatem Sueticam fortunæ uarietas Danicum redegit imperium. Et hic quidem belli Brauici finis.

At Sialandenſes qui Haraldo duce uſi fuerant, cum adhuc prioris fortunæ ſpecies animis oberraret, fœmineis parêre legibus probroſum rati, Olonem accedũt, poſtulantes ne clariſſimi regis militiæ aſſuetos, muliebri iugo obnoxios habere paterentur. Præterea ad ipſum ſe defecturos ſi pro conditionis eorum deformitate tollenda arma ſuſciperet, pollicẽtur. Nec ſegniter Olo ſupplicantibus affuit, tam auidæ maieſtatis memoria, quàm militũ inuitatus obſequio. Igitur Hetham ad ſe uenire iuſſam, cunctis præter lutiam dominationis ſuæ partibus cedere, antè minis quàm armis coëgit, ipſamq; lutiam ne fœminæ liberum regni uſum tribueret, uectigalem effecit: filium quoq; procreauit, cui Omundo uocabulum poſuit. Cæterum crudelitati intentus tam impium regem agebat, ut ſuperior reginæ contemptus cunctis pœnitentiam pareret, quibus regnum eius rubore fuiſſet. Duodecim duces ſiue patrię calamitatibus moti, ſiue Oloni ob aliam olim cauſam infeſti, inſidias capiti eius præparare cœperunt. Ex his fuere Lennius, Atyla, Thottus, & Vithnus, qui quanquam apud Sclauos præfecturam gerebat, Danos tamen origine contingebat. Cæterum ad peragendum facinus parum uiribus atque ingenio freti, pecunia Starcatherum adciſcũt. Ille ut rem ferro exequeretur adductus, utentem balneis regem ſuſceptis cruenti miniſterij partibus attentare conſtituit. Quo lauante ingreſſus, mox acri ipſius uiſu luminũq; cõtinua mobilitate uibran

C tium fulgore perſtrictus, occulto metu hebetatis artubus ueſtigium preſſit, relatoq; pede manum propoſitumq; ſuſpendit. Itaque qui tot ducum, tot pugilum arma protriuerat, unius inermis uiri aciem ferre non potuit. At Olo ſanè uultus ſui conſcius, obtecto ore accedere eum propius, & quid afferat edere iubet, quippe quem uetuſtas conuictus, & longa familiaritatis experientia ab inſidiarum ſuſpicione alieniſſimum faciebant. At ille deſtricto mucrone deſiliens tranſuerberat regem, nitentisq; aſſurgere iugulum ferit. Centũ & uiginti auri libræ in præmio reponebantur. Poſtmodũ pœnitentia ac pudore perculſus, tanta animi acerbitate cõmiſſum facinus luxit, ut ſi mentionem eius incidere contigiſſet, à lachrymis temperare nõ poſſet, adeò culpæ atrocitatẽ reſipiſcens animus erubeſcebat. Præterea aliquot ex his quorũ inſtinctu uſus fuerat, in ſceleris à ſe cõmiſſi uindictam occîdit, & cui facto manum tribuerat, præbuit ultionem.

Cæterum Omundum Dani Olone ortum creauere regem, plus parentis eius nobilitati, quàm meritis deferendum putantes. Hic poſtquam maturuit, in nullo paternis operibus defectior extitit. Siquidem res ab Olone geſtas, aut æquare, aut tranſcendere curæ habuit. Præerat eo tempore aliquantæ Normanorũ genti Ringo, cuius filiam Eſam Omundo matrimonium circunſpicienti inſignis commendauerat fama. Verum poſcendæ eius ſpem ſingulare Ringonis ſtudium minuebat. Is quippe ſolum ſpectatæ fortitudinis generum affectabat, tantum glorię in armis reponens, quantum cæteri in opibus ſitum autumant. Igitur Omundus ut eo claritudinis genere illuſtris euaderet, laudemq; ſibi fortitudinis cõciliaret, uiribus uotum impetrare conatus claſſe Noruagiam accedit, Ringonis regnum hæreditatis nomine tentaturus. Excipit amicè illum Iathriæ regulus Oddo, qui Ringonem certiſſimum patrimonij eius inuaſorem aſſereret, ſeq; ſæpius ab eodem iniurijs laceſſitum defleret. Itaq; Ringone interim apud Hyberniam piratiD cam exercente, prouinciam propugnatore uacuam adortus, præteritis populariũ rebus peculiaria Ringonis bona rapinæ tradidit, eiusq; neceſſarios interfecit. Nam Oddo quoq; Omundo manum iunxerat. Inter omnia autem facinora, quæ uarie ac multipliciter geſſerat, nunquam quibus multitudine copiarũ præſtaret, uim inferre ſuſtinuit, memor ſe fortiſſimo parente æditum, uirtute non numero bella gerere oportere. Interea Ringonem à piratica reuertentẽ adeſſe contigit. De cuius reditu edoctus pręgrande moliri nauigium cœpit, unde tanquam è munimento ſuperne hoſtem telis appeteret. Huic Atylonis Scanici filij Homothus ac Thola remiges adſciſcuntur, quorũ alter gubernatorem agere, alter proræ præeſſe iuſſus. Nec Ringoni in his excipiendis ingenium aut ſolertia defuit. Quippe exiguam copiarum partem oſtendens, à tergo hoſtem incurſandum curauit: de cuius aſtutia Omundus per Oddonem certior factus, qui in inſidijs conſtitutos opprimerent mittit, Atylone Scanico Ringonem excipere iuſſo. Is imperio pronius quàm felicius obſecutus, fractis bello rebus, acceptaq; ſtrage uictus refugit in Scaniam. Igitur Omundus reparatis per Oddonem uiribus, pugnaturam pelago claſſem explicat. Quo tempore Atylo bellum Noruagicũ ex ſomnio uiſis haud dubie ſpeculatus, redimendæ fugæ gratia quamcelerrime nauigationem orſus, Omundum prælio propinquum grata ſocietate proſequitur. Cuius Omundus opera fretus, pugnã tam feliciter quàm fidenter ingreditur. Nam habito per ſe conflictu, uictoriam quam in ſuis amiſerat recuperauit. Quem Ringo mortifico uulnere perſtrictus exanguibus contemplatus oculis, manu utpoterat mota (nam uox linguam defecerat) accerſitũ fore ſibi generum obſecrat, ſocunde ſe fatum excipere aſſerens, ſi tali filiam connubio reliquiſſet. Nec reſponſo exceptus extinguit. Cuius exceſſum Omundus lachrymis proſecutus, Omothum, cuius fidam in bello operam expertus fuerat, alterius filiarũ Ringonis connubio

A nubio donat, alteram ipse complectitur. Eodem tempore Rusla uirgo strenuis militiæ operibus muliebrẽ animũ supergressa, apud Noruagiã cum fratre Thron do crebros de rerum summa conflictus habuerat. Hæc Omundum Noruagiensi bus præesse non sustinens, in omnes Danorũ deditítios decreuerat bellũ. Quod Omundus nuncio expertus, ad hunc tumultum comprimendũ promptissimos destinat. Quibus superatis Rusla superbiam ex uictoria nacta, animũ spe immo dica raptũ ad ipsam rerũ Danicarũ summã potiendã intendit. Primũ igit̃ Hallan- diæ partes adorta, ab Omotho & Tholaà rege transmissis excipitur, uictaq; bello refuga concessit ad classem. Cuius triginta solæ rates cæteris ab hoste captis fugã nauigatione carpserunt. Euitantẽ Danos sororem armis excipit Throndus, à qua uictus, totoq; exercitu spoliatus, Dofrinas alpes permetiẽdo, neminẽ fugæ comi tem habuit. Ita quæ paulò ante Danis cesserat, mox fratre superior, fugã uictoria mutauit. Quo cognito, Omundus ingenti Noruagiã classe repetit, primũq; The letmarchiæ populũ per Omothũ & Tholã clandestino cõpendio missos, aduersũ Ruslæ dominationem erexit. Quo euenit ut Rusla regno per populares exacta, apud insulas, quas spe salutis accesserat, superuenientibus Danis terga sine præ- lio daret. Cuius fugã rex impensius persecutus, interceptã pelago classem inter- nitione deleuit, incruentãq; uictoriã ac speciosa spolia cum summo hostiũ discri- mine retulit. At Rusla perpaucis elapsa nauigijs, incitatiori fluctus remigio per- sulcabat. Quę dum Danos declinat fraterno trucidaṫ occursu, adeò efficaciorem uim nocendi incircũspecta solent habere pericula, & quæ minus metuunt̃ mala, plerunq; instantibus grauiora gradus efficit. At rex Throndo ob interfectionẽ sororis præfectura donato, cæteris uero sub pensione coërcitis in patriã redit. Ea tempestate Thorias ac Bero promptissimi Russę milites apud Hyberniã piraticũ B munus ædebant. Hi cognita dominæ nece, quã se olim ulturos iureiurando pro- miserant, Ringonẽ auide petitum duelli prouocatione solicitant. Quod abnuere quondã probrosum regibus habebaṫ. Veterũ enim claritudo principũ ex armis potius q̃ opibus æstimabaṫ. Subeũt igitur Omothus & Thola, qui se prouocato res regis pugna excepturos offerrẽt. Quibus Omũdus impense laudatis primũ eorũ operã admittere uitandi ruboris gratia recusauit. Ad ultimũ crebris suorum precibus exoratus, aliena manu fortunã experiri sustinuit. Quo certamine Bero nem occubuisse, Thoriã grauiter affectũ pugna excessisse proditũ est. Quem rex primo è uulneribus recreatũ, mox in fidẽ acceptũ, ducẽ Noruagiæ creat. Deinde cum consuetũ à Sclauis per legatos tributũ exigeret, nõ solum legatorũ cædibus, sed etiã ui Sclauica apud lutiã lacessitus, septẽ reges uno certamine superauit, soli tumq; tributi ius uictoria confirmauit. Interea Starcatherus prolixa iam ætate de- fessus, cum castrorũ stipendijs, ac gladiatorio munere emeritus haberet̃, ne seniꝫ uitio pristinũ glorię decus amitteret, egregiũ fore putauit, si uoluntariũ sibi consci sceret exitũ, fatumq; propriũ maturasset arbitrio. Itaq; qui toties excellentes ædi- cerat pugnas, incruenta morte defungi ignobile ratus, ut speciosa obitu præteri tæ uitę claritatem augeret, maluit ab ingenuo quouis interfici, q̃ serũ naturę iacu lum operiri. Adeò quondã rei bellicæ deditis morbo oppetere probrosum existi- matũ est. Itaq; cum & corpore inualido & defectis perspicuitate luminibus esset, diuturnioris uitę morã perosus, emendi in se percussoris gratia, aurum quod pro Olonis interfectione meruerat, collo appensum gerebat, nõ aptius se uiolatę ma iestatis iniuriã expiaturũ ratus, q̃ si idem suæ quod Olonianæ necis extiterat prę- mium effecisset, aurũq; quod pro aliena clade tulerat, damno propriæ salutis im- penderet. Hunc quippe usum scelestissimi precij pulcherrimũ credidit. Itaq; ge- mino cinctus ense, totidẽ baculorũ adminiculo uacua uiriũ uestigia tutabaṫ. Quo uiso populariũ quidam geminũ gladiorũ usum seni superuacuũ ratus, donari sibi

Militibus mor bo oppetere o- lim probrosum

C alterum per ludibriũ petiuit. Quẽ Starcatherus ſpe petitionis facta propius acce-
dere iuſſum, detracto lateri mucrone tranſuerberat. Quod Hatherus quidem, cu
ius patrem Lennonem Starcatherus olim parricidij pœnitentia adductus occide
rat, dum canibus feras inſequeretur aſpiciẽs, omiſſo uenationis officio, duos è co
mitibus inijciendi metus gratia concitatis uehementer equis in ſenem impetũ di
rigere iubet. Qui dum procurſu ædito refugere cupiunt, Starcatheri baculis in-
tercepti morte ſupplicia luerunt. Quo ſpectaculo Hatherus admodũ perterrefa-
ctus, propius equo aduolat, agnitumq; ſenem, ſed ab eo minime recognitus, an
gladiũ uehiculo permutare uellet interrogat. Refert Starcatherus, quondam pœ
nas ſe ab irriſoribus exigere ſolitũ, nec unq; impune ſibi à procacibus inſultatũ.
Sed neq; iuuenem ex oris notis defuncta uiſu acies deprendere poterat. Itaq; car
men quod indignationis ſuæ magnitudinẽ patefaceret, in hunc ſubtexuit modũ.

Vt ſine regreſſu pronas agit alueus undas,
Sic ætas hominum curſim labentibus annis
Irreditura fluit: præceps ruit orbita fati,
Quam generat finem rerum factura ſenectus.
Illa oculos hominum pariter greſſuſq; relidit,
Eripit os animumq; uiris, famæq; nitorem
Paulatim premit, & claros oblitterat actus,
Occupat occiduos artus, fruſtratur anhelæ
Vocis opus, uegetamq; premit torpedine mentem
Dum paritur tuſſis, dum pellis ſcabida prurit,
Dens ſtupet exeſus, ſtomachus faſtidia gignit,
Euacuat iuuenile decus, marcore colorem
D Oblinit, & picea crebras ſerit in cute rugas.
Obturit egregias artes, monimenta priorum
Obruit, & titulos antiquæ laudis adurit,
Demolitur opes, precium uirtutis & uſum
Carpit edax, tranſuertit res, & ab ordine turbat.
Ipſe ego quàm noceat didici damnoſa uetuſtas,
Viſu æger, uocis modulis, & pectore rauci,
Cunctaq; in aduerſam fluxerunt cõmoda ſortem.
Iamq; minus uegetum corpus fulcimine tutor
Flaccida ſubiectis innixus membra bacillis.
Lucis inops moderor ueſtigia fuſte gemello,
Et uirga monſtrante ſequor compendia callis
Stipitis auſpicio potius quàm lumine fiſus.
Nemo mei curã celebrat, nec in agmine quiſquam
Solamen ueterano adhibet niſi forſan Hatherus
Aſſit, & infracti rebus ſuccurrat amici.
Ille ſemel quemcunq; pio dignatur amore
Integer, incœpti ſtudio conſtanter eodem
Proſequitur, primosq; timet peruellere nexus.
Ille etiam bello meritis bene præmia crebro
Digna refert, animosq; colit, largitur honorem
Fortibus, & claros donis ueneratur amicos,
Spargit opes, laudisq; ſuæ cumulare nitorem,
Dapſilitate ſtudet multos ſuperare potentes.
Nec minor ad Martem pietatem uiribus æquat,
Belligerare celer, labi piger, ædere pugnam

Promptus,

A Promptus,& urgenti tergum dare neſcius hoſti.
At mihi ſi recolo naſcenti fata dedere
Bella ſequi,bellóq; mori,miſcere tumultus,
Inuigilare armis,uitam exercere cruentam.
Caſtra quietis inops colui,pacemq; peroſus
Sub ſignis Gradiue tuis diſcrimine ſummo
Conſenui,uictóq; metu pugnare decorum,
Turpe uacare ratus,crebras cõmittere cædes
Egregium duxi,& ſtrages celebrare frequentes.
Sæpe graues bello reges concurrere uidi,
Et clypeos,galeasq; teri,crudeſcere campos
Sanguine,loricas affixa cuſpide rumpi,
Vndiq; thoraces admiſſo cedere ferro,
Luxuriare feras inhumato milite paſtas.
Hic aliquis forte egregij conaminis autor
Marte manuq; potens medium dum pugnat in hoſtem
Intentam capiti loricam diffidit,alter
Caſſide perfoſſa,ferrumq; in uertice merſit.
Hic gladius ſæpe dextra bellantis adactus
Tegmine diſciſſo capiti deſtrictus inhæſit.
Contrà Hatherus huiuſmodi carmen habuit:
Vnde uenis patrias ſolitus ſcriptare poëſes,
Infirmo dubium ſuſpendens ſtipite greſſum?
Quóue ruis Danicæ uates promptiſſime Muſæ?
B Roboris eximij caſſus decor excidit omnis:
Exulat ore color animoq; amota uoluptas:
Deſtituit fauces uox & raucedine torpet:
Deſeruit corpus habitus prior,ultima cepit
Illuuies,formæq; notas cum robore carpſit.
Vt ratis aſſiduo fluctu quaſſata fatiſcit,
Sic longo annorum curſu generata ſenectus
Triſte parit funus,defunctaq; uiribus ætas
Occidit,& primæ patitur diſpendia ſortis.
Quis uetuit te note ſenex iuuenilibus uti
Rite iocis,agitare pilam,morſa nuce ueſci?
Iam ſatius reor ut rhedam qua ſæpe ueharis
Venditor enſis emas,facilem ue in frena caballum,
Aut precio leue curriculum merceris eodem.
Aptius inualidos ſua quos ueſtigia fallunt
Excipient iumenta ſenes,rota proficit illi
Orbibus acta ſuis,cui planta uacillat inanis.
At ſi forte caues caſſum uenundare ferrum,
Ereptus tibi te perimet ni uæneat enſis.
Ad hæc Starcatherus.
Improba uerba ſeris,facili temeraria labro
Auribus inconcinna pijs:quid præmia ductus
Qui gratis præſtandus erat per munera quæris?
Nempe pedes gradiar,nec turpiter enſe relicto
Externam mercabor opem,natura meanti
Ius dedit,& propriis iuſſit confidere plantis.

C Cur cui debueras ultro dux esse uianti
Ludibrio insultas, sermone procaciter usus?
Quæq; olim gessi memori dignissima fama
Dedecori tribuis, meritum quoq; crimine pensas?
Quid risu insequeris uetulum pugnare potentẽ,
Inuictosq; meos titulos & splendida facta
Probro adigis, famosa terens & fortia carpens?
Qua probitate petis indignum uiribus ensem?
Haud latus hic imbelle decet, dextram ue bubulci
Agrestem soliti calamo deducere musam,
Procurare pecus, aruis armenta tueri.
Nempe inter uernas ollæ uicinus obunctæ,
Crustula spumantis patinæ bullígine tingis,
Crassi adipis macrum perfundens unguine panẽ,
Iusq; tepens furtim digito sitiente liguris,
Doctior assuetam cineri prosternere Gallam,
Indormire lari, somnos celebrare diurnos,
Sedulus officium nidentis obire culinæ,
Quàm bello fortem iaculis aperire cruorem,
Auersans lucem, latebræ sordentis amator,
Mancipium uentris miserabile, parq; putaris
Sordida cum siliquis lambenti farra catello.
Hercule non tunc me ferro spoliare petebas,
Quando ter Olonis summo discrimine nati
D Expugnator eram: nanq; agmine prorsus in illo
Aut gladium fregit manus, aut obstantia fudit.
Hæc grauitas ferientis erat. Quid quando Curetũ
Littus, & innumera constratum cuspide callem
Primus ligniferis docui decurrere plantis?
Nanq; aduturus agros confertos murice ferreo
Armabam laceros subiecto stipite gressus.
Hinc mecũ egregijs congressum uiribus Hamam
Enecui, mox cum Rino duce Flebace nato
Obtriui Kyrios, uel quas alit Estia gentes,
Et populos Semgala tuos. Post hęc Thelemarchos
Aggressus, caput inde tuli liuore cruentum
Quassum malleolis, armisq; fabrilibus ictum.
Hic primum didici quid ferramenta ualerent
Incudis, quantum ue animi popularibus esset.
Theutonici quoq; me pœnas autore dedere,
Quum natos Suertinge tuos Frothonis iniqua
Cæde reos domini uindex ad pocula straui.
Nec minus hoc facinus, quando pro uirgine chara
Vno septenos necui certamine fratres
Teste loco, qui me stomacho linquente peresus
Non parit arenti rediuiuum cespite gramen.
Moxq; ducis Kerri bellum nauale parantis
Vicimus egregio confertam milite puppim.
Inde dedi leto Vuazam, Fabrumq; procacem
Multaui natibus cæsis, ferroq; peremi

Rupibus

A Rupibus à niueis hebetantem tela Vuisinnum.
Quatuor hinc Leri natos, pugilesq; peremi
Biermenses, gentis Hybernæ principe capto,
Duslinæ populabat opes, semperq; manebit
Nostra Brauuellinis uirtus conspecta trophæis.
Quid moror? excedunt numerum quæ fortiter egi,
Quodq; manu gessi ad solidum celebrare recensens
Deficio, sunt cuncta meo maiora relatu,
Vincit opus famam, nec sermo suppetit actis.

Hæc Starcatherus. Tandem quũ Hatherũ Lenno patre ortũ mutuo sermone expertus fuisset, animaduertens iuuenẽ splendido loco natũ, feriendũ ei iugulũ præbuit, hortatus ne à parentis sui interfectore pœnas exigere uereretur. Hęc facientem auro, quod à Lennone receperat, potiturũ esse promittit. Et ut eiusdem in se uehementius animũ efferaret, huiusmodi exhortatione usus esse traditur:

Præterea Hathere priuaui te patre Lenno:
Hanc mihi quæso uicem referas, & obire uolentem
Sterne senem, iugulumq; meum pete uindice ferro:
Quippe operam clari mens percussoris adoptat,
Horret ab ignaua fatum deposcere dextra.
Sponte pia legem fati præcurrere fas est,
Quod nequeas fugere, hoc etiam anticipare licebit.
Arbor alenda recens, uetus excidenda, minister
Naturæ est quisquis fato confinia fundit,
Et sternit quod stare nequit. Mors optima tunc est
B Quum petitur, uitæq; piget, quum funus amatur,
Nec miseros casus incommoda proroget ætas.

Mors quando optima.

Hæc dicens exertam crumena pecuniam promit. Hatherus autem tam fruendi æris, quàm paternæ ultionis capessendæ cupidine concitatus, obsecuturum se precibus, nec præmia repulsurũ spopondit. Cui Starcatherus cupide ense præbito, pronam postmodũ ceruicem applicuit, ne timide percussoris opus exequeretur, aut ferro muliebriter uterettur, hortatus, præfatusq;, quod si peracta cæde ante cadaueris lapsum caput ac truncũ medius intersiliret, armis innocuus redderetur. Quod utrum instruendi percussoris, an puniendi dixerit, incertum est. Fore enim poterat, ut saltantem eximij cadaueris moles obrueret. Igitur Hatherus adacto uegete gladio, senem capite demutilauit. Quod corpori auulsum, impactumq; terrę glebam morsu carpsisse fertur, ferocitatem animi moribundi oris atrocitate declarans. Percussor tamen promissis fraudẽ subesse ueritus, saltu non incautus abstinuit. Quem si temere peregisset, fortè lapsi cadaueris ictu obrutus, occisi senis pœnas proprio funere persoluisset. Verum ne tantum athletam busti inopem iacere pateret, corpus eius in campo, qui uulgò Rolung dicitur, sepulturæ mandandum curauit.

Starcatheri interitus.

Omundus autem, ut accepi, pace integra summa cum tranquillitate decessit, duobus filijs & totidem filiabus relictis. E quibus maximus natu Syuardus, fratre Butho adhuc tenero, regnum hæreditate consequitur. Quo tempore Sueonum rex Gotarus alteram Omundi filiarum ob eximiæ pulchritudinis famam, infinito amore complexus, Ebboni cuidam Sibbonis filio postulandæ uirginis gratia negocium legationis imponit. Is officio prudentius administrato, gratum de puellæ consensu nuncium retulit. Iamq; nihil uoto præter nuptias deerat, quas Gotarus apud alienos agere metuens, per Ebbonem quo prius legato usus fuerat, sponsam sibi transmittendam efflagitat. Is quum parua admodum familia

C comitatus Hallandiam præteriret, ad agreſtem uicum ſe pernoctandi gratia con
tulit, in quo duorũ fratrum habitationes aduerſas medius amnis ſecreuerat. Et hi
quidem conſuetudinem iugulandi quos hoſpitaliter recepiſſent habebant, libe-
ralitatis ſpecie latrociniũ obſcurare callentes. Trabem enim in modum præli ob-
longam, eandemq; ferri acumine præditam, arcanis quibuſdam uinculis in excel
ſa domus parte ſuſpenderãt, quam nocturno tempore ſubductis nexibus demit-
tentes, ſubiectorũ capita deſecare ſolebant. In quem modum compluriũ uertices
penſili mole præciderant. Igitur Ebboni ſuisq; poſt epulas abunde præbitas, pe-
nes focũ miniſtri torum extruunt, ut applicatas igni ceruices inſidioſæ trabis im-
pulſu demeterent. Quibus abſcedentibus Ebbo impenſum capitibus machina-
mentum ſuſpiciens, ſocios ſimulato ſomno corpora tranſponere iubet, præfatus
perq; ſalũtarẽ eis loci uariationẽ exiſtere. Fuere aũt inter eos quidam ab Ebbonis
clientela extranei, qui ſpretis quæ cæteri exequebantur monitis, immoti ut cuiq;
iacendi locus obuenerat, cubuerunt. Sub opacã uero noctem ab inſidiarũ mini-
ſtris pendulũ machinamenti pondus impellitur. Quod nodis quibus inhærebat
excuſſum, magnaq; ui ſolo adactum, ſubiectos exitio tradidit. Igitur qui facinoris
exequendi curam habebant, quo certius rei euentũ diſcerent, illato lumine Ebbo
nem, propter quem maxime rem adorſi fuerãt, prudenter periculo occurriſſe co
gnoſcunt, à quo protinus impetiti, ſanguine pœnas dederunt. Ebbo quoque ſuis
per mutuam ſtragẽ amiſſis, frequentẽ cruſtulis glacialibus amnem inuento fortẽ
nauigio ſuperat, Gotaroq; cladis ſuæ potius q; legationis euentum declarat. Quã
rem Gotarus à Syuardi inſtinctu profectã iudicans, iniuriarũ uindictã armis exe
qui parat. Quo Syuardus apud Hallandiã expugnatus, ſorore ab hoſtibus capta,
conceſſit in Iutiam. Vbi Sclauorũ uulgus pugnã ſine principe auſum acie ſupera
D uit, tantum gloriæ ex uictoria nactus, quantũ ex fuga dedecoris traxerat. Verum
hiſdem quos ductu uacuos debellauerat, paulò poſt ducẽ nactis pugna apud Fio
niam ceſſit, aduerſum quos identidem in Iutia præliatus, infelicẽ pugnæ euentum
habuit. Quo euenit, ut Scania Iutiaq; exutus, media duntaxat regni ueluti quaſdã
exeſi corporis partes ſine capite retineret. Iarmericus ex eo genitus, cũ ſororibus
admodum paruulis præda hoſtibus fuit, quarũ altera Noruagienſibus, altera Ger
Cõnubia quon dam uenalia. manis, quod uenalia quondam ſolebant eſſe connubia, precio uendita eſt. Itaque
Danorum regnum fortiſſime propagatum, tantis etiam maiorum titulis illuſtra-
tum tot uictorijs auctum, ob unius uiri inertiam ex ſummo nitore fortunæ & flo-
rentiſſimo rerum ſtatu eò ignominiæ peruenit, ut penſionem quam prius exige-
bat, exolueret. Syuardus autem ſæpius uictoria caſſus, ac deformium fugarum
reus, poſt tot maiorum decora, in tam erubeſcendo patriæ ſtatu confuſa regni gu
bernacula geſtare non ſuſtinens, ne diuturnior uita ad extremã gloriæ iacturam
pertingeret, ſpecioſum ſibi fatum pugna parere properauit. Quippe memorẽ ca
lamitatis animum, deponendæ ægritudinis cupido ſalutis faſtidio cruciabat, adeò
demendi ruboris ſtudium lucem ei inuiſam effecerat. Igitur cõparatis pugnæ co-
pijs, Simoni cuidã ſub Gotaro Scaniã procuranti, bellũ aperte denunciat. Quod
obſtinatis temeritatis uiribus executus, occiſo Simone, per ſummam hoſtiũ ſtra-
gem uitam finiuit, patriã tamen præſtandæ penſionis onere liberari nequiuit. Inte
rea Iarmericus apud regem Sclauorũ Iſmarũ cum coçuo ſibi collacteoq; Gunno-
ne coniectus in carcerẽ captiuus degebat. Quo demũ erutus atq; exercendi ruris
culturę applicatus, ruſticũ opus exequitur. Ob cuius promptiſſimam adminiſtra
tionem ad regalium mancipiorũ magiſterium transfertur. Eo quoq; ſynceriſſime
geſto, in neceſſariorũ regis gregem aſſumitur. Vbi quum ſe iuxta aulicorum ri-
tum egregia morum amœnitate geſſiſſet, breui in amicorum numerũ translatus,
primum familiaritatis locum obtinuit, ac ueluti quibuſdam meritorum gradibus

fretu

A fretus, ab infima sorte ad spectatũ honoris fastigium concessit, & ne segnem ener
uemq; iuuentam ageret, militaribus se studijs assuefecit, naturæ dotes industria
cumulans. Grata omnibus Iarmerici indoles erat, soli reginæ suspectũ adolescen
tis ingenium fuit. Fratrem quoq; regis fato functum repentinus rumor edocuit.
Cuius corpus Ismarus amplissimo funere elaturus, quo maior exequiarum pom
pa fieret, regia comitate conuiuiũ instruit. At Iarmericus aliàs cum regina familia
ris curam sortitus, ad fugam, cuius facultatem regalis absentia promittere uideba
tur, circunspiciendũ accessit. Animaduertebat enim se etiam inter opes positũ mi
serabile regis mancipiũ fore, & quasi alieno beneficio precarium spiritum possi=
dere. Præterea quanquam primis apud regem honoribus uteretur, libertatẽ deli
cijs præferendã existimans, uisendæ patriæ, noscendiq; generis eximia cupidita=
te flagrabat. Sciens aũt quod regina ne quis captiuorũ elabi posset cõpetentibus
prouidisset excubijs, quô uiribus peruenire nequibat, arte assurgendũ procurat.
Fiscellam itaq; biblo ac uimine textam, qua agrestes instar hominis formata aues
aristis deturbare consueuerant, uiuo cane cõpleuit. Quam etiã detracto sibi cultu
quo uerisimilius humani repręsentaret imaginẽ, texit. Deinde priuatũ regis æra
rium demolitus, egestam inde pecuniam notis sibi tantũ recondidit locis. Interea
Gunno absentiam socij simulare iussus, illata in regiã fiscella, impulsoq; ad latran
dum cane, percontanti quidnam hoc esset reginæ, mente captũ clamitare retulit
Iarmericũ. Illa ad aspectum statuæ similitudinis errore delusa, insanum æde eijci
iubet. Tunc Gunno perlatam foras statuam, perinde ac furentem socium lectulo
tradit. Sub noctem uero uigiles epularũ hilaritate, ac uino prouehit largiore, ab=
scissaq; dormientiũ capita, quo turpiore eos morte consumeret, inguini sociauit.
Excitata strepitu regina, causamq; eius discere cupiens, concita fores petiuit. Sed
B dum caput incautius exerit, improuiso Gunnonis ense confoditur. Quæ quum
mortificũ uulnus experta corrueret, reflexis in occisorem luminibus, nullius, in=
quit, obtentu fraudis si incolumi mihi uiuere licuisset, his finibus impunitus exce
deres. Ad hunc modũ crebras in percussorem minas moribunda profudit. Post
hæc Iarmericus unà cum Gunnone præclari facinoris socio, tabernaculũ in quo
rex fraternas cõuiuio celebrabat exequias, cunctis temulentia uictis, admoto fur
tim incendio complet. Quo latius fuso quidã ebrietatis stupore discusso, immissis
equis deprehensos periculi insequũtur autores. At iuuenes primũ iumentis quæ
receperant uecti, ad ultimũ hisdem prolixiori cursu debilitatis pedites dedere fu=
gam. Iamq; penè occupatis amnis remedio fuit. Pontem enim quem antè moran
di persecutoris gratia præcisis ad medium trabibus non modo onerum impatien
tem, sed etiam ruinæ propinquũ effecerant, prætergressi, in opacam deinduistria
uoraginem concesserunt. Quibus imminentes Sclaui, dum parũ prospecto peri
culo equis improuidi pontem onerant, desidentibus tabulatis excussi, præcipitan
tur in flumen. Sed dum enando ripam appetũt, à Gunnone & Iarmerico obstan
tibus intercepti, mersi aut interfecti sunt. Ita iuuenes egregia calliditate usi, nõ ut
fugitiua mancipia, sed quasi præditi consilio senes, maius ætate sua facinus ædide
runt, quod acute conceperant efficaciter adimplendo. At ubi in littus uentum, ra
pto quod fors obtulerat nauigio, in altum procedunt. Quos qui insequebantur
barbari nauigare cõspectos, uociferando reuocare conati, regnaturos si redeant
spondent, quod publico ueterũ instituto regũ percussoribus regnorũ successio
decreta fuerit. Diu recedentiũ aures pertinax Sclauorum clamor promissis pella
cibus exurdabat. Ea tempestate Buthlus Syuardi frater Danis perfunctorie prę=
erat, à quibus uenienti Iarmerico regnum tradere coactus, ex rege priuatus eua
sit. Eodem tempore Gotarus Sybbonem stupratæ sororis insimulatum occîdit.
Cuius nece affines permoti, ad Iarmericum eiulabundi decurrunt, seq; in ultio=

C nem propinqui, Gotarum cum eo oppugnaturos promittunt. Nec parum promissa soluerunt, nam eorũ auxilijs oppresso Gotaro, Iarmericũ Suetia potiri contigit. Qui quũ duarum gentium imperio fungeretur, antè dominationis fiducia Sclauos prælio tentat, quorum quadraginta captos applicatis totidem lupis laqueo adegit. Quem supplicij modũ olim parricidis debitũ, ob hoc circa hostes peragere uoluit, ut quantæ in Danos rapacitatis extiterint, ex ipsa atrocium beluarum cõmunione uidentibus conspicuum foret. Subacta quoq; regione præsidia locis opportuna disponit. Inde profectus Sembonum, Curetum, complurium q; Orientis gentium cladem exercuit. Qua regis occupatione Sclaui data tam sibi defectionis materiam iudicantes, interfectis qui ab ipso præsides constituti fuerant, Daniam depopulati sunt. Quorũ classem Iarmericus fortè è piratica rediens interceptam deleuit, eoq; facinore priores uictoriarũ titulos decorauit. Cæterũ optimates eorum primo tibias loris traiectos, moxq; immaniũ taurorũ ungulis alligatis, molossisq; incessentibus raptim in cœnum, uoraginesq; pertractos lachrymabili spectaculo consumpsit. Ea re hebetati Sclauorũ animi summa cum trepidatione regis imperium coluerunt. Iarmericus itaq; tot gentium manubijs locupletatus, ut tutum prædæ domicilium compararet, in ęditissima rupe mirifico opere ædem molitur. Aggerem collatis glebis extruit, fundamentũ crebris conijcit saxis, ima uallo, triclinijs media, summa propugnaculis cinxit. Secus undiq; iuges excubias fixit. Quatuor portæ magnitudine præstantes, à totidem plagis irrestrictos aditus dabant. In huius domus magnificentiã omnem opum suarum apparatũ congessit. Ita domesticis rebus compositis, rursum in externas cupidinem uertit. Igitur nauigatione cœpta, quatuor fratres genere Hellespontios obuios pelago factos, piraticæq; admodum studijs assuetos, maritima pugna attentare nõ distulit. Qua triduo gesta, sororem eorũ cum medietate tributi quo

D uictos onerauerant pactus, prælium reuocauit. Post hæc Liuorũ regis filius Bicco captiuitate quam sub memoratis fratribus ducebat elapsus, Iarmericũ, à quo olim fratribus spoliatus fuerat, iniuriæ haud oblitus accessit. Apud quem benignius habitus, breui arcanorũ omniũ arbiter singularis euasit. Hunc ut suis per omnia tractabilẽ monitis sensit, in res q; maxime factu detestabiles consultantem adduxit, atq; ad scelera flagitiaq; cõmittenda cõpellit, adeò nocendi artem obsequij simulatione captabat: præcipue eum aduersumeos quos sanguine proximè contigisset armabat. Ita fraternã ultionem, quia uiribus nequibat, fraude exequi pertentabat. Quo euenit ut rex uirtutum loco uitiorum sordes amplexus, ob ea quæ perfidi monitoris impulsu atrociter gesserat, cõmunibus in se locum odijs daret. Aduersum quem etiam Sclauorũ tumultus exoritur. Cuius sopiendi gratia duces eorũ captos, traiectis fune tibijs, equis in diuersa raptantibus præbuit lacerandos. In hunc modum consumpti principes, corporum suorum distractu pertinacis animi pœnas dederunt. Quę res Sclauorũ obsequia in suo statu ęquali ac solida subiectione cõtinuit. Interea qui ex sorore Iarmerici apud Germaniam orti, educatiq; fuerant, auito nomine freti, in auunculum arma suscipiunt, æque sibi regnum atq; ei debere certantes. Quorũ munitiones rex apud Germaniam machinis demolitus, oppidis compluribus aut obsessis, aut captis, nonnullis etiã solo æquatis, incruentam ad ciues uictoriam reportauit. Occurrunt Hellespontici pactis sororem nuptijs offerentes, quibus celebratis rursum Bicconis instinctu Germaniam petens, captis bello sororijs laqueo spiritum eripere nõ dubitauit. Optimates quoq; conuiuij simulatione contractos, eodem exemplo consumendos curauit. Interea Broderus, quem olim rex ex alio sustulerat matrimonio, nouercæ curam ab eo susceptam, plenis sanctitatis excubijs celebrabat. Quem Bicco apud patrem incesti crimine accusatum, ne falso insimulasse uideretur, subornatorum

natorum teſtimonio inſecutus eſt. Cumq; Broderus accuſationis partibus plene exhibitis defenſionis præſidia afferre non poſſet, pater ab amicis in conuictum ferri ſententiã iubet, minus impium ratus ſumendam de filio uindictam alieno q̃ proprio delegare iudicio. Quem cæteris proſcriptione dignum decernentibus, Bicco triſtiorem de capite eius ſententiã ferre non ueritus, à nefarij ſtupri autore pœnam ſuſpendio capiendã eſſe pronũciat. Quam ne quis à paterna crudelitate profectam putaret, eundẽ laqueo affixum à miniſtris ſubiecto aſſere excipiendũ percenſuit, ut quum hi feſſas oneri manus ſubducerent, perinde ac rei perempti iuuenis forent, regemq; parricidij crimine ſua culpa liberum facerent. Præterea niſi pœna accuſationẽ ſequereť, paternæ eum ſaluti inſidiaturũ aſtruxit. Adulteram uero Suuauildam quo turpius è uita excederet, pecudum ungulis proculcari debere. Paruit Bicconi rex, adactumq; ſuſpendio filiũ, ne ſtrangulari poſſet à circunſtantibus tabulati ope alleuandũ curauit. Igitur innoxiũ uinculũ parum cõpreſſis faucibus ſolam pœnæ ſpeciem præ ſe ferebat. Reginã uero firmiſſimo nexu humo aſtrictã, equinis obterendã calcibus præbuit. Hanc tantæ fuiſſe pulchritudinis fama eſt, ut ipſis quoq; iumẽtis horrori foret artus eximio decore præditos ſordidis lacerare ueſtigijs: quo argumento rex innocentiã cõiugis declarari cõiectans, accedente erroris pœnitentia, falſo notatã feſtinat abſoluere. Aduolat interea Bicco, qui ſupinã iumẽta diris deturbare carminibus, nec niſi pronam obteri poſſe firmaret. Quippe eam formę ſuæ beneficio ſeruatam ſciebat. In hunc modum collatum reginæ corpus, adactus iumentorũ grex crebris alte ueſtigijs fodit. Hic Suuauildæ exitus fuit. Interea canis cui Broderus aſſueuerat, ceu quibuſdam queſtubus aggreſſus regem, deflere domini ſuppliciũ uidebaţ. Eiuſdẽq; illatus accipiter intimas corpori plumas roſtro detrahere cœpit. Ex cuius nuditate rex ſumptis orbitatis auſpicijs, omen interceptur us præpropere qui filium laqueo detraherent, mittit. Per implumẽ enim auiculam futurũ ſe, ni cauiſſet, abſq; liberis augurabatur. Liberato clade Brodero, Bicco delationis pœnas exoluere metuens, nunciare Helleſpontícis pergit, Suuauildã à uiro nefaria ſtrage cõſumptam. Quibus ulciſcendæ ſororis gratia nauigantibus, ad Iarmericũ reuerſus, parari bellũ ab Helleſpontícis indicat. Rex mœnibus quàm acie tutius dimicandũ exiſtimans, in eam quam exædificauerat munitionem confugit, ubi ad ferendam obſidionẽ cõmeatibus penitiora propugnacula armatis implebat, fulgentes auro cetræ, circunpenſiq; clypei ſupremum ædis ambitum adornabant. Contigit autem ut Helleſpontici prædæ partitionem acturi, magnam ſuorum manum pecu latus inſimulatam occiderent. Igitur quod tantam copiarum partem inteſtina cla de conſumpſerãt, aulæ expugnationem ſuis altiorem uiribus rati, ueneficam, cui Guthrunę erat uocabulum, conſulunt. Qua efficiente, regiæ partis propugnatores ſubitò oculis capti, in ſeipſos arma conuertunt. Quo uiſo Helleſpontici appli cata teſtudine primos portarum aditus occupant. Deinde conuulſis poſtibus, irruptaq; æde, cęcas hoſtiũ phalanges obtruncant. Eo tumultu ſuperueniens Othinus, mediosq; præliantium globos appetens, Danis quos paterna ſemper pietate coluerat, ademptum præſtigijs uiſum ſupera uirtute reſtituit. Helleſpontícos uero corpora aduerſum tela carminibus durare ſolitos, crebro ſilice conuerberandos eſſe perdocuit. Ita utrunq; agmen mutua cæde conſumptum interijt. Iarmericus utroq; pede ac manibus ſpoliatus, trunco inter exanimes corpore rotabatur. Cui Broderus parum idoneus ſucceſſit in regnum.

Suuauildæ ſpecies eximia, & cædes miſeranda.

Poſt hunc regnat Syualdus, cuius filius Snio, ſeneſcente patre ſtrenuum piraticæ opus complexus, patriæ res non ſolum ſeruauit, ſed etiam diminutas in priſtinum habitum reuocauit. Idem tyrannide ſuſcepta, Eskilli atq; Alkilli pugilum inſolentiam comprimendo, Scaniam à Danicæ iuriſdictionis integritate ſubmotã

C ad ſocietatem patriæ uictoria reduxit. Tandem filiæ Gothorũ regis mutuo amore perſtrictus, conueniendæ eius copiam clandeſtinis nuncijs tentat. Qui à patre puellæ intercepti ſuſpendioq; cõſumpti, improuidæ legationis pœnas dederunt. Quorum Snio ultionẽ exigere cupiens, quum Gothiã hoſtiliter aggreſſus fuiſſet, rege eius cum copijs occurrente, prædictorum pugilum prouocatione rem per athletas gerere iuſſus, hanc duelli legem ædidit, ut alteruter regum pro uaria athletarum fortuna aut propriũ perderet, aut alienum lucraretur imperiũ, uictiq; regnum in uictoriæ præmio reponeretur. Quo euenit ut Gothorum rex propugnatorum ſuorum infortunio ſuperatus, regno Danis cedere cogeretur. Cuius filiam Snio, quum in Sueonum regis cõnubium paterno impulſu cõperiſſet adductam, quendam obſoleto habitu per itinera publica ſtipem petere ſolitum, ad eam uſq; tentandam tranſmiſit. Qui quum egentium more propinquum liminibus diſcubitum habuiſſet, uiſa forte regina exili uocula ſuccinens, amat, inquit, te Snio. Illa allapſum auribus ſonum diſſimulanter excipiens, nec uiſu nec gradu relato procedit in regiam, atq; eueſtigio regreſſa obſcuro & uix aures offendente ſibilo, amantem, inquit, me redamo. Eo dicto ueſtigium extulit. Quam egenus mutui amoris uocem ædidiſſe gauiſus, die poſtera foribus aſſidens, præſente domina conſueta ſermonis breuitate, locum, ait, uoto ſuppetere cõuenit. Illa rurſum argutæ uocis induſtriã colligens, ſumma cum diſſimulatione diſceſſit. Paruo poſt percontatorem præteriens, Bocheror breui ſe peruenturam aſſeruit. Hunc quippe locũ fuga petere deſtinauit. Qua de re egenus certior redditus, ſolito percontationis acumine competens promiſſo tempus cognoſcere perſeuerat. Illa uero nec aſtu inferior, nec ſermone lucidior, quam breuiſſime potuit hyemis initiũ nuncupauit. Cæterũ ſtipatores eius qui leuem amatorię uocis ſactum exceperant, plenum calliditatis ingenium extremæ ſtoliditatis deliramentũ eſſe credebant. Quę

D quum Snio certius ex egeno cognoſceret, reginam ſublatis mariti opibus lauandi ſimulatione digreſſam, nauigio deportandam curauit. Poſtea uero ſæpenumero inter ipſum ac Suetiæ regem, altero iuſtas repetente faces, altero illicitas tueri perſeuerante, ancipiti euentu uariaq; uictoria dimicatum eſt. Ea tempeſtate per ſummam cœli intemperantiam agrorum ubertate corrupta, ingens annonæ caritas incidit. Cumq; oborta uictualium raritate grauis plebem inedia laceraret, rex quonam modo temporis difficultati ſuccurreret anxius, quum aliquanto maiorẽ bibulorum, quàm edacium impenſam animaduerteret, frugalitatem populo intulit, conuiuiorum uſum abrogans, ne qua ex fruge potio pararetur edixit, acerbitatem famis ſuperflui hauſtus interdicto pellendam, atq; à ſiti abundantiã eius mutuandam exiſtimans. Tunc quidam petulantioris gulæ proſcriptam bibendi conſuetudinem deflens, altum calliditatis genus complexus, nouam uoluptati licentiam reperit, ac publicam continentiæ legem priuata intemperantia ſoluit, deliciarum uſum à ridiculi operis acumine mutuatus. Vetiti enim liquoris guſtu minutim liguriendo uſus, deſiderium ebrietatis expleuit. Quam ob rem conuentus à rege, integerrimum ſe frugalitatis obſeruatorem aſſeruit, utpote auiditatem hauſtus moderatæ ſumptionis ingenio caſtigantem, affixamq; ſibi culpam ſorbitionis titulo tueri perſeuerauit. Deniq; adiecto minarum terrore, non modo bibere, uerumetiam pitiſſare prohibitus, conſuetudini tamen imperare non potuit. Vt enim tanquam licite illicitis frueretur, nec gulam alieno ſubiectam haberet imperio, madefactis potione cruſtulis, capace liquoris offula ueſcebatur, cupitamq; crapulam lento guſtu prouexit, interdictum ſatietatis modum haud ſecus ac licitum conſecutus. Adeò pertinaciſſima gulæ rabies ſalutem pro luxu deuouens, nec regia quidem cõminatione deterrita, ad omne periculum ſpernendum temerarium ſolidauerat appetitum. Secundo quoq; perinde ac uiolatæ conſtitutionis

Ceruiſiæ uſum interdictum.

Bibacis aſtus.

ſtitutionis reus cõuenitur à rege. Sed ne tunc quidem facti defenſionem abiecit, nequaquam à ſe regalibus inſtitutis obuiam itum eſſe contendens, aut decretam edicto continentiã ſuis profanatã illecebris, præſertim quum lata frugalitatis lex ita parſimoniæ formam tradiderit, ut potandi magis quàm edendi liquoris facultas inhibita uideretur. Tum rex obteſtãs deos, per cõmunem iurare ſalutem, tale quid deinceps audentem capitaliter eſſe plexurum. Ille mortem temperantia leuiorem, uitamq; quàm luxum deponere tolerabilius ratus, rurſum aquis excoquit frugem, detoſtoq; liquore cum ſe nullam ulterius excuſandæ cupiditatis defenſionem obiecturũ ſperaret, palàm potioni indulgendo ad calicum uſum libera fronte conuertit, aſtuq; in audaciã uerſo, regiam animaduerſionẽ operiri quàm frugi fieri maluit. Interrogante ergo rege, cur toties rei interdictæ licentiam uſurpaſſet, deſiderium hoc, inquit rex, nõ tam auiditas mea, quàm habita in te beneuolentia peperit, funeribus enim regijs, inferias conuiuio perſoluendas meminerã. Itaq; ne epulum quo tuæ peragantur exequiæ ob fermenti inopiam ſolenni potionis uſu careat, induſtria potius quàm ingluuie ductus prohibiti liquoris temperamento prouidi. Te autem ante alios inedia periturũ, prioremq; buſto opus habiturum non ambigo, cum ob hoc inuſitatã parcitatis legem tuleris, quod defuturam tibi primum alimoniã uerearis. Tibi quippe non alijs cõſulendo nouum auaritiæ autorem agere ſuſtines. Tam urbana hominis cauillatio iram regis in ruborem conuertit, qui cum publicæ ſalutis decretum in ludibrium ſui recidiſſe conſpiceret, omiſſo cõmunis utilitatis cõſilio, reuocauit edictũ, ſententiamq; ſoluere quàm ciuium offenſam contrahere maluit. Cumq;, ut dixi, ſiue parum compluta humo, ſeu nimiũ torrida torpentibus ſatis, ac parce fructificantibus campis, inediæ languor defectam eſcis regionem attereret, nullumq; parum ſuppetentibus alimentis trahendæ famis ſupereſſet auxilium, Aggone atq; Ebbone autoribus plebiſcito prouiſum eſt, ut ſenibus ac paruulis cæſis, omniq; demum imbelli ætate regno egeſta, robuſtis duntaxat patria donaret, nec niſi aut armis, aut agris colendis habiles domeſtici laris paternorũq; penatium habitacula retinerent. Quorum mater Gambaruc id ad ſe deferentibus filijs, cum à ſceleſti decreti autoribus ſalutem in crimine repoſitã animaduerteret, damnata concionis ſententia, neceſſitatem parricidio redimi oportere negabat: propius honeſtati conſilium fore aſſerens, animorumq; ac corporum uirtuti expetibilius, ut ſeruata erga parentes ac liberos pietate, patria exceſſuri ſorte delígerentur. Quæ ſi ſenes inualidos obtuliſſet, robuſtiores ſe eorũ loco exilio offerrent, eiusq; pondus pro debilibus perferendum ſua ſponte ſuſciperent. Cæterũ indignos eſſe uita, qui illam ſcelere & ſacrilegio comparare, parentesq; ac prolem tam iniquo ſententiæ genere perſequi ſuſtinuiſſent, charitatis loco crudelitatis officia peracturi. Poſtremo cunctos male patriam demereri, apud quos parentũ aut liberorum amori proprij ſpiritus charitas præponderaret. Huic uoci ad concionem relatæ, plericq; ſuffragijs aſſentiebantur. Igitur omnium fortunis in ſortem coniectis, qui deſignabantur, extorres adiudicati ſunt. Quo euenit, ut qui ſponte neceſſitati parêre noluerãt, fortunæ iudicio obſequi cogerentur. Primum itaq; Blekingiam aduecti, ac deinde Moringiam præternauigantes, ad Gutlandiam ſe appulerunt, ubi & Paulo teſte, autore Frig dea, Longobardorũ uocabulũ, quorum poſtea gentem cõdiderunt, traduntur adepti. Tandẽ ad Rugiam ſe applicantes, deſertisq; nauigijs ſolidum iter ingreſſi, cum multam terrarum partem emenſi, armisq; depopulati eſſent, poſt ædi tas late ſtrages, poſtremo petitis in Italia ſedibus, priſcum gentis uocabulum ſuo nomine permutarunt. Interea Danorum tellus rareſcente cultorum opera, ſulcorũq; ueſtigijs ſitu obductis, ſylueſtrẽ induit uultũ, & quaſi natiui ceſpitis amœnitate depoſita, informi ſuccreſcentiũ nemorũ denſitate perhorruit. Quod præſens

B Edictum crudele.

C quoq; camporũ eius facies prodit. Quæ enim olim feracia frugum iugera fuerãt, eadem nunc arboreo ſtipite conſerta uiſuntur. Atq; ubi olim cultores terrã altius uerſantes uaſtas diſſipauere glebas, illic nunc enatũ nemus ſeruantia adhuc uetereris culturæ ueſtigiũ rura cõplectitur. Quæ niſi cultore uacua ac diuturno ſitu uaſta manſiſſent, nequaq; unius ruris glebam inter factos aratro ſulcos, tenacesq; arborum radices partiri potuiſſent. Colles quoq; quos in plano humandorũ cadauerum cura ueterũ labor extruxerat, præſens ſyluæ congeries occupat. Cernere etiam eſt crebros petrarũ aceruos ſyluarum ſaltibus interſitos, quas toto quondam rure diſperſas, ne proſcindendis ubiq; ſulcis officerent, coniectis in ſtruem molibus ruſtica cura ſublegit, malens exiguum agri perdere quàm totum difficile reperire. Vnde ex eo quod tunc exercendorum liberius aruorum gratia agreſtium labor egerat, prioris æui populus poſtero numeroſior extitiſſe perpendit, qui breuibus, agellis contentus agreſtem operã citra ueteris culturæ ueſtigia cohibet. Itaq; præſens ſeculi uultus capax quondã ariſtę ſolũ, nunc gignendis glandibus idoneus agreſtem ſtiuam ac cereales culmos conſita arboribus facie ſe permutaſſe miratur. Et hæc quidem de Snione q̃ueriſſime potui digeſta ſufficiant.

Huic ſuccedit Biorn, itemq; poſt ipſum Haraldus rerum aſſequitur ſummam. Cuius filio Gormoni inter priſcos Danorum duces non infimæ laudis locum rerum ſtrenue geſtarum titulus tribuit. Hic enim nouum audaciæ genus complexus, hæreditarium fortitudinis ſpiritum ſcrutandæ rerum naturæ ueſtigijs quàm armis excolere maluit, utq; alios regum ardor bellicus, ita ipſum cognoſcendorũ mirabilium quæcũq; uel experimento deprehenſa, uel rumore uulgata fuerant, præcordialis ſtimulabat auiditas. Cumq; eſſet externa atq; inuſitata uiſendi cupidus, experiendã præ cæteris duxit Geruthi cuiuſdam ſedium acceptam à Tilenſibus famam. Incredibilia enim ab eis ſuper opum inibi congeſtarũ magnitudine D iactabantur, ſed iter omnium refertum periculo ac penè mortalibus inuium fere batur. Ambitorem nanq; terrarum oceanum nauigandum, ſolem poſtponendũ ac ſydera, ſub chao peregrinandum, ac demum in loca lucis expertia, iugibusq; tenebris obnoxia tranſeundum, expertorum aſſertione conſtabat. Sed in iuuenili animo circunſtantis periculi metum, non tam prædæ quàm gloriæ cupido calcabat, multum ſibi claritatis acceſſurum ſperante, ſi rem admodum intentatam auderet. Trecentis idem cum rege uotum nuncupantibus, autorem famæ Thorkillum itineris ducem aſſumi placuit, utpote locorũ gnarum, peritumq; adeundæ regionis eius. Is officio non recuſato, aduerſum inuſitatã nauigandi maris ſæuitiam firmiore ſtructuræ genere nodisq; crebrioribus, ac conſertioribus clauis præparanda iubet nauigia ſolidari, eademq; magnis repleri cõmeatibus ac bouinis ſuperne tergoribus claudi, quæ intrinſeca nauium ſpatia ab incurſantium undarum aſperginę tuerentur. Inde tribus duntaxat liburnis nauigatio tenditur, unaquaq; centenos capiente delectos. At ubi in Halogiam uentum, ſecundis flatibus deſtituti, uaria pelagi iactatione dubijs nauigationis caſibus agebantur. Tandem per ſummam alimentorum inopiam etiam pane defecti, exiguæ pultis uſu traxere famẽ. Interiectis diebus eminus perſtrepentem procellę fragorem, perinde ac ſcopulos inundantis exaudiunt. Igitur intellecta telluris uicinia, agilitatis eximiæ iuuenis ſpeculandæ rei gratia cacumen mali conſcendere iuſſus, prærupti ſitus inſulam in conſpectu eſſe denunciat: læti omnes regionem quæ ab eo ſignificabatur, auidis inſequuntur luminibus, attente promiſſi littoris præſidium expectantes. Cuius tandem aditum nacti, in æditiorẽ ſoli partem per obſtantes cliuos prærupti calibus enituntur. Tunc Thorkillus ex armentis quę in maritimis frequentia diſcurrebant, ſuprà quod ſemel leniendę fami ſufficeret, negat eſſe tollendum, futurum enim ſi ſecus agerent, ut à dijs loci præſidibus diſcedendi potentia priuarentur.

At

A nautę magis prorogandę ſatietatis quàm ſeruandi imperij cupidiores, incitamẽto gulæ ſalutis conſilium ſubiecerunt, exhauſta nauiũ gremia cæſorũ gregũ corporibus onerantes. Qui ideo captu perfaciles extitere, quod ad inuſitatos uirorum aſpectus firmato pauore mirabundi cõuenerant. Nocte inſequenti monſtra littori inuolantia, ac toto concrepantia nemore, concluſas obſedere puppes. Quorum unum cęteris grandius ingenti fuſte armatum profundum paſſibus emetiebatur. Idem propius admotum uociferari cœpit, non antè enauigaturos, quàm fuſi gregis iniuriã expiando, uiris pro nauiũ numero traditis, diuini pecoris damna penſaſſent. Cuius minis obſecutus Thorkillus, ut uniuerſorũ incolumitatẽ paucorũ diſcrimine tueretur, tres ſorte denotatos exhibuit. Quo facto, optato uento exceptus in ulteriorem Byarmiam nauigant. Regio eſt perpetui frigoris capax, præaltisq; offuſa niuibus, ne uim quidem feruoris perſentiſcit æſtiui, inuiorum abundans nemorũ, frugum haud ferax, inuſitatisq; alibi beſtijs frequens. Crebri in ea fluuij ob inſitas alueis cautes ſtridulo, ſpumantiq; uolumine perferuntur. Illic Thorkillus ſubductis nauibus tendi in littore iubet, eo loci peruentum aſtruens, unde breuis ad Geruthum tranſitus foret. Prohibuit etiam ullum cum ſuperuenientibus miſcere ſermonẽ, affirmans monſtra nullo magis nocendi uim, quàm aduenarum uerbis parum comiter æditis ſumere. Ideoq; ſocios ſilentio tutiores exiſtere, ſe uero ſolum tutò profari poſſe, qui prius gentis eius mores habitumq; peruiderit. Crepuſculo appetente, inuſitatæ magnitudinis uir nominatim ſalutatis nauticis interuenit. Stupentibus cunctis, Thorkillus aduentũ eius alacriter excipiendum admonuit, Guthmundũ hunc eſſe docens Geruthi fratrem, cunctorũ illic applicantium pꝛiſſimũ inter pericula protectorem. Percontantiq; quid ita cæteri ſilentium colerent, refert rudes admodum linguæ eius ignoti pudere ſermonis. Tum Guthmundus hoſpitio inuitatos curriculis excipit. Procedentibus amB nis aureo ponte permeabilis cernitur. Cuius tranſeundi cupidos à propoſito reuocauit, docens eo alueo humana à monſtruoſis rerum ſuccreuiſſe naturam, nec mortalibus ultrà fas eſſe ueſtigijs. Subinde ad ipſa ductoris penetralia peruenit. Illic Thorkillus ſeductis ſocijs hortari cepit, ut inter tentamentorũ genera quæ uarius obtuliſſet euentus, induſtrios uiros agerẽt, atq; à peregrinis ſibi dapibus temperantes, proprijs corpora ſuſtentanda curarẽt, diſcretasq; ab indigenis ſedes peterent, eorũ nenimem diſcubitu cõtingendo. Fore enim illius eſcæ participibus inter horridos monſtrorũ greges amiſſa cunctorum memoria ſordida ſemper cõmunione degendũ. Nec minus miniſtris eorum ac poculis abſtinendũ edocuit. Duodecim filij Guthmundi egregia indole, totidemq; filiæ præclui forma circuſtiterant menſas. Qui cum regem à ſuis duntaxat illata delibare conſpiceret, beneficij repulſam obijciens iniurioſum hoſpiti querebat, nec Thorkillo cõpetens facti excuſatio defuit. Quippe inſolito cibo utentes, plerunq; grauiter affici ſolere cõmemorat, regemq; non tam alieni obſequij ingratum, quàm proprię ſoſpitatis ſtudioſum, conſueto more corpus curantẽ domeſticis cœnã opſonijs inſtruxiſſe. Igitur haudquaq; cõtemptui imputari debere, quod fugiendæ peſtis ſalutari gereretur affectu. Videns autem Guthmundus apparatus ſui fraudẽ hoſpitum frugalitate deluſam, cum abſtinentiã hebetare non poſſet, pudicitiã labefactare conſtituit, omnibus ingenij neruis ad debilitandam eorum temperantiã inhians. Regi enim filiæ matrimoniũ offerens, cæteris quaſcũq; è famulitio peterent potiendas eſſe promittit. Pleriſq; rem approbantibus, Thorkillus hunc quoq; illecebrarum lapſum ſicut & cæteros ſalubri monitu præcurrit, induſtriã ſuam inter cautum hoſpitem ac lætum cõuiuam egregia moderatione partitus. Quatuor è Danis oblatum amplexi, ſaluti libidinem prætulerunt. Quod contagiũ lymphatos inopesq; mentis effectos priſtina rerum memoria ſpoliauit. Quippe poſt id factum parum

C animo constitisse tradunt. Qui si mores suos intra debitos temperantiæ fines cõti
nuissent, herculeos æquassent titulos, giganteã animo fortitudinẽ superassent, pe
renniterq; patriæ mirificarũ rerum insignes extitissent autores. Adhuc Guthmũ
dus propositi pertinacia dolum intendere perseuerans, collaudatis horti sui deli-
cijs, eò regẽ percipiendorũ fructuũ gratia perducere laborabat, blandimentis ni-
sus, illecebrisq; gulæ cautelæ constantiã elidere cupiens. Aduersum quas insidias
rex Thorkillo, ut prius, autore firmatus, simulatæ humanitatis obsequiũ spreuit,
utendi excusationem à maturandi itineris negocio mutuatus. Cuius prudentiæ
Guthmundus suam in omnibus cessisse cõsiderans, spe peragendæ fraudis abie-
cta cunctos in ulteriorẽ fluminis ripã transuectos iter exequi passus est. Progres-
si atrum incultũq; oppidũ uaporanti maxime nubi simile, haud procul abesse pro
spectant. Pali propugnaculis intersiti defecta uirorũ capita præferebant. Eximiæ
ferocitatis canes tuentes aditum præ foribus excubare conspecti. Quibus Thor-
killus cornu abdomine illitum collambendũ obijciens, incitatissimã rabiem par-
uula mitigauit impensa. Superne portarũ introitus patuit. Quẽ scalis æquantes,
arduo potiuntur ingressu. Atræ deintus informesq; laruæ conferserant urbem.
Quarum perstrepentes imagines aspicere horridius an audire fuerit, nescias: fœ-
da omnia, putidumq; cœnum adeuntiũ nares intolerabili halitu fatigabat. Deinde
cõclaue saxeum cui Geruthũ fama erat pro regia assueuisse, reperiunt. Cuius ar-
ctam horrendãq; crepidinẽ inuisere statuentes, repressis gradibus in ipso pauen-
tes aditu cõstiterunt. Tunc Thorkillus hærentes animo circunspiciens, cunctatio-
nem introitus uirili adhortatione discussit, monens temperaturos sibi, ne ullam
ineundæ ædis supellectilem tametsi possessu iocunda aut oculis grata uideretur,
attingerent, animosq; tam ab omni auaritia auersos, quàm à metu remotos habe-
D rent, neq; uel captu suauia cõcupiscerent, uel spectatu horrida formidarent, quan
quam in summa utriusq; rei forent copia uersaturi. Fore enim ut auidæ capiendi
manus subita nexus pertinacia à re tacta diuelli nequirent, & quasi inextricabili
cum illa uinculo nodarentur. Cæterũ composite quaternos ingredi iubet. Quo-
rum Broderus & Buchi primi aditum tentant. Hos cum rege Thorkillus, insequi
tur. Cæteri deinde compositis gradiuntur ordinibus. Aedes deintus obsoleta per
totum, ac ui teterrimi uaporis offusa, cunctorum quibus oculus aut mens offendi
poterat, uberrima cernebatur. Postes longæua fuligine illiti, obductus illuuie pa
ries, compactum è spiculis tectum, instratũ colubris pauimentum, atq; omni sor-
dium genere respersum inusitato aducnas spectaculo terruerunt. Super omnia
perpetui fœtoris asperitas tristes lacessebat olfactus. Exanguia quoq; monstrorũ
simulacra ferreas onerauerant sedes, denicq; consessuum loca plumbeæ crates se-
creuerant, liminibus horrendæ ianitorũ excubiæ præerant. Quorum alij conser-
tis fustibus obstrepentes, alij mutua caprigeni tergoris agitatione deformem ædi
dere lusum. Hic secundo Thorkillus auaras temere manus ad illicita tendi prohi
bens, iterare monitũ cœpit. Procedentes per fractam scopuli partem, nec procul
in æditiore quodam suggestu senem pertuso corpore discissæ rupis plagæ aduer
sum residere conspiciũt. Pręterea fœminas tres corporeis oneratas strumis ac ue
luti dorsi firmitate defectas iunctos occupasse discubitus. Cupientes cognoscere
socios, Thorkillus qui probe rerum causas nouerat, docet Thor diuũ gigantea
quondam insolentia lacessitũ per obluctantis Geruthi præcordia torridã egisse
chalybem, eademq; ulterius lapsa conuulsi montis latera pertudisse, fœminas ue
ro ui fulminũ tactas infracti corporis damno eiusdem numinis attentati pœnas
pependisse firmabat. Inde digressis dolia septem zonis aureis circunligata pan-
duntur, quibus pensiles ex argento circuli crebros inseruerant nexus. Iuxta quę
inusitatæ belluæ dens extremitates auro præditus reperitur. Huic adiacebat in-

gens

A gens bubali cornu, exquisito gemmarum fulgore operosius cultum, nec cælatu
ræ artificio uacuum, luxta quod eximij ponderis armilla patebat. Cuius immodi
ca quidē cupiditate succensus, auaras auro manus applicuit, ignarus excellentis
metalli splendore extremam occultari perniciem, intentiq; prædæ fatalem sub=
esse pestem. Alter quoque parum cohibendæ auaritiæ potens, instabiles ad cor=
nu manus porrexit. Tertius priorum fiduciam æmulatus, nec satis digitis tempe
rans, osse humeros onerare sustinuit. Quę quidem pręda uti usu iocunda, ita usu
probabilis extitit. Illices enim formas subiecta oculis species exhibebat. Armilla
siquidem anguem induens uenenato dentium acumine eum à quo gerebatur ap
petijt. Cornu in draconem extractum, sui spiritū latoris eripuit. Os ensem fabri=
cans, aciem præcordijs gestantis immersit. Cæteri sociæ cladis fortunā ueriti, in=
sontes nocentium exemplo perituros putabant, ne innocentiæ quidem incolu=
mitatem tribuendam sperantes. Alterius deinde tabernaculi postica angustio=
rem indicante secessum quoddam uberioris thesauri secretariū aperitur, in quo
arma humanorum corporum habitu grandiora panduntur. Inter quæ regium
paludamentum cultiori coniunctum pileo, ac mirifici operis cingulum uisebant=
tur. Quorum Thorkillus admiratione captus, cupiditati frenos excussit, propo=
sitam animo temperantiam exuens, totiesq; alios informare solitus, ne proprios
quidem appetitus cohibere sustinuit. Amiculo enim manū inserens, cæteris con
sentaneum rapinæ ausum temerario porrexit exemplo. Quo facto, penetralia ab
imis concussa sedibus, inopinatæ fluctuationis modo trepidare cœperunt. Sub=
inde à fœminis conclamatum, æquo diutius infandos tolerari prædones. Igitur
qui prius semineces, expertiaq; uitæ simulacra putabantur, perinde ac fœmina=
rum uocibus obsecuti, è suis repente sedibus dissultantes, uehementi incursu ad=
B uenas appetebant. Cætera raucos extulere mugitus. Tum Broderus & Buchi
ad olim nota sibi studia recurrentes, incursantes se lamias adactis undiq; spiculis
incessebant, arcuumq; ac fundarum tormentis agmen obtriuere monstrorū. Nec
alia uis repellendis efficacior fuit. Viginti solos ex omni comitatu regio sagitta=
riæ artis interuentus seruauit. Cæteri laniatui fuere monstris. Regressos ad amnē
superstites Guthmundus nauigio traijcit, exceptosq; domi cum diu ac multum
exoratos retentare non posset, ad ultimum donatos abire permisit. Hic Buchi pa
rum diligens sui custos, laxatis contientiæ neruis, uirtute qua hactenus fruebat
abiecta, unam è filiabus eius irreuocabili amore cōplexus, exitij sui connubium
impetrauit, moxq; repentino uerticis circuitu actus, pristinū memoriæ habitum
perdidit. Ita egregius ille tot monstrorū domitor, tot periculorū subactor, unius
uirginis facibus superatus, peregrinatū à continentia animum miserabili iugo uo
luptatis inseruit. Qui cum abiturū regem honestatis causa prosequeretur, uadū
curriculo transiturus, altius desidentibus rotis, ui uorticū implicatus absumitur.
Rex amici casum gemitu prosecutus, maturata nauigatione discessit. Qua primū
prospera usus, deinde aduersa quassatus, periclitatis inedia socijs, paucisq; adhuc
superstitibus religionem animo intulit, atq; ad uota superis nuncupanda confu=
git, extremæ necessitatis præsidiū in deorum ope cōsistere iudicans. Deniq; alijs
uarias deorum potentias exorantibus, ac diuersæ numinum maiestati rem diui=
nam fieri oportere censentibus, ipse Vgarthilocum uotis pariter ac propitiamen
tis aggressus, prosperā exoptati syderis temperiem assecutus est. Domū ueniens
cum tot maria se, totq; labores emensum animaduerteret, fessum ærumnis spiritū
à negocijs procul habendū ratus, petito ex Suetia matrimonio superioris studij
habitū ocij meditatione mutauit. Vita quoq; per summū securitatis usum exacta
ad ultimū penè ætatis suæ finem prouectus, quū probabilibus quorundam argu

C mentis animos immortales esse compertum haberet, quasnam sedes esset exuto membris spiritu petiturus, aut quid præmij propensa numinũ ueneratio merere tur, cogitatione secum uaria disquirebat. Hæc uoluentẽ subeunt quidam parum benigni in Thorkillũ animi, docentes diuino opus esse consultu, tantæq; rei certi tudinem humano altiorẽ ingenio, nec mortaliũ cognitu facilem, cœlestibus ex petendam oraculis: quamobrem propitiandũ esse Vgarthilocum, neminemq; id Thorkillo aptius executurũ. Fuere quoq; qui eundem insidiarũ reum, ac regij ca pitis hostem deferrent. Qui cum ultimo se periculo destinari uideret, criminatio nis autores profectionis comites expetiuit. Tum qui insontem notauerant, perí culum alieno capiti præparatũ in seipsos recidisse cernentes, cõsultum reuocare tentabant. Sed frustra regias aures implentes, etiam pauoris increpiti Thorkillo duce nauigare coguntur. Ita excogitatis in alterũ malis, in autorem plerunq; adi gi necesse est. Qui cum se ineuitabili discriminis necessitate districtos animaduer terent, nauigiũ taurinis obstructum coriis prouisis abunde cõmeatibus impleue rũt. Quo euecti eò peruenere loci, ubi regio Solis inops, ignara syderũ, nec diur ni luminis capax, perpetuæ noctis specie caligabat. Cumq; diu sub inusitata cœli facie nauigassent, tandem incidente lignorum inopia, foculi nutrimentis defecti, nec suppetente decoctionis officina, crudis famem obsoniis propulerunt. Verũ complures uescentiũ ultimam pestem ab indigestæ dapis satietate traxerunt. Pri mum enim paulatim stomachis inusitato partus edulio languor irrepsit, deinde latius manante contagio, uitalia morbus appetijt. Sicq; anceps utriusq; intempe rantiæ malum ut inedia grauem, ita gulã quoq; suspectam effecerat, cum nec ab stinere cõmodum nosceretur. Igitur omnem salutis spem abijcientibus, ut neruũ tunc facilius rumpi solitum est cum arctiuis tenditur, patrociniũ inopinatæ com
D moditatis affulsit. Subitò enim ignis haud procul emicare conspectus, exhaustis trahendæ uitæ fiduciam ingenerauit. Quem Thorkillus tanquam diuinitus da tum remediũ colligere statuens, quo sibi certiorem ad socios reditum strueret, cacumen mali infixæ gemmę fulgore signauit, littore deinde potitus subijcit ocu lis anguſti aditus, arctarumq; fauciũ specum. Quem comitibus foris præstolari iussis ingressus, duos eximiæ grandítatis aquilos cõspicatur corneis naribus con tracta, quę fors obtulerat igni nutrimenta præstantes. Cęterũ deformis introitus, obsoleti postes, ater situ paries, sordidũ tectum, frequens anguibus pauimentũ, non oculũ magis quàm animũ offendebãt. Tum gigantũ alter salutatũ eum rem conatu præarduam orsum esse dicebat, inusitati numinis adeundi cupiditate fla grantem, atq; extra mundani climatis cognitionem inuestigabili scrutatione cõ plexum. A se autem propositi itineris semitas cogniturũ, si tres ueridicas senten tias, totidem prouerbijs comprehensas expromeret. Tum Thorkillus: Non me hercule incõptiorem naribus familiã peruidisse cõmemini. Sed neq; locum quo minus libenter degerem attigi. Item: Illum mihi pedem potiorẽ statuo, qui prior exitum capessere quiuerit. Gigas Thorkilli prudentia delectatus, prouerbiorũ ueritate laudata, docet ad inops graminis solũ, altisq; obfusum tenebris in primis esse migrandũ. Antè aũt quàm destinatus possit locus accipi, nauigationẽ quatri duo pertinaci remigio pertrahendã. Illic uisendũ fore Vgarthilocũ tetros horren dosq; specus sordida mansione cõplexum. Thorkillus magnopere stupẽs, quod & longa & periculosa nauigatio imperabat, spe tamen dubia præsentẽ metũ uin cente foculũ expetiuit. Et gigas, si ignẽ, inquit, desideras, necesse est alias tres sen tentias similibus prouerbijs ædas. Tum Thorkillus: Consilio, tametsi exilis id au tor ędiderit obsequendũ est. Item, eò temeritatis processi, ut si regredi quiuero, sa lutem meã nulli magis q̃ pedibus debeã. Rursum, si impræsentiarũ recessu libe re fruerer, ulterius à reditu temperandũ curarẽ. Inde perlato ad socios igne, aurę

indulgen-

A indulgentiã nactus quarto die ad propositũ portum appulit, aggressusq; cum so
cijs terrã, apud quã continuæ noctis facies alterni luminis uicissitudinẽ frustraba
tur, ægre prospectum capientibus oculis inusitatæ molis scopulũ conspicit. Cu=
ius perlustrandi cupidus, à comitibus foris stationẽ peragentibus extusum silici=
bus ignem, opportunũ contra dæmones tutamentũ, in aditu iussit accendi. Post
hæc prælato per alios lumine, arctis cauernæ faucibus corpus subijciẽs, inter cre
bros serpentũ allapsus ferreorũ undiq; sediliũ frequentiã contemplatur. Inde pla
cidior aquæ moles subiectoq; sabulo molliter influens conspectui obuersata est.
Qua transita paulò defectiorẽ situ speluncã aggredit. Ex qua item atrum obscœ
numq; conclaue uisentibus aperitur. Intra quod Vgarthilocus manus pedesq;
immensis catenarũ molibus oneratus aspicit: cuius olentes pili tam magnitudi=
ne q; rigore corneas æquauerant hastas. Quorũ unum Thorkillus adnitentibus
socijs mento patiẽtis excussum, quo promptior fides suis haberẽ operibus asser
uauit, statimq; tanta fœtoris uis ad circunstantes manauit, ut nisi repressis amicu=
lo naribus, respirare nequirent: uixq; egressu potiti, ab inuolantibus undiq; colu
bris conspuunt. Quinq; duntaxat Thorkilli comitũ cæteris ueneno consumptis
nauigiũ cum ductore conscendunt. Imminent efferi dæmones, & in subiectos ue
nenata passim sputa cõijciunt. At nautæ prætentis coriorũ umbraculis illapsum
respuere uirus. Hic cuiusdã forte prospicere cupientis tactũ ueneno caput, perin
de ac ferro recisum ceruici exemptũ est. Alius ocellos umbraculis exercens, sub
eadem uacuos luminũ orbes retulit. Alius exerta manu tegimen explicans, eius=
dem tabis ui truncũ ad se brachiũ reuocauit. Igitur cæteris propensiora sibi numi
na nequicq; deprecantibus, Thorkillus uniuersitatis deum uotis aggressus, eiq;
cum precibus libamenta defundens, mox prioris cœli usum ac perspicua rerum
B elementa prospera nauigatione collegit. Iamq; aliũ sibi orbem atq; ipsum rerũ hu
manarũ aditũ perspicere uidebant. Tandẽ ad Germaniã Christianis tunc sacris
initiatã appulsus, apud eius populũ diuini cultus rudimẽta percepit, ubi sociorũ
manu ob inusitatũ aẽris haustũ propemodũ consumpta, duobus tantũ quos sors
ultima prẽterierat comitatus, reditũ ad patriã habuit, uerũ illitus ori marcor ita ha
bitum corporis, ac pristina formæ lineamenta confudit, ut ne ab amicis quidẽ po
tuisset agnosci. At ubi detersa illuuie, notitiã sui uisentibus reddidit, eximiã regi
cognoscendæ legationis auiditatẽ ingessit. Sed necdum æmulorũ obtrectatione
sopita, fuere qui regẽ cognitis quæ Thorkillus afferret, subitò decessurum astrue
rent. Auxit affirmationis fidem, eiusdẽ rei falsa somnij prædictione suggesta cre=
dulitas. Igitur qui noctu Thorkillũ opprimerent, regis imperio subornant. Cuius
ille rei utcunq; indiciũ nactus, clàm cunctis relicto cubili magni ponderis lignũ
subiecit, eoq; facto subornatis truncũ cædentibus regiæ fraudis cõmentũ elusit.
Die postero regẽ corpus curantẽ aggressus, ignosco, inquit, sæuitię tuæ, erroriq;
ueniã tribuo, qui prosperũ legationis nunciũ afferenti pœnã pro gratia decreui=
sti. Itaq; te solũ, pro quo caput tot ærumnis deuoui, tot periculis cõtudi, quemq;
operum meorũ gratissimũ pensatorẽ speraui, acerrimũ uirtutis punitorẽ inueni.
Verũ ultionis partibus prætermissis, interno animi tui rubore (si tamen ullus in=
gratos pudor afficit) læsionis meæ uindice sum cõtentus. Nec immerito te omnẽ
dæmonũ rabiem, aut belluarũ sæuitiã superare coniecto, quod tot monstrorũ insi
dijs erutus à tuis immunis esse nõ potui. Rex cuncta ex ipso cognoscere cupiẽs,
fatisq; arduũ obstare iudicans, euentuũ ordinẽ exponere iubet. Cumq; per cæte
ra auidis referentẽ auribus excepisset, postremo recensitã numinis sui mentionẽ
sinistra opinione colligi passus non est. Exprobratã enim Vgarthiloci fœditatem
exaudire nõ sustinens, adeò indignitatis eius uicem doluit, ut impatientem dicto
rum spiritũ inter ipsa narrantis recitamenta deponeret. Itaq; dum uani numinis

C cultum cupide fouit, ubinam uersus esset miseriarũ carcer agnouit. Cuius quoq; oliditas, quem Thorkillus perinde atq; operũ suorũ magnitudinem testaturũ, capillitio gigantis excerpserat, in circunstantes effusa, compluribus exitio fuit.

Defuncto Gormone, Gotricus ex eo genitus regnat. Hic nõ armis modo, sed etiam liberalitate conspicuus, incertũ fortior an clementior fuerit, adeoq; seuerita tem mansuetudine castigabat, ut alteram altera rependere uideretur. Eodem tempore rex Noruagiæ Goto à Berone & Refone Tylensibus petitus, Refonem cultius ac familiarius habitũ, magni ponderis armilla donauit. Quo quidam aulicorum conspecto, magnitudinem doni impensiori laude cõplexus, neminem Gotoni parem humanitate firmabat. At Refo quanquam gratiã beneficio deberet, tamen immodici laudatoris tumidam uocem approbare nõ passus, Gotricum ei prætulit. Vt enim uanam assentatoris affirmationẽ obtereret, absenti liberalitatis testimonium reddere, quàm præsentem beneficij datorem falso palpare maluit. Partim quoq; ingratitudinis argui, quàm inanis iactantię laudẽ assentiendo prosequi, regemq; ueritatis serio mouere, q̃ adulationis mendacio fallere, aliquanto preciosius duxit. At Vluo dictas in regem laudes, nõ solum pertinaciter affirmare, sed etiã experimento prosequi perseuerans, pignus cum negante proponit. Cuius consensu Refo in Daniã pergens, Gotricũ sella posita, stipendia inter milites partientẽ inuenit. A quo quisnam esset rogatus, uulpeculæ sibi nomen esse respondit. Cumq; risu quosdã, alios admiratiõe cõplesset, & uulpem, inquit Gotricus, ore prædã excipere conuenit. Ac mox detractũ lacerto torquem accersiti labris inseruit. Quem Refo confestim brachio applicans, id cunctis auro præditũ ostentabat; reliquũ uero perinde atq; ornamenti inops occultius habuit, eoq; acumine ab inuictæ munificentiæ dextera consentaneũ priori munus accepit. Quod

D ei nõ tam precij magnitudo iocundũ, q̃ litis initæ uictoria faciebat. A quo cũ rex de pignoris positione cognosceret, fortuitò magis q̃ deindustria munificus erga ipsum extitisse gaudebat, plus se uoluptatis ex datione, q̃ accipientem ex munere sentire testatus. Igitur reuersus Noruagiã Refo concertatorẽ pignus exoluere recusantem occidit, filiamq; Gotonis captiuam Gotrico potiendam adducit. Cũq; Gotricus, qui & Godefridus est appellatus, transfusis in exteros prælijs, famã ac uires felicibus propagasset auspicijs, inter cætera factorũ monimenta, hanc quo-

Tributi lex Saxonibus à Danis imposita.

que Saxonibus tributi legem indixit, ut eorũ duces quoties apud Danos regni mutatio obuenisset, centum equos niueos suffecti regis initijs dedicarent. Quod si nouum Saxonibus ducem uariata rerum successio peperisset, is quoq; prædictæ pensionis obsequio potestatis principium Danicæ maiestatis titulis inclinaret, quo & gentis nostræ fateretur imperium, & subiectionis suæ solenne præberet indicium. Nec Germaniæ quidem oppressione contentus, per Refonem legationi addictum Sueoniam tentat. Quem Sueones aperta ui necare ueriti, latrocinium ausi incusso lapide dormientem consumpserunt. Quippe molarem superne pensum, rescissis uinculis, subiecti ceruicibus illabi fecere. In cuius noxæ expiationem actum est, ut singuli facinoris autores bissena auri talenta, è plebe uero quilibet unam eiusdẽ generis unciam Gotrico persolueret. Vulpeculę pensionem uocabant. Accidit interea ut rex Francorũ Karolus contusam bello Germaniam, non solum christianismi sacra suscipere, sed etiam ditioni suæ parêre cõpelleret. Quo comperto Gotricus finitimas Albiæ gentes adortus, Saxoniam susceptum Karoli iugum cupidius amplexantem, ac Romana arma Danicis præferentem, ad pristinum regni sui titulum reuocare tentabat. Quo tempore Karolus uictricia trans Rhenum castra receperat, ideoq; ab aduenæ hostis congressu, perinde ac fluuij interstitio uetitus, temperabat. Quem quum ob res Gotrici comprimendas iterato transmeare proponeret, à Leone Romanorum

pontifice

pontifice in urbis tuendæ præsidium accersitus mandato paruit, filio uero Pipino gerendi aduersum Gotricum belli partes cõmisit, ut dum ipse in longinquũ hostem ageret, hic contra uicinum susceptum pugnæ negocium procuraret. Oportebat enim ut gemina curarum anxietate distractus, sparsa manu aptum utrique remedium prouideret. Interea Gotricus speciosam ex Saxonibus uictoriam refe rens, contractis denuò uiribus, ac frequentiori copiarum robore comparato, nõ in Saxones modò, uerum in omnem Germaniæ populum amissæ dominationis iniuriam ulcisci constituit. Ac primo quidem classe Fresiam domat. Quæ prouincia admodũ situ humilis, quoties sęuiente oceano obiecta fluctibus æstuaria perrumpuntur, totam inundationis molem patentibus campis excipere consueuit. Huic Gotricus non tam arctam quàm inusitatam pensionem imposuit. De cuius conditione & modo summatim referam. Primum itaq; ducentorum quadraginta pedum longitudinẽ habentis ædificij structura disponitur, bissenis distincta spatijs, quorum quodlibet uicenorum pedum intercapedine tenderetur, prædictæ quantitatis summã totalis spatij dispendio reddente. In huius itaq; ædis capite regio considente quæstore, sub extremam eius partem rotundus è regione clypeus exhibetur. Fresonibus igitur tributũ daturis mos erat singulos nummos in huius scuti cauum conijcere, è quibus eos duntaxat in censum regium ratio computantis eligeret, qui eminus exactoris aures clarioris soni crepitaculo perstrinxissent. Quo euenit ut id solum æs quæstor in fiscũ supputando colligeret, cuius casum remotiore auris iudicio persensisset. Cuius uero obscurior sonus citra cõputantis defecisset auditum, recipiebatur quidem in fiscum, sed nullum summæ præstabat augmentum. Compluribus igitur nummorũ iactibus quæstorias aures nulla sensibili sonoritate pulsantibus, accidit, ut statam pro se stipem erogaturi, multã interdum æris partem inani pensione cõsumerent. Cuius tributi onere per Karolũ postea liberati produnt. Cumq; Gotricus trãscursa Fresia, ac reuerso iam Roma Karolo in ulteriores se Germaniæ prouincias effundere statuisset, proprij satellitis insidijs circũuentus, ferro domesticæ fraudis interijt. Quo audito Karolus effuso gaudio exultauit, nihil eo casu unq; fortunæ suæ iucũdius obuenisse cõfessus.

HISTORIAE DANICAE LIBRI OCTAVI FINIS.

SAXONIS GRAMMATICI HISTORIAE DANORVM LIBER IX.



LAVVS Gotrici filius patre mortuo regnat. Hic paternę uindictæ studio ciuilibus patriã bellis implicare sustinuit, publicam pietatẽ priuato affectui subijciendo. Cuius extincti corpus collis Olaui titulo celeber prope Lethram cõgestus excepit. Huic succedit Hemmingus, cuius dignum memoratu opus nõ reperi, nisi quod pacẽ cum Cæsare Ludouico iurisiurandi firmitate cõposuit. Et fortè complura temporũ eius insignia, q̃q̃ præclara extiterint, uetustatis liuore teguntur. Post hos Syuardus cognomento Ring, quẽ eiusdẽ nominis pater Noruagiæ dux olim ex Gotrici filia susceperat, Scanis, Sialandisq; fautoribus regnat. Nam cõsobrinus eius Ringo, idemq; Gotrici nepos lutiam occupabat. Igit unius regni diuidua potestas, tanq; utraq; parte ob paruitatẽ ignobili, nõ sperni modo sed etiã lacessi ab exteris cepit.

C Quos Syuardus maiore odio quàm regni æmulum insecutus, peregrina bella ciuilibus præferendo, quinquennio periculis patriæ defensionem suam opponere perseuerauit. Elegit enim uulnus tolerare domesticũ, quo promptius sanaret externum. Quamobrem Ringo dominationis eius occasione suscepta, uniuersum imperij ius in seipsum transferre conatus, foris excubias peragentem, intus lacerare sustinuit. Prouincias siquidem quæ ab ipso possidebantur inuadens, cõmunis patriæ defensionem ingrata mente pensabat. Igitur ex Sialandicis quidã Syuardi studiosiores, quo synceriorem absenti fidem gererent, filium eius Regnerum uixdum cunis erutum, regis nomine censuerunt, nõ quod ipsum regimini intempestiuum nescirent, sed ut tanti pignoris ductu aduersum Ringonem torpentium sociorum animos excitarẽt. Audiens autem Ringo Syuardum interim ab expeditione regressum, Sialandenses magna manu petitos ni se dederent, ferro perituros edixit. At Sialandici quibus aut rubor, aut periculum imperabatur, uiribus ob paucitatem diffisi, deliberandæ rei inducias poposcerunt. Quibus impetratis, quũ nec Syuardi gratiam colere liberum, nec Ringonis amplecti uideretur honestum, diu inter metum pudoremq; solliciti iactabãtur. Qua in re ne sensibus quidem consilio suppetente, Regnerus tunc fortè concioni præsens, breuis, inquit, arcus subitò spiculum iacit: ego uero tametsi puerili ausu maiorũ ora præcurrere uidear, ignoscendum erratis ueniamq; immature æditis precor. Verum prudentiæ monitor tametsi despicabilis uideatur, respuendus non est. Docili quippe animo sorbenda est utilium disciplina. At quoniã ut desertores ac transfugas notari turpe, ita supra uires audere temerariũ est, & utrobiq; par culpa sub esse conuincitur: simulata transitione petendus est hostis, idemq; quum primum facultas obuenerit, opportuna desertione linquendus. Satius ergo erit aduersarij iram obsequij figmento præcurrere, quàm negatione eundem in nosmetipsos
D acrius incessendos armare. Quid enim fortioris imperium detrectantes agimus, nisi quod ipsi in iugulum nostrũ arma sponte præstamus? Sæpe inuolutioribus studijs efficacissima fraus alitur. Astu illaqueanda est uulpes. Cuius consilij salubritate, & fluctuantium ciuium cunctationem discussit, et hostilibus castris noxiũ robur adiecit. Concio quoq; infantiæ eius non facundiã minus quàm ingenium mirans, egregiæ indolis decretum habitu annorũ excellentius cupide amplexata est. Nec rubori fuit defectis cõsilio senibus puerilibus obsequi monitis, quę quam à tenero manassent, integerrimo disciplinæ pondere redundabãt. Autorẽ uero cõsilij instanti periculo obijcere ueriti, educationis gratia Noruagiã transtulerunt. Breui post conserta pugna Ringonẽ Syuardus aggreditur, quo occiso ipse immedicabili plaga perstrictus, paucis interiectis diebus ex uulnere decessit.

Cui Regnerus in regnum succedit, quo tempore rex Suetiæ Fro, interfecto Noruagiensium rege Syuardo, coniuges necessariorũ eius prostibulo religatas, publice constuprandas exhibuit. Quo Regnerus audito, auitæ ultionis studio Noruagiam petiuit. Eò ueniente matronæ complures, quæ corporum suorũ lubidria, aut nuper passa fuerãt, aut in proximo pudicitiæ periculum uerebantur, uiriliter cultæ cupide castris eius adproperare cœperunt, profitentes se fatũ contumeliæ prælaturas. Nec erubuit futurus muliebris improperij uindex, aduersum autorem turpitudinis, quarum ignominiam ulcisci uenerat, auxilia mutuari.

Lathgertha perita bello fœmina.

Inter quas affuit & Lathgertha perita bellandi fœmina, quæ uirilẽ in uirgine animum gerens, immisso humeris capillitio, prima inter promptissimos dimicabat. Cuius incomparabilem operam admirantibus cunctis, quippe cęsaries tergo inuolare conspecta fœminam esse prodebat. Regnerus aui interfectore prostrato, de puella quam in acie præuiam prænotauerat, cõmilitones plurimũ percontatus est, unius fœminæ uiribus uictoriam sibi constitisse professus. Quam quum illustri inter

A ſtri inter barbaros loco natam cognouiſſet, per internuncios procari perſtitit. Illa legatione tacite ſpreta, conſenſum ſimulat. Cumq; datis fallaciter reſponſis anhelanti proco potiendi uoti fiduciam attuliſſet, adiectum urſo canem in ædis ſuæ uestibulo religari præcepit, contra omne amatoris ſtudiũ per obiectas belluas proprium tutatura conclaue. Regnerus uero fauorabili nuncio recreatus, nauigium ſcandit, emenſusq; fretum, comitibus apud Golerdal (id ualli nomen eſt) ſubſiſtere iuſſis, ſolitarius puellæ penates accedit. Vbi exceptus à belluis, alterã telo traiecit, alteram faucibus apprehenſam obtorto gutture ſtrangulauit, uirginemq; uicti periculi præmium habuit. Ex cuius matrimonio geminis filiabus, quarũ nomina memoriæ prodita non ſunt, filioq; Fridleuo ſuſceptis, trienniũ feriatus eſt. Cuios ob recentes nuptias reditu deſperato, Iuti gens inſolens Scanis in ſocietatem contractis, Sialandos, qui Regneri fidem propenſiori charitate colebant, bello laceſſere tentant. Quo comperto Regnerus tricenas inſtruit puppes, uentiſq; nauigationi parentibus, Scanos apud Vuhiteby uicum bellũ auſos obtriuit, exactaq; hyeme, cum Iutis prope Lym Fiorthinum eius regionis fretum habitanti bus ſecũdis euentibus dimicauit. Tertio item ac quarto Scanis, Hallandisq; felici auſpicio domitis, in Thoram Herothi regis filiam nuptiarum amore cõuerſo, ſibi ac Lathgerthæ repudium interiecit. Damnabat enim coniugis fidem, quam olim in perniciem ſuæ ſummæ ferocitatis belluas admouiſſe meminerat. Interea rex Sueonum Herothus ſyluas forte uenatione complexus, repertas à comitibus angues filiæ detulit nutriendas. Illa paterno ocyus obſecuta præcepto, uipereũ genus uirgineis manibus educare ſuſtinuit. Quinetiam curæ habuit, ut integrũ bouis cadauer earum quotidie ſatietati ſuppeteret, ignorans ſe priuato pabulo publicam ſuſtentare perniciem. Quę quũ adultæ peſtilentiſſimo halitu uiciniam ure
B rent, rex inertis operæ pœnitẽs, potiturũ filia qui peſtem amouiſſet, edixit. Quo non minori fortitudinis quàm libidinis incitamento frequens iuuentus adducta, periculoſam gnauiter operam erogabat. Cuius rei ſummam Regnerus ab interemeantibus expertus, laneum à nutrice ſagulum, uilloſaq; admodum fœmoralia quibus inflictos anguium morſus elideret, expetiuit. Nam ut munimenti gratia referto pilis cultu utendũ credidit, ita agilitatis cauſa tractabilem ſumpſit. Cumq; nauigio Suetiam appuliſſet, incidente gelu aquis deinduſtria corpus iniecit, humefactamq; ueſtem quo minus penetrabilis redderetur, brumæ durandam prębuit. Qua amictus ſalutatos comites ad fidem Fridleuo ſeruandam hortatus, ſolus procedit ad regiam. Qua uiſa enſem lateri nectens, dextræ telum inſerit amentatum. Procedenti inuſitatę magnitudinis obuius allabit ſerpens. Huic alter graditate par prioriſq; prolapſum inſecutus arrepſit. Qui iuuenem modo caudæ uoluminibus quatere, modo pertinaci uomitu ac ueneno conſpuere decertabãt. Interea aulici tutiora complexi latibula, perinde ac pauentes puellulæ rem eminus inſpectabant. Ipſe rex pari metu perterritus, in anguſtum cum paucis conclaue refugerat. At Regnerus gelati cultus duritie fretus, non armis modo, ſed etiam amictu uirulentos fruſtrabatur aſſultus, ſolusq; duarum rictum pertinaci ſpiritu uirus in ſe profundentiũ infatigabili congreſſione ſuſtinuit: quippe morſus clypeo, uenenum ueſte reſpuit. Ad ultimũ excuſſum manu telum ſtrenue inceſſentium ſe belluarũ corporibus adigit, eoq; utriuſq; præcordia lacerans, felicem pugnæ euentum habuit. Cuius cultum rex curioſius cõtemplatus, quũ hirtum atq; hiſpidum animaduertiſſet, præcipue tamen occiduæ ueſtis horrorem, maximeq; incomptam braccarũ ſpeciem eludens, Lothbrog eum per ludibrium agnominauit. Quem etiam ut ex laboribus recrearet, cum amicis epulaturum accerſit. Ille prius reuiſendos ſibi quos reliquerat arbitros aiebat, profectusq; eoſdem futuræ epulationis gratia nitidius cultos adducit. Ac demũ peracto conuiuio præfixum

C uictoriæ pignus accepit. Ex qua Rathbarthũ Dun, Vuarthnũq; egregiæ indolis pignora procreauit. Hisdem Syuardus, Biornus, Agnerus, Iuarusq; natura fratres adiecti sunt. Interea Iuti ac Scani insopibili seditionis face succensi, abrogato Regneri titulo, Haraldo cuidam rerum cõtribuunt summã. Aduersum quos Regnerus legatis Noruagiam missis, quũ amica precaretur auxilia, Lathgertha pristini amoris pertinaciore hausta exuberãs, cum uiro ac filio nauigationẽ arripuit. Centum ac uiginti nauium classem ei à quo olim repudio accta fuerat, exhibere sustinuit. Qui etiam uniuersæ opis egenum se iudicans, ab omni ætate præsidium mutuari curauit, robustisq; imbecilles agglomerans, fortium cuneis senum, puerorumq; partes inserere non erubuit. Igitur apud campũ qui latialiter Laneus dicitur, in primis Scanorum res obterere orsus, graue cum factiosis bellum habuit. Vbi Iuarus septimũ agens annum insigni pugna ędita puerili corpore grandæuum robur exercuit. Syuardus uero dũ hosti uim aduerso corpore ingerit, humi collapsus prono uulnus excepit. Quæ res inspectantibus socijs grauissimã circunspiciendæ fugæ solicitudinẽ attulit, nec Syuardũ modo, sed & omnia ferè Regnericæ partis arma deiecit. Verum hunc attonitarũ mentium lapsum Regnerus uirili opera hortatuq; firmauit, paratosq; uinci uictoriam conari perpulit. Lathgertha quoq; teneris membris incomparabilẽ sortita spiritum, trepidantis militiæ studium specioso fortitudinis exemplo contexit. Militari nanq; discursu inopinatorum terga circunuolans, socialem metum in hostilia castra cõuertit. Ad ultimum laxata Haraldi acie, atq; ipso per summã suorum stragem fugato quum domũ ex acie reuertisset, spiculo quod toga occultauerat noctu mariti iugulum attentauit, totiusq; potentiæ eius ac nominis summam inuasit. Insolentissimus nanq; fœminæ spiritus absq; uiro regnum gerere, quàm fortunæ eius cõmunicare iocundius
D duxit. Interea Syuardus oppido quod in uicinia erat allatus, curandũ medicis corpus præbebat. Quibus ad summã usq; desperationẽ prouectis, dum uulneris immanitas adhibita fomentorũ genera frustraretur, quidam stupenda magnitudine ægri lectulum adire conspectus, si sibi illorum quos armis oppressurus foret animas dedicasset, protinus incolumitate gauisurũ promittit. Nec nomine quidem suppresso, Rostarum se dici subiunxit. Animaduertens autem Syuardus paruulæ promissionis impendio ingens comparari beneficiũ posse, penitus cupide paruit. Tunc senex attrectatæ tabis liuorem repentino manus auxilio dispulit, subitamq; uulneri cicatricem intendit. Postremo pupillas eius puluere perfundens abiit. Qui maculis repente coortis, eximiã uermiculorũ similitudinẽ obstupescentibus oculis ingenerauit. Crediderim huius miraculi autorẽ futuram iuuenis fœditiam euidentiori luminũ testimonio prodere uoluisse, ne perspicacior corporis pars sequentis uitæ præsagio uacua maneret. Quem anus quæ potionibus eius præerat, uermiculatas ore notas præferre conspiciens, inusitato iuuenis horrore permota subito lapsu decidens, linqui animo cepit. Quo euenit ut Syuardo serpentini oculi uulgatum late cognomen accederet. Interea nuptam Regneri Thoram uiolentus morbi casus absumpsit, eaq; res amantissimo coniugis uiro infinitã ægritudinis molestiã peperit. Quam optime negocio discutiendã ratus, solatium ab exercitio mutuari, doloremq; labore temperare cõstituit. Militiam itaq; dettahendæ ægritudinis, pariendiq; solaminis gratia meditatus, statuit ut unusquisque paterfamilias, quem inter liberos contemptissimũ duceret, aut si quem pigrioris operæ, ac minus spectatæ fidei seruum haberet, stipendia sibi meriturũ offerret. Quod edictum tametsi parum proposito cõpetens uideretur, inualidissimos Danicæ gentis aliarum nationum fortissimis præstare docuit, magnumq; iuuentuti profectum attulit, delectis certatim socordiæ notam abstergere cupiẽtibus. Præterea ut omnis cõtrouersiarum lis semotis actionum instrumentis, nec accusantis impetu

A impetitione, nec rei defensione admissa, duodecim patrum approbatorum iudi-
cio mandaretur, instituit. Cuius legis beneficio temeraria litium cõtractione sum
mota, improborũ calumnię sufficienter obuiatũ existimãs, arma in Britanniã ere-
xit, regemq; eius Hamam, Hellæ nobilissimi iuuenis patrem, pugna perstrictum
occîdit. Inde Scotiæ ac Petiæ insularũq; quas australes uel meridianas uocãt, duci
bus interfectis, Syuardo ac Rathbartho filijs uacuas gubernatore prouincias in
potestatem addixit. Noruagiã quoq; principe suo uiolenter exutam Fridleuo pa
rêre præcepit, eundẽq; Orchadibus proprio duce defectis præferre curauit. Inte
rea Danorum quidam pertinacioris erga Regnerũ odij obstinatis ad rebellandũ
animis Haraldi quondam profugi partibus aduoluti, prostratã tyranni fortunam
attollere conati sunt. Qua temeritate insolentissimos belli ciuilis aduersum regem
spiritus excitauerunt, externisq; liberum domesticis implicuere periculis. Ad
quos constringendos Regnerus cum insularium Danorum classe profectus, re-
bellium agmen elisit, Haraldumq; superati exercitus ducem fuga in Germaniam
actum, honorem improbe partum impudenter abijcere cõpulit. Captiuos quo-
que simplici morte afficere nõ contentus, tortos necare maluit, ut qui ad deseren
dam impietatem adduci non poterant, ne spiritum quidem nisi per summam pœ
narum uiolentiam deponere sinerentur. Cæterum latifundia eorum qui cum Ha
raldo profugerant, secum stipendia peragentibus partitus est, eo patres puni-
tiores iudicans, quod ad liberos quos suo iudicio repulissent, charioribus patri-
monio spoliatis, honorem hæreditatis suæ translatum uiderent. Sed ne sic qui-
dem ultionis satietate perfusus, insuper Saxoniam, quod eam asylum hostium,
Haraldiq; profugium crederet, oppugnare constituens, implorato filiorum au-
B xilio, Karolum tunc fortè illis imperij sui finibus immorantem offendit. Cuius
quum interceptis uigilibus præiectas fefellissent excubias, atque ob hoc cætera fa
ctu leuia duceret, conatuq; promptiora speraret, subitò diuina futuri muliercula
tanquam cœleste quoddam oraculum, aut diuinę uoluntatis interpres, salutari re
gem prædictione permonuit, aduentantisq; periculi malum felici uaticinio præ-
cucurrit, Syuardi classem ad Sighnini fluminis fauces appulisse denuncians. Im
perator attente accepto monitu hostilem interpretatus aduentum, significatos si
bi barbaros pugnæ oppositu constringendos curauit. Qua in Regnerum habi-
ta, non similiter ut discriminis cautelam hausit belli actum impleuit. Itaq; infatiga
bilis ille totius penè Europæ domitor serenissimis, amplissimisq; uictorijs tantã
terrarum partem emensus, tot ciuitatum, tot gentium uictorem exercitum auer
sis bello pectoribus unius prouincię paruula manu profligatum aspexit. Cumq;
Regnerus oneratis tributo Saxonibus de morte Heroddi certum è Suetia nun-
cium accepisset, liberosq; suos Sorli suffecti regis calumnia auitis bonis exutos
cognosceret, Biorni, Fridleui, atque Rathbarthi collegium apprecatus (nam Re
gnaldus, Vuitsercus, & Ericus, quos ex Suanlogha progenuerat, nondum habi
lem armis ætatem impleuerant) Suetiam petijt. Cui occurrens cum exercitu Sor
lus, publice an priuatim dimicandi optione facta, singularem deligenti conflictũ
Scarchdhum spectatæ audaciæ pugilem, cum septena filiorum manu ex prouo-
catione pugnaturum admouit. Cum quibus Regnerus tribus filijs in certaminis
societatem assumptis, utroq; exercitu inspectante congressus, agone uictor ex-
cessit. Biornus uero quod integer hosti cladem ingesserat, tanquam à ferrei late-
ris firmitate sempiternũ usurpauit agnomen. Qua uictoria Regnerus omnis peri
culi superandi fiducia nactus, Sorlum cum uniuersis quas ductauerat copijs im-
petitum occîdit. Cumq; Biorno ob conspicuæ fortitudinis meritum Suetica prę-
latione donato, aliquanto bellorũ interstitio quieuisset, cuiusdam fortè muliercu-

C Iæ amantior factus, quo promptiorem ſibi potiendę eius aditum ſtrueret, patrem ipſius ampliſſimo beneficentiæ cultu officioſiſſime captandũ curauit. Sępe enim numero accerſitum ad epulas plurimę comitatis officijs proſequebatur. Nam & uenientem aſſurgendi reuerentia, diſcumbentemq; proximo ſibi conſeſſu ueneratus eſt. Sæpe etiam donis, interdum benigniſſimo recreauit alloquio. Qui quũ tantę honorationis cauſam à nullo ſuo merito profectã animaduerteret, cogitatione uarie deflexa, ex amore filiæ ſuę tacitã principis liberalitatẽ deſcendiſſe cognouit, libidinoſum propoſitũ humanitatis nomine colorantis. Quam ut exactiſſimũ amantis ingeniũ fruſtraretur, tanto impenſius obſeruandã curauit, quanto eam latentioribus ſtudijs ac peruicacioribus modis ambiri cõperit. Verũ Regnerus certiſſimo cõſenſus eius nuncio recreatus, uillã in qua aſſeruabaẽ acceſſit, nihilq; amori inuium putans, in uicino quendam ruſticæ uitæ ſolitarius hoſpitio petijt. Mane cõmutata cum fœminis ueſte, amicæ laneum opus explicanti muliebriter cultus aſtitit, uirgineoq; operi rudes artificij manus callide ne proderetur admouit: nocte uero uotis uirginem amplexatus indulſit. Cumq; matureſcente partu temeratæ pudicitiæ facinus tumidiore puellæ gremio proderetur, incertus pater cui ſe filia polluendam dediſſet, ignoratum ſtupri autorem ex ipſa maxime cognoſcere perſeuerauit. Qua ſe neminem præter pediſſequã lecti participem habuiſſe pertinacius affirmante, rem regi cognoſcendam mandauit. Ille inſontem famulam inuſitata criminatione notari non ſuſtinens, proprij ſceleris profeſſione alienæ innocentiæ fidem facere non erubuit. Qua humanitate, & muliebris calumniæ partes repulit, & ne ridiculus rumor apud improbas aures ſereretur effecit. Præterea gignendum ex ea filium ſui ſanguinis eſſe, quodq; eum Vbbonem nuncupari uellet, adiecit. Qui quum aliquatenus excreuiſſet, teneræ ætatis ingeD nio maturæ diſcretionis habitum apprehendit. Matris enim dilectionem quod excellenti ſe toro miſcuiſſet, amplexus, ueneratiõẽ patris quod ad obſcuriorem iuſto copulam deſcendiſſet, abiecit. Poſt hæc Regnerus expeditionem in Helleſponticos parans, uocataq; Danorum concione ſaluberrimas ſe populo leges laturum promittens, ut unuſquiſq; paterfamilias ſicut antè quem minimi inter liberos duxerat militaturũ exhiberet, ita tunc ualentioris operæ filium, aut probationis fidei ſeruum armaret, edixit. Quo facto, omnibus quos ex Thora procreauerat filijs præter Vbbonem aſſumptis, Helleſpontũ eiusq; regem Dian uarijs contuſum bellis laceſſendo perdomuit. Ad ultimũ eundem creberrimis diſcriminibus implicatũ extinxit, cuius filij Dian & Daxon olim Ruthenĩ regis filias mariali ſorte complexi, impetratis à ſocero copijs, ardentiſſimo ſpiritu paternæ uindictæ negocium rapuerunt. Quorum Regnerus immenſum animaduertens exercitum, diffidentia copiarum habita, equos eneos ductilibus rotulis ſuperpoſitos, ac uerſatilibus curriculis circunductos, in confertiſſimos hoſtes maxima ui exagitari præcepit. Quæ res tantum ad laxandam aduerſariorum aciem ualuit, ut uincendi ſpes magis in machinamento, quàm milite repoſita uideretur. Cuius intolerabilis moles quicquid impulit, obruit. Altero ergo ducum interfecto, altero fuga ſublapſo, uniuerſus Helleſponticorũ ceſſit exercitus. Scithæ quoq; Daxon artiſſimo materni ſanguinis uinculo contingentes, eodem obtriti diſcrimine reſeruntur. Quorum prouincia Vuitſerco attributa, Ruthenorũ rex parum uiribus fidens, formidoloſa Regneri arma fuga præcurrere maturauit. At Regnerus cæteris prompta ſibi deditione ſubſtratis, quum quinquennem propemodum piraticam expleuiſſet, Biarmos nuper deuictos inualida ſubiectionis fide palàm imperium detrectantes inuenit. Qui quum aduentum eius compertum haberent, carminibus aggreſſi cœlum, ſolicitatas nubes ad ſummũ uſque nymborum uio

lentiam

A lentiam impulerunt. Quæ res Danos aliquandiu nauigatione prohibitos alimen
torum facultate defecit. Eosdem quoq; subitò remissa tempestate æstuosissimi fer
uoris flagrantia torruit. Nec ea quidem pestis concitati frigoris magnitudine tole
rabilior extitit. Itaq; anceps geminæ intemperantię malum, uicissim affecta corpo
ra immoderata utriusq; status accessione corrupit. Cæterum laxi uentris profluu=
uium cõplurimos exanimauit. Ita Danorum pleriq; dubia cœli qualitate cõclusi,
passim oborta corporũ pestilentia decesserũt. Cumq; se Regnerus adulterina ma
gis quàm uera aëris ui præpeditũ animaduerteret, utcunq; nauigatione produ=
cta, in Curorum Semborũq; regionẽ accessit, qui maiestatẽ eius perinde atq; ho=
noratissimi uictoris amplitudinẽ impensius uenerati sunt. Quo beneficio rex ma
gis aduersus Biarmorũ insolentiã efferatus, spretæ maiestatis suæ uindictã inopi=
nato petiuit assultu. Quorũ ignoti nominis rex subitanea hostiũ irruptione per=
culsus, simulq; conserendæ cum ipsis manus fiducia uacuus, Matullum Fin mar=
chiæ ducem perfugio petijt. Cuius peritissima sagittariorũ opera fretus, Regneri
apud Biarmiã hyberna peragentẽ impune lacerauit exercitũ. Quippe Finni lu=
bricorum stipitum celeri allapsu cursum intendere soliti, arbitraria uelo citatis po
tentia rapiuntur, promptissimãq; propinquitatis uel absentiæ facultatẽ obtinere
creduntur. Mox enim ut hostem læserint, eadem celeritate qua subeunt auolant,
nec procursu languidius reditum tentant. Itaq; & uehiculorũ & corporũ agilita=
te instandi, fugiendiq; expertissimã obtinent potestatem. Credendũ est tunc Re=
gnerum fortunæ suæ imbecillitatẽ admiranter tulisse, quum se olim Romani cul
minis triumphatorẽ, ab inermi inconditoq; agmine ad ultimũ usq; discrimen ab=
ripi peruideret. Itaq; qui splendidissimũ Romanæ militiæ decus, maximiq; ac se=
B renissimi ducis insignes copias excellenter obtriuerat, agrestis & ignobilis uulgi
sordidissimo atq; tenuissimo apparatui cessit: isq; cuius bellicam antea claritatem
fortissimę gentis uis hebetare nequiuerat, despicabilis populi paruulam manum
sustinere non ualuit. Quo euenit, ut ea manu qua clarissimam orbis pompam ac
grauissimum militaris roboris instrumentũ fortissime contudit, qua tot peditum,
tot castrorum, tanti equitatus fragorẽ apertissime subruit, uilem obscuramq; ple=
beculam furtim & quasi per latrocinium incessere sustineret, illustremq; gloriam
suam palàm atq; interdiu partam nocturna fallacia maculare non erubesceret, ma
nifestæ fortitudinis loco clandestinas amplexatus insidias. Quæ res ut opere de=
formis, ita exitu utilis fuit. Nec Finnorũ quàm Caroli fuga parcius gratulatus est,
plus se uirium in nudissima plebe, quàm in instructissimo milite reperisse con=
fessus. Siquidem grauissimam Romanorũ armaturam, quàm leuia pannosæ gen
tis spicula tolerabilius ferre potuit: ubi Biarmorum rege interfecto, Finnorum ue
ro fugato, Regnerus saxis rerum gestarũ apices præ se ferentibus, hisdemq; su=
perne locatis, æternum uictoriæ suæ monimentũ affixit. Interea Vbbo per auum
suum Hesbernum ad sacrilegam regni cupiditatem adductus, abiecta paterni re=
spectus uerecundia, capiti suo regium arrogauit insigne. Cuius quum Regnerus
insolentiã ex Suetiæ ducibus Kelthero, Thorkilloq; cognosceret, Gothiam uer=
sus perpropere nauigationẽ exercuit. Quos Hesbernus Regneri partibus sin=
gulari fide deuinctos expertus, præmio solicitatos regis desertores efficere labo=
rabat. Illi non flexo è sententia proposito, ex Biorni arbitrio suum cõsistere retu=
lerunt, cõfessi Sueonũ neminẽ quod ab eius placito destitisset ausurũ. Nec segni=
ter ipsum Hesbernus benignissimis legatorũ alloquijs captauit. Qui se perfidiæ
quàm bonæ fidei propiorẽ fore denegans, pijssimi patris amori improbissimi fra=
tris gratiã anteferri perq; nefariũ iudicabat. In ipsos uero legatos perinde ac gra=
uissimi criminis hortatores laqueo animaduertit. Sueti quoq; de reliqua legatorũ
turba pari clade noxiæ exhortationis pœnas sumpserunt. Igitur Hesbernus oc=

C cultо clandeſtinoq; paratui parum proſperum ratus conſtare progreſſum, adcitis palàm copijs manifeſte procurrit ad bellum. At præfectus lutiæ luarus neutram ſacrilegæ pugnæ partem pietati propinquã autumans, impium bellum uoluntario præcucurrit exilio. Regnerus uero Hesbernum apud ſinum qui latialiter uiridis appellatur aggreſſus, occidit, exanimisq; abſciſum caput prora excipi mandans, terribile factioſis ſpectaculũ ædidit. Vbbo uero profugio uſus, itemq; patrẽ reuocato apud Sialandiam bello adortus, dum laxata ſuorum acie undique ſolus impetitur, tantum aduerſi agminis fudit, ut hoſtilium cadauerũ excremento perinde ac munitiõe firmiſſima circumactus, facile prouocantiũ inhiberet acceſſum. Ad ultimum frequentioribus hoſtium globis obfuſus, comprehenſusq;, publicis uinculis onerandus abſtrahitur. At ille immenſa ui extricatis reciſisq; catenis, inditos ſibi nexus diſijcere ac lacerare adorſus, nullis obitum modis effugere potuit. At ubi luarus tumultum patriæ factioſi ſupplicio diſcuſſum comperit, Daniam petijt, quem Regnerus quod inter ſæuiſſimas parricidiorũ procellas, interrimum ſe pietatis cultorem geſſerat, ampliſſima ueneratione ſuſcepit. Interea Daxon Vuithſercum Suetiæ principantem, diu nequicquam ſuperare conatus, tandem factæ pacis cõmento circumuentum aggreditur: conuiualiter ab eo exceptus, armatũ ſubornauit exercitum, qui ſimulata mercatione in urbem rhedis aduectus, hoſpitis domum nocturno laceraret aſſultu. Cuius latrocinij manũ tanta Vuithſercus ſtrage perculit, ut hoſtilium corporũ cumulo circunfuſus, niſi ſcalis ſuperne admotis comprehendi nequiret: duodecim quoq; comites eius pariter ab hoſte capti, facta ſibi repetẽdæ patriæ poteſtate, deuotis pro rege capitibus alienum participare periculũ, quàm ſuum abijcere maluerũt. At Daxon egregiæ Vuithſerci formæ miſeratione permotus, orientem ſpecioſiſſimæ indolis florem
D conuellere paſſus nõ eſt. Cui non tantũ ſalutem, ſed & filiam dimidio regni ſui dotatam in matrimoniũ obtulit, ac decori incolumitatem, quàm fortitudini pœnam afferre maluit. Ille uero precariæ uitæ uſum animi magnitudine floccipendẽs, impunitatem perinde atq; paruulum aliquod beneficiũ reſpuit, mortis ſententiam ſua ſponte complexus, præfatus Regnerum uindictam filij remiſſius exacturũ, ſi eum in eligendo mortis genere proprio uſum arbitrio cõperiſſet. Cuius temeritatem admiratus hoſtis, ea fati ſpecie qua ipſe in ſe animaduertiſſet, conſumendũ eſſe promittit. Quam libertatẽ iuuenis ingentis beneficij loco ſuſcipiens, uinctũ ſe cum ſocijs cremari petiuit. Nec ſegniter Daxon auidis fati precibus obſecutus, pro beneficio optatæ mortis ſupplicium erogauit. Quo audito, Regnerus obſtinato ad moriendum luctu, non modo mœrorem induit, uerũ & per ſummã animi ægritudinem lectulo corpus affixit, doloremq; conceptum gemitu patefecit. Quem coniunx uirilem ſupergreſſa fiduciam, imbecillitatis increpitũ uirili adhortatione firmauit, reuocatumq; à mœrore animũ, arma impenſius celebrare perdocuit, affirmans fortiſſimũ patrem cruentos filij cineres, iuſtius armis quàm lachrymis expiaturũ. Monuit quoq;, ne muliebriter lugens, tantũ ſibi ignominiæ fletu pareret, quantũ antea claritatis uirtute contraxerat. Ad hanc uocem ueritus Regnerus, ne priſtinos fortitudinis titulos effœminato mœrore contereret, diſcuſſo mœſtitiæ habitu, depoſitisq; doloris inſignibus, promptiſſima uindictæ ſpe iacentem reuocauit audaciam. Adeò interdum ab inualidis fortia roborantur ingenia. Iuaro ergo regni tutelam deferens, Vbbonemq; priſtinæ gratiæ redditũ paternæ charitate complectens, traiecta in Ruſciam claſſe, cõprehenſum Daxon, catenarumq; pœna coërcitũ, apud Vtgarthiam cuſtodiæ relegauit. Siquidem tunc Regnerum aduerſus chariſſimi filij interfectorẽ, clementiſſima animi moderatione uſum eſſe conſtabat, cum ad concupitæ ultionis ſatietatẽ exilium ſontis, q̃ necem ſufficere maluit. Qua quidem humanitate magnus Ruthenis iniectus eſt rubor,

ulterius

ulterius aduersus eum sæuiendi regẽ, quem ne iniuriarum quidem acerbitate ad
infligendam captiuis mortem impellere potuerunt. Eundem quoq; Regnerus
breui in gratiam reductum patriæ reddidit, pollicentem se ei annuo nudatum pe
des, cum duodecim patribus discalciatis supplíciter tributa pensurum. Enimue-
ro in captiuum ac supplicem leniter animaduertere, quàm cruentam securim di-
stringere, superbamq; ceruicem sedulo mulctare seruitio, quàm semel elidere sa-
tius duxit. Inde prouectus filium suum Ericum uentosi pilei cognomen haben-
tem Suetiæ præfert. Vbi Fridleuo atque Syuardo apud se stipendia merentibus,
Normanos, Scotosq; duobus alijs falso regis nomen arrogasse comperiens, in
primis Noruagicæ rei usurpatorem sustulit, eamq; Biorno fruendam tradidit.
Deinde eo atq; Erico adcitis Orcades populatus, ad ultimum Scotorũ finibus ap
pulit, eorumq; regem Murial triduano exhaustum prælio interfecit: uerum filij
eius Dunuat, atq; Rathbarthus pugna spectabiliter ædita ab hoste necati, sangui
ne suo cruentam patri uictoriam pepererunt. Cumq; in Daniam reuersus coniu
gem Suanlogam interim morbo cognouisset absumptã, protinus solicitudini re-
medium solitudine quæsiuit, ægræq; mentis luctum intra penatium suorum clau
stra cohibere passus non est. Verum hanc mœroris acerbitatem Iuari regno pulsi
repentinus detraxit aduentus. Quippe Galli fugato eo in Hellam quendam Ha-
monis filium falsam regis contulerant potestatem. Quo duce Regnerus perinde
atq; locorum perito usus, ædita classe, portum qui Noruicus appellatur accessit,
ubi expositis copijs, Hellam Gallicana uirtute subnixum, post extractam in tri-
duum pugnam fugæ amantem effecit, eaq; res creberrimo Anglorum, rarissimo
Danorum sanguine constitit. Cumq; ibidem Regnerus annũ uictor explesset,
consequenter excitis in opem filijs Hyberniam petit, occisoq; eius rege Melbri-
B co, Diflinam barbaris opibus refertissimã obsedit, oppugnauit, accepit, ibiq; an-
nuo statiuis habitis, mediterraneum fretum pernauigans ad Hellespontícum pe
netrauit, interiecta regnorum spatia clarissimis emensus uictorijs, continuæ felici
tatis progressum nusquam interpellante fortuna. Inter hæc Haraldus quorundã
astipulatione Danorum Regneri militiam languidiore studio comitantium, reci
diuos patriæ tumultus incutiens, regij nominis usurpator emersit. Qui Regneri
ab Hellesponto redeuntis armis exceptus, cum rebus infeliciter gestis exhausta
domesticæ opis præsidia animaduerteret, Lodouicum Maguntiæ constitutum
auxilia petiturus accessit. At Lodouicus summo amplificandæ religionis ardore
confertus, conditionem Barbaro intulit, opem spondendo, si Christi cultum exe
qui consensisset. Nullam enim posse aiebat animorum interuenire concordiam,
dissona sacra complexis. Quamobrem petitorem opis primum religionis contu
bernio opus habere, neque magnorũ operum consortes existere posse, quos su-
pernæ uenerationis formula disparasset. Qua sententia & salutem hospiti, & sibi
pietatis præconium peperit. Haraldum enim solenni lauacro usum consequen-
ter Saxonicis roborauit auxilijs. Quibus is fretus, in territorio Slesuicensi dican-
dam deo ædem solicita moliebatur impensa. Hic itaque sanctissimi tenoris speci-
men à Romanis ritibus mutuatus, profanato perfidorum errore delubra diruit,
uictimarios proscripsit, flaminium abrogauit, atque inconditæ patriæ christianis-
mi sacra primus intulit, reiectoq; dæmonum cultu, diuinum æmulatus est, supre-
mo quicquid ad custodiam religionis attinuit, scrupulosissima cura seruauit. Sed
non tam efficaciter, quàm pie rem auspicatus est. Superueniens enim Regnerus,
inductaq; per eum sacra temerans, uera religione proscripta, pristino adulterinã
loco restituit, ac suo cerimonias honore donauit. Haraldus uero profugus fortu
nam ad sacrilegium transtulit. Nam ut præcipuum inchoatæ religionis specimen,
ita primum neglectæ spectaculũ fuit, atq; ex splendido sanctitatis autore, infamis

C eiuſdem deſertor euaſit. Interea Hella ad Hybernos collatus, omnes qui ſe Regnero propiore fide deunxerant, ferro ſupplicijſq; mulctauit. Quem Regnerus claſſe adortus, iuſta omnipotentis animaduerſione manifeſtas detractę religionis pœnas pependit. Comprehenſus enim atque in carcerem coniectus, noxios artus colubris conſumendos aduertit, atque ex uiſcerum ſuorum fibris triſtem uiperis alimoniam præbuit. Cuius adeſo iocinore, cum cor ipſum funeſti carnificis loco coluber obſideret, omnem operum ſuorũ curſum animoſa uoce recenſuit, ſuperiori rerum contexui hanc adijciens clauſulam, ſi ſuculæ uerris ſupplicium ſciſſent, haud dubio irruptis haris afflictũ abſoluere properent. Quo dicto Hella adhuc nonnullos filiorum eius uiuere interpretatus, quieſcere carnifices, amoueriq; uiperas iubet. Cumq; ſatellites peragendæ iuſſionis gratia accurriſſent, Regnerus imperium regis funere ſuo præceſſerat. Quem quid aliud quàm duas inter ſe fortunas partitas eſſe dicemus, alteram quæ ei incolumem claſſem, propenſum imperium, præcipuas piraticæ uires adijceret, alteram quæ claritatis ruinam, cõmilitonum necem, acerbiſſimũ uitæ exitum irrogaret, cum ipſum carnifex uenenatis belluis circunfuſum, eo corde, quod aduerſus omne diſcrimen immobile geſſerat, aſpides exatientem uideret. Itaq; ex ſpecioſiſſimo uictore ad miſerabilem captiui ſortem deductus, ne quis nimium fortunæ credat, edocuit. Quem caſum Iuarus dum fortè ludos inſpectaret, accepit. Sed nihilominus uultum in eodem habitu cõtinens, ſolitoq; nulla ex parte infractior, non ſolum nunciatam parentis cladem doloris diſſimulatione ſuppreſſit, ſed ne ſtrepitum quidem exoriri paſſus, attonitum rumore populum theatro diſcedere uetuit. Itaq; neq; oris hilaritatem depoſuit, ne ceſſato ludo ſcænã interrumperet, neq; oculos à publico plauſu ad priuatam mœſtitiam flexit, ne ex ſummo tripudio repente in ultimum proD lapſus mœrorem potius calamitoſi filij, quàm iocabundi ducis partes egiſſe uideretur. Syuardus uero eodẽ nũncio accepto, propior paternæ charitati, quàm priuatæ paſſioni, haſtile quod fortè in manu habebat altius pedi ſtupefactus immerſit, triſtitiæ ſalebra corpoream negligente moleſtiam: ut enim animi uulnus patientius ferre potuiſſet, corporis partẽ grauius afficere ſtuduit. Quo facto ſimul fortitudinem mœroremq; detexit, fortunam ſuam inter calamitoſum filium, conſtantemq; partitus. At Biornus inter teſſerarum iactus delato ad ſe paternæ mortis nuncio, tanta ui correptũ manu calculum preſſit, ut tabulæ quoque cruorem digitis extortum infunderet, ubi nimirum fortunæ iactũ ipſa quam uerſabat alea leuiorem eſſe didicit. Quod audiens Hella, hunc trium parentis obitum fortiori animi robore ſuſtinuiſſe iudicauit, qui nihil pietatis eius funeri præſtitiſſet, ideoq; ſibi Iuari ſuſpectiſſimam haberi uirtutem. Iuarus uero petitis Angliæ partibus, quum claſſem ſuam conferendi cum hoſte belli impotentem animaduerteret, aſtum audaciæ præferens, Hellam acumine tentat, ſpatium arui quantum equino tergore complecti potuiſſet, in ſequeſtræ pacis pignus expoſtulans. Et quidem quod petijt impetrauit. Rex enim paruo preces ſtare autumans, à tanto hoſte exiguum magnæ rei loco expeti gratulatus eſt, ratus perquam breue tergus, paululum ruris occupaturũ. At Iuarus corio in exiles admodũ corrigias ſciſſum extracto, habilem exædificandæ urbi agrum implicuit. Igitur Hella prodigalitatis pœnitentia ſuccedente, magnitudinem corij ſera ęſtimatione collegit, diuiſam cuticulam rectius quàm incolumem menſus. Quam enim exiguum ſoli cinctură credidit, ampliſſima iugera latius occupantem aſpexit. Iuarus uero conditæ urbi abunde ſuffecturos obſidioni commeatus inuexit, ab inedia perinde atque hoſte defenſam haberi cupiens. Interea Syuardus ac Biornus cum quadringentarũ nauium claſſe ſuperuenientes, bellum regi manifeſta prouocatione ſignificant. Idq; ſtatuto tempore executi, cõprehenſi ipſius dorſum plaga aquilam figurãte affici iubent,

Calamitoſus uitæ finis.

Iuari aſtus in petendo aruo.

A iubent, sæuissimũ hostem atrocissimi alitis signo profligare gaudentes. Nec uul-
nus impressisse contenti, laceratã saliuere carnem. Taliter perempto Hella, Bior-
nus ac Siuardus regna sua reduces expetiuere. Iuarus Angliam biennio tenuit.
Interea Dani perseuerantissima bellũ factione cõplexi, Syuardo cuidam atq; Eri-
co regia gente creatis publicã detulere tyrannidẽ. Quos Regneri filij cõmuniter
mille septingentarum nauium classe apud Slesuicum adorti, semestri deleuere pu
gna. Colles indicio manent, nec minus is apud quẽ belligeratũ est sinus Syuardi
funere inclaruit. Iamq; præter Regneri filios regius propemodum interierat san
guis. Exinde Biorno atq; Erico domũ reuersis, Iuarus atq; Syuardus quo tenacio
res rebellibus frenos imponerent, in Dania resederunt, Agnerum Angliæ præfe
rentes, qui repulsa prouocatus Anglorum, opitulante Siuardo contemptricẽ sui
prouinciã incolis uacuefaciendo tenacia situ iugera cultore carere, quàm insolen-
tem alere maluit, pinguissimaq; insulæ rura, teterrima uastitate perfundens, deser
tæ quàm superbæ regioni imperitare satius autumauit. Post hæc Ericũ apud Sue-
tiam Ostenj cuiusdam malignitate sublatũ ulcisci cupiens, dum alienæ uindictæ
arctius incumbit, suum hosti sanguinem erogauit: dumq; cæsi fratris pœnas aui-
dius expetit, proprium fraternæ charitati funus impendit.

Itaq; Syuardus summis totius Danicæ concionis suffragijs paternũ apprehen-
dit imperiũ. Hic autem post æditas late strages domestica claritate contentus, to-
ga quàm armis illustris haberi maluit, omissoq; castrorũ cultu, ex acerrimo tyran-
no exactissimũ pacis custodem agere cepit, tantum decoris in ocio atq; uacatione
cõstituens, quantũ antè in uictoriarũ frequentia repositũ autumabat. Adeò autem
studiorum eius mutationẽ fortuna fauorabiliter prosecuta est, ut sicut ipse nemi-
nem, ita nec ipsum quisquam hostiliter laceraret. Idem fato functus, Ericũ admo-
B dum infantulũ naturæ magis quàm regni aut pacis hæredẽ habuit. Quippe Eri-
cus Haraldi frater tenerrimã eius ętatulam spernens, irrupta cum seditiosis patria,
regium occupauit insigne, nec erubuit lacessita legitimi ducis infantia, adulterinã
arripere potestatem, hoc se regno indigniorẽ cõprobans, quod imbellem eo spo
liare sustinuit. Igitur illum sceptro, seipsum uirtutibus exuit, & dum armis incuna
bula appetit, omni pectus uirilitate nudauit. Neq; enim ubi cupiditas ambitioq;
flagrauit, cõsanguinea charitas sedem habuit. Sed hanc inhumanitatẽ supernæ ul
tionis ira pensauit. Inter ipsum nanq; ac Guthormum Haraldi filium subitò tan-
ta clade confectum est bellum, ut eorum utroq; cum innumeris alijs interempto,
regia Danorum stirps atrocissimis exhausta cædibus, ad unicum superioris Sy-
uardi filium redigeretur.

Hic consanguineorũ iactura regnandi fortunã adeptus, utpote propinquorũ
nece quàm incolumitate felicior, relictis aliorum exemplis per auiti negocij ue-
stigia decurrit. Repente nanq; studiosissimus piratici muneris executor appa-
ruit. Et utinam in abolendo christianismi cultum, temerarium Regneriani spiri-
tus non egisset hæredem. Siquidem religiosissimũ quenq; aut supplicijs insequi,
aut rebus exuere, exilioq; mulctare perseuerauit. Sed frustra principium causer,
cuius exitum probem. Laudabilior enim est uita, cuius initium turpe, speciosus
finis abripit, quàm cuius probabile exordium in culpas flagitiaq; decurrit. Siqui-
dem Ericus ad salutares Ansgarij monitus sacrilegæ mentis errore depositio, quic
quid per eiusdem insolentiã cõmiserat, expiauit, tantumq; in excolenda religione
se gessit, quantum egerat in aspernanda. Itaq; non solum sanioris disciplinæ hau-
stum docili animo traxit, uerumetiam primæuas maculas finali puritate pertersit.
Hic filium Kanutum ex Guthormi filia eademq; Haraldi nepte progenitum su-
perstitem moriens dereliquit.

C Huius infantia manente regni pupilliq; tutor expoſcitur, uerum quoniam huiuſce muneris aduocationem præſtare pleriſq; uel inuidioſum, uel arduum uidebatur, ſortitione uirũ legi placuit. Prudentiſſimi nanq; Danorũ in tam excellenti negocio arbitrario delectu uti pertimeſcentes, plus alienæ fortunæ quàm ſuis ſententijs permiſerunt, electionis euentum fortuitò magis quàm ſolido conſilio delegantes. Quo euenit ut Ennignupus quidam ampliſſimæ atq; integerrimæ uirtutis, tam oneroſæ functioni humeros ſuos ſubmittere cogeretur, decretamq; ſorte adminiſtrationem ingreſſus, non minus uniuerſorum res, quàm ſingularia regis incunabula tueretur. Vnde & ei quidam parum annalium periti medium in faſtis locum tribuunt. Cumq; Kanutus decurſis adoleſcentiæ ſpatijs ab annis uirilitatem traxiſſet, amotis qui ſibi beneficiũ educationis impenderant, ex pene deſperato adoleſcente autor inſperatæ probitatis euaſit. hoc uno deflendus, quod abſq; Chriſtianæ religionis inſignibus è uita ad mortem tranſitum habuit.

Sed mox ad filium eius Frothonem rerum ſumma conceſſit, cuius fortuna armis belloq; alita, eò felicitatis exceſſit, ut prouincias quæ à Danis quondam deſeciſſerant, priſtino adactas iugo, uetuſtis alligaret obſequijs. Qui etiã ſeipſum apud Angliam iampridem chriſtianiſmi peritam ſolennibus aquis humectandũ exhibuit. Cæterum priuatam ſalutem ſuam in publicam exuberare cupiens, ab Agapito qui tunc ciuitatis Romanę ſacris præerat, Daniam diuinitus erudiri petiuit. Quod antequam uotis exequeretur abſumptus eſt. Nam fatis ſuis Romanę legationis præcucurrit aduentum, animo certe quàm effectu ſuperior, tantumq; ſupernæ compenſationis ob pietatis propoſitum aſſecutus, quantum cæteris præſtatur ex opere.

Huius filius Gormo, cui quod ex Anglia oriundus extitit, Anglici cognomen
D inceſſit, patre extincto, promptiore fortuna quàm diuturniore apud inſulam regiam adeptus eſt arcem. Dum enim Daniam diſponendæ eius gratia petiſſet ex Anglia, longam paruuli ſeceſſus iacturam expertus eſt. Quippe Angli libertatis ſuæ fortunam in eius abſentia reponentes, publicam à Danis defectionem moliendo, præcipitem rebellandi fiduciam induerunt. Sed quo eum Anglia inuidentius ſpreuit, hoc Dania fidentius coluit. Itaq; dum ad duarum prouinciarum utrãq; auidas imperij manus porrexit, altera potitus, alterius irreuocabiliter dominationẽ amiſit, nihil unquam fortiter pro ipſius recuperatione conatus. Adeò difficile prægrandia continentur imperia.

Poſt quem filius eius Haraldus Danię regnator inceſſit, ob hoc quidem obſcurioris apud poſteros memoriæ, egregiorumq; operũ monimentis uacuus, quod regiarum opum ſeruator magis quàm propagator extiterit.

Poſt hunc Gormo arcem obtinuit, ſemper infenſi erga religionem animi, chriſticolarum perinde ac teterrimorum hominum reſpectum extinguere cupiens. Omnes huiuſce normæ participes uario iniuriarum genere fatigatos, quibus potuit calumnijs inſequi non quieuit. Quinetiam ut priſcum delubris cultum reſtitueret, templum in fundo Sleſuicenſi à religioſis conditum tanquam ſacrilegum aliquod impietatis domicilium, ab imis fundamentorum partibus demolitus eſt, quos ſupplicijs non attigerat ſacræ cellæ ſtrage puniens. Hic tametſi procerita-
tis habitu eximius putaretur, parum reſpondentem corpori animum geſſit. Ita enim mores ſuos intra regnandi ſatietatem continuit, ut ſeruata potius quàm aucta maieſtate gauderet, ſatiusq; tueri proprium, quam alienum inceſſere duceret, magis de acquiſitorum cuſtodia, quàm acquirendorum incremento ſolicitus. Hic à maioribus coniugalia ſacra celebrare permonitus, Anglorum regis Hedelradi filiam Thiram nuptiali ſtudio inſecutus eſt. Illa ut erat grauitate atq; induſtria

A industria ante alias præstans, conditionem pro eo attulit, non antè se ei nuptu-
ram præfata, quàm Daniam sub dotis nomine recepisset: eoq; pacto interceden-
te, Gormoni desponsa nocte qua prima genialem torũ conscendit, sponsum per-
seuerantissimis precibus aggressa in triduum se uirilis concubitus expertem di-
mitti petiuit, non antè rebus uenereis indulgere constituens, quàm matrimoniũ
creandis liberis efficax futurũ aliquo per quietem præsagio didicisset. Itaq; simu-
latione continentiæ, matrimonij experientiam interpellabat cognoscendę poste
ritatis propositum pudicitiæ specie tolerando, cõmerciumq; libidinis distulit, ue
recundiæ figmento fortunam propagandæ successionis explorans. Alij eam ut
temperantia sua tori socium christianissimi sacris adscisceret, maritalis lecti blandi
tias detrectasse cõiectant. Verũ quanquam iuuenis amori eius flagrantissimo ani
mo inhæreret, alienæ tamen continentiæ, quàm propriæ uoluptati obsequi præ-
tulit, speciosiusq; nocturnis motibus imperare, quàm lachrymosa amicæ uota re-
pellere arbitratus est, profectas ab industria preces pudicitiæ propinquas autu-
mans: euenitq; ut qui mariti partes agere debuerat, pudicitiæ custodem præsta-
ret, ne in capite nuptiarum stuprosæ mentis nota afficeretur, quasi plus libidinis
uiribus, quàm propriæ indulsisset uerecundiæ. Cæterum ne inconcessum uirgi-
nis amorem libidinoso complexu præripere uideretur, uicina latera nõ solum al
terius complexibus exuit, sed etiam destricto mucrone secreuit, atq; ex cubicu-
lari lecto suum ac sponsę diuiduũ contubernium reddidit: sed uoluptatem quam
gratuita humanitate distulit, mox læta somnij specie delibauit. Quippe profu-
so in somnũ animo, existimauit duos alites coniugis suę genitali parte prolapsos,
sed alterum altero grandiorem corpora superne librantes præpeti cœlum uola-
tu petere, exiguoq; tempore interiecto reuersos, suis altrinsecus manibus insedis-
B se. secundo quoq; ac tertio paruula quiete recreatos, propassis alis aëri se credi-
disse: tandemq; minorem ex his ad se pennis cruore oblitis comite uacuum re-
measse. Ea opinione attonitus, ut erat somno pressus indicem stuporis quæstum
ædidit, ac totos penates tumultuoso clamore cõpleuit. Quam speculationem eo
percontantibus famulis explicante, Thira felicem se prole futuram autumans, o-
misso differendarum nuptiarum proposito, castimoniam quam cupide precata
fuerat, auidius remisit, cœlibatumq; ad Venerem transferens, sponso gratã sui-
met potiendę copiam tribuit, continentis animi uirtutẽ admissi concubitus satieta
te pensando, præfata minime se ei nupturam fuisse, nisi ex his adumbratæ quietis
imaginibus certiorem fœcunditatis suæ fortunã hausisset. Itaq; ut uafro ita inusi-
tato consilio pudicitiæ simulatio in futuræ prolis agnitionẽ transiuit: nec sors opi
nionem eius frustrata est, breui enim Haraldi atq; Kanuti felix prole mater appa
ruit, qui cum uirilem attigissent ætatem, exerta classe effrenatã Sclauorũ insolen-
tiam domuerunt, nec Angliam quidem immunem ab hoc uexationis genere reli
querunt: quorũ Edebrandus ingenijs delectatus, illatam à nepotibus uim uolu-
ptatis loco habuit, amplissimi beneficij nomine teterrimã amplexatus iniuriam.
Multo enim amplius uirtutis in eorum fortitudine, quàm pietate reposuit. Ideoq;
ab infestis lacessi, quàm ab ignauis coli specioſius duxit, tanquã ex ipso fortissimo
indolis habitu futurũ uirilitatis eorũ specimen peruideret. Nõ enim ambigere po
tuit, quin extera quandoq; impetituri essent, qui materna tam audacter exigerẽt.
Adeò aũt iniurias officijs antepositi, ut præterita filia Angliam ijsdem testamẽto
legaret, auitũ nomen paterno præferre non dubitans. Nec imprudenter, quoniã
aliquanto speciosius mares, quàm fœminas regni usum decere nouerat, imbellis
filiæ ac fortissimorũ nepotum conditionem seperandam existimans. Quo euenit
ut Thira filios suos paternorum bonorum hæredes non inuidenter exhęres ipsa

C conſpiceret: prælationem enim eorum honorabilem ſibi magis quàm contume-
lioſam fore arbitrata eſt. Iidem crebris piraticæ quæſtibus locupletati, ſumma cũ
fiducia ſpes ſuas ad iniiciendum manus Hyberniæ promouerũt. Cuius rex, Du
ſlina quæ prouinciæ caput habebatur obſeſſa, cum paucis admodũ ſagittariæ ar-
tis peritis coniunctum urbi nemus ingreſſus, Kanutum magna cum militum fre
quentia nocturnis ludorũ ſpectaculis interpoſitum inſidioſo fraudis circuitu util
nifica procul ſagitta petiuit, quæ in aduerſum regis corpus incidens, mortificum
ei uulnus intorſit. Veritus autem Kanutus ne periculum ſuum hoſtes effuſo gau
dio inſequerẽtur, atq; ob hoc cladis ſuæ fortunam diſſimulanter haberi cupiens,
uoce ſupremos anhelitus reddente, ludos abſq; tumultuatiõe peragi iubet. Qua
arte prius Danos Hyberniæ potitores, quàm ſuum Hybernis exitum notum red
didit. Quis autem extinctum non plangeret, cuius diſciplina militum ſuorum ui
ctoriæ conſilio quàm ſpiritu diuturniore ſuffecit? Salus nanq; Danorum in ulti-
mas anguſtias deducta, ac penè deſperationis periculis implicata, quia morientis
ducis iuſſui paruit, breui quos timuit triumphauit. Quo tempore Gormo ad ulti
mum ætatis ſuæ finem prouectus, ingentẽ annorũ ſeriem luminibus captus exe-
gerat, ſenectam ad ultimos humanę conditionis terminos prorogando, magis de
filiorũ uita & incrementis, quàm reliquo ſpiritu ſuo ſolicitus. Tanta autem maio
ris filij charitate tenebatur, ut à ſe occidendum iuraret, qui prior ipſius exitũ nun
ciaſſet. Cumq; fortè Thira haud dubium de eiuſdem exitio nuncium accepiſſet,
nemine id Gormoni palàm inſinuare audente, præſidium calliditatis amplexa, ca
ſum quem ore prodere timuit, opere explicauit. Maritũ nanq; regio cultu exutũ,
tetriore circundedit, aliaq; doloris inſignia per quę cauſam luctus aperiret, admo
uit, quod antiqui talibus inter exequiarum actiones uti conſueuerant, acerbita-
D tem mœroris habitus aſperitate teſtantes. Tunc Gormo: En mihi, inquit, Kanuti
fatum publicas? Et Thira, idipſum (ait) tuo potius quàm noſtro declaratur augu
rio. Quo dicto marito mortem, ſibi uiduitatis cauſam præbuit, nec antè filiũ quàm
coniugem planxit. Itaq; dum uiro nati fortunam exprimit, alterum alterius fune-
ri ſociauit, amborumq; exequias paribus proſecuta lachrymis, huic coniugales,
maternos illi planctus impendit, quanquam tunc temporis magis ſolatijs erigen
da, quàm cladibus obtergenda fuiſſet.

HISTORIAE DANICAE LIBRI
NONI FINIS.

SAXONIS GRAMMATICI HI
STORIAE DANORVM LIBER X.



EFVNCTO Gormone Haraldus hæreditariæ dominationis
fortunã conſpicuæ fortitudinis operibus proſequi cupiens,
traiecta in orientem piratica, circunpoſitũ laceſſiuit oceanũ.
Sed abſumpto interim Hedelrado, quanquam ſedulos quę-
ſtuoſi negocij fructus decerperet, aliquanto plus tamen in
auito fato amaritudinis, quàm ex tyrannide uoluptatis acce
pit. Dum enim eum fortuna cumulatius barbaris ditauit opi
bus, Anglicis exuit, externaq; donatum præda, domeſtica atq; hæreditaria ſpo-
liauit. Siquidem Hedelradi filius Adelſtenus patris teſtamento perterritus, indi
gnationẽ ſuam literis quibus Haraldus hæres ſcribebatur oppoſuit, reciſſoq; pa-
rentis arbitrio, propriũ æmulatus eſt. Igitur Noruagiæ rex obtuſi cordis homini
ampliſſimæ

A amplissimæ rei summã cessisse ingemens, potiendq; eius spe armata insulam classe petijt. Cuius cum se Adelstenus uiribus minorẽ animaduerteret, cõficiendæ pugnæ fiducia uacuus, bellum ad obsequium transtulit, beneuolentiã hostis quem armis propulsare nequiuerat, officijs capessere cupiens. Non solum enim regem amicissimo uultu, benignissimoq; excepit alloquio, sed etiã quo salubrius patriã armis hostilibus liberaret, filio eius Haquino admodũ tenero educationis imperium pollicitus, regnum se pariter testamento legaturũ promittit. Quam rem maxime ut Noruagicis armis aduersum Haraldum uteretur, oblatu dignã putauit. Eius nanq; ferociam pertimescens, orbitatem suam gratuito hærede solari, quàm uiolentũ expectare satius existimauit. Rapuit hostis conditionem præceps, proq; positamq; pactionem amplexus, tantum de offerentis humanitate præsumpsit, ut filium proprio spiritu chariorem inexploratę eius fidei credere non dubitaret. Post hæc Haraldus reductis ab oriente copijs, quanquam ad impetendum auunculi factum prę cipuis iuris uiribus inuitari poterat, nihilominus impunitam eius ambitionem dissimulatæ indignationis patientia præterire sustinuit, iustisq; operibus pie carere, quàm crudeliter potiri maluit. Post paululum uero temporis Haquinus audito paterni fati nuncio, cum proficiscendi gratia uelis nauigationẽ instrueret, magno superueniẽtis Adelsteni impetu reuocatus, paulisper omisso uectorum usu propius littori nauigium egit. A quo post cętera morum documenta, quibus quotidie informabatur, noui quid accepturũ se ratus, ne inter epulas obscuro se uultu gereret, sed magis in circunspiciendis amicis hilari oculorũ habitu uteretur audiuit. Quem enim Adelstenus cõpluribus alijs honestatis præceptis imbuerat, etiam aptos conuictui mores ignorare passus non est. At cui parentis
B mors Noruagiam cessit, paulò post præceptoris occasus Angliam patefecit. Veritus ergo Haraldus, ne iniuriarũ tolerantia, quæ hactenus consanguineæ charitatis respectui dabatur, deinceps in ignauiæ uerteretur opprobriũ, & quod moderationis esset, uitio applicaretur, Noruagicæ rei turbatione primam Haquino iacturam inferendam constituit, domesticis eius uiribus debellatis, externas facilius obterendas existimans. Cum itaq; res barbaras regia executiõe tractasset, in Daniam reuersus occursu Haraldi Gunnildæ filij aduersus eundem Haquinum auxilia petentis excipitur, pollicentisq; se tributa daturum, si Danicæ opis beneficio efficacia partium suarum adiumenta sumpsisset. Enimuero inter acerbissimos rerũ casus clementissimã regis humanitatẽ expertus est. Heuindo enim atq; Karlhofftho pugnæ adiutoribus receptis, sexaginta nauiũ classe donatus petiti præsidij cõpos abscessit, euenitq; ut plus spei in auxilio Danorũ q; metus in sua aduersitate reponeret. Igitur nauigationẽ remensus, aduersus hostem naualis pugnæ copia nõ suppetente, terrestrem exercuit, in qua Heuindus Haquinum, ut in priores præliantiũ globos progrederet hortatus, ipsum clarius sui indiciũ exhibentem, inusitatæ magnitudinis securi petijt, attigissetq; ni satellitũ quidam adactum regi ferrũ proprij corporis periculo fefellisset. In quem Heuindus tanta ui destrictæ bipennis aciem egit, ut ferrũ medio corpori elapsum nullũ inter artus obstaculum reperiret. Quod cum terrę altius illapsum, genibus nixus abstrahere conaretur, ab Haquino interfecti militis corpus cõscendente perfoditur. Incertũ ergo uter alteri plus pietatis impenderit, ille enim salutis suæ impendio regis fatũ repulit, iste seruatoris sui cladẽ speciosissima ultione pensauit, cuius beneficio fatũ effugerat, exitium ultus. Et quid huius militis opera clarius, qui alienæ incolumitati quàm suæ propior, uoluntariũ pro duce spiritum erogauit, priuatæq; mortis obiectu, ne publica sociorũ salus periclitaretur effecit? Interea Thoraluus quem Haquinus ad exturbanda hostiũ terga in insidijs collocauerat, superueniens, ædito in aciem impetu Karlhofftho mortẽ, Danis fugam inflixit. Enimuero cæterorũ

C fortunam unius inclinauit occasus. Haquinus autem palantes pertinacius ur-
gere ueritus, effusas sociorũ habenas salutari consilio reuocauit, ne qua improui-
di militis incuria effici posset, ut in uictricem uictæ partis fortuna recideret. Igitur
æquales ambarũ partium strages parem utrobiq; belli successum effecerat. Nam
etsi altera uictoriæ propior uidebatur, cladibus uictam æquabat. Repetente uero
classem Haquino incredibile memoratu monstrũ incidit, iaculũ nanq; uago anci-
pitiq; discursu supernè inter auras oberrare conspectum, non minore intuentes
metu, quàm admiratione cõpleuit. Siquidem in diuersas partes dubijs reflexi-
bus agitatum, figendi uulneris locum exploratius prospicere uidebatur. Quod
miraculum cunctis immani stupore prosequentibus, incertisq; quidnam res tam
inusitata portenderet, subitò casus in solius Haquini caput suspectũ omnibus pe-
riculum transtulit. Arbitrantᵉ quidam matrem Haraldi Gunnildã procurato ma-
leficijs spiculo uicti filij pœnas à uictore sumpsisse. Haraldus itaq; insperato ho-
stis exitio regnandi fortunã adeptus, triennio promissum Danis bonæ fidei uecti-
gal exhibuit. Ea tempestate Sturbiornus Suetici regis Biornonis filius à patrui
Olaui filio Erico regno spoliatus, petendi auxilij gratia ad Haraldum, cui Thyra
mater extitit, cum sorore Gyritha supplex migrauit, tantoq; apud eum paratiorẽ
amicitiæ locum reperit, quanto illi eiusdẽ fororis suæ matrimoniũ liberalius per-
misit. Post hæc Haraldus armis Sclauia potitus, apud Iulinum nobilissimũ illius
prouinciæ oppidũ Sturbiorno duce cõpetentia militũ præsidia collocauit. Quo-
rum piratica egregio animorum robore celebrata, ac finitimis paulatim trophæis
alita, eò demũ ferocitatis excessit, ut continuis nautarũ cladibus septentrionalem
repleret oceanũ. Ea res plus Danico imperio quàm ullum terrenæ militiæ nego-
cium attulit, inter quos fuere Bo, Vlff, Karlshefni, Siualdus, alijq; cõplures, quo-
D rum prolixam enunciationem tędio quàm uoluptati propinquiorẽ stylo prose-
qui supersedeo. Inter hæc Sturbiornus ultionis aculeo lacessente, acceptam iniu-
riam pensare cupiens, Haraldo in opem accito, memorem damnorũ iram aduer-
sus inuisam Erici dominationem destrinxit. Cuius rei gratia Haraldus Hallan-
diam proficiscens, Theutonicæ irruptionis nunciũ, quæ à Cæsare Othone gere-
batur, accepit. Igitur alienæ rei impetitionem quàm propriæ defensionem langui-
diore studio prosecutus, externæ pugnæ proposito domesticæ curã antepositit,
reflexoq; in lutiam cursu, ad opem oppressis ferendam præcipiti celeritate cõten
dit. Sed eo superueniente, Cæsar lutiam utpote regio ductu uacuã nullo resisten
te permensus cum Lymici sinus obiectu tunc temporis Vuendalã aquis clauden
tis, ulterius excurrere uetaretur, coniecta in undas lancea, non solũ iter ad Eydo-
ram reflexit, uerum & similimum fugæ reditum habuit. Siquidem hastam cuius
usum habebat, maritimos in fluctus relinquendi monumẽti gratia iaculatus, suũ
freto uocabulum indidit. Verum ut impetu grauis, ita exitu uanus apparuit. Ha-
raldus quippe ardentissimo cursu abscedentes hostium reliquias insequutus, Ep
ponem extremi agminis ducẽ cum ijs quos reperit, trucidauit. Interea Sturbior-
nus contumelioſa militum adhortatione compulsus, fortunam suam temere so-
ciorum fortitudini credidit, inq; proprium exitium ruens, regiarũ partium redi-
tum stolida præcessit audacia. Bellum enim præpopere ausus, rebus Sueonũ per
incuriam lacessitis occiditur. Et sanè hostilibus gladijs ultro iugulũ subijcit, quis-
quis in urgenti aliquo discrimine magis alienæ temeritati, quàm propriæ obsequi
tur prouidentiæ. Post hæc Thyra quo patriam à clandestinis exterorũ irruption
bus tutiorem præstaret, quantum à Slesuico ad occidentalem oceanum patet, val
lo fossaq; proscindere aggressa est, superq; iacto aggere tenacissimi operis terre-
num molita est munimentũ. Cui postmodũ Vualdemari regis Absalonisq; Dani
cæ gentis antistitis, consimilis erga patriam pietas murum cocti laterís superiecit,
uti po-

A uti potius ueteris ualli occiduos lapsus solidior nouæ molis structura reficeret, & debilem eius situm crebrior in posterũ ruina submitteret. Siquidem priori munitione fundamenti loco usi, imperfectũ fœmineæ uirtutis propositũ uirili prudentia compleuerunt, tanto excellentius opus ædentes, quanto se muliebri nouerant industria clariores. Eadem quoq; cum sub specie fœminæ uirilem animum geeret, Scaniã Suetica dominatione cõpressam pręstandi tributi onere liberauit. Itaq; hinc muro, inde armis hostem repellens, diuersis patriæ finibus par tutelæ benefi cium peperit. Interea defuncto apud Noruagiã Haraldo, filius eius Haquinus patriam hęreditariç pensionis ignominia exuere cupiens, cum Haraldũ auditis quæ Cęsar apud Iutiam gesserat, Germanicis diutile bellis implicandũ speraret, palàm detrectandæ stipis audaciã prębuit, plus spei ac fiducię ex Saxonicis armis, & suis uiribus capiens. Verum Haraldus rebus cum imperatore cõpositis, consortium catholicæ religionis amplexus, diuinã humanamq; pacem regno suo conciliauit. Sicq; Haquinũ conceptæ inaniter spei irritum reddens, seipsum errore, patriam prælijs liberauit. Comperta uero Haquini defectione, tanto in Noruagicæ iuuentutis contumaciã asperius animaduertendũ putauit, quanto eam aduersum se cer uicem insolentius extulisse cognouit. Missa igitur aduersus hanc Iulinæ piraticæ manu, Bo atq; Siualdo ducibus contemptus sui ultionẽ mandauit. Quorũ Haquinus perspectis copijs, cum intolerabile rebus suis onus imminere cognosceret, excipiendi eius materia non suppetente, tanquam humanæ opis diffidentia, diuinam amplexus, superos inusitato piaculo propitiandos curauit. Duos siquidem præstantissimæ indolis filios hostiarũ more aris admotos, potiendę uictoriæ causa nefaria litatione mactauit, nec sanguinis sui interitu regnum emere dubitauit, patrisq; nomine quàm patria carere maluit. Sed quid hoc rege stultius, qui geminã
B charissimorũ pignorum stragem, incertis unius pugnæ euentibus impendendo, fortunã belli parricidio petere, & orbitatẽ suam muneris loco dijs bellorũ fautoribus erogare sustinuit? Quo euenit ut Dani manum cum eo nauali certamine cõ ferentes, quocunq; militaris discursus impetũ cõtulissent, infestã nymbi uim qua tanquam ab hoste læderentur exciperent. Cæterũ coorti imbris maleficiũ, ita nostrorum uertices inusitatis grandinis ictibus cõuerberauit, ut eorum oculi ueluti quibusdã nymborũ spiculis lacessiti, prospiciendiq; penitus facultate defecti, grauiorem ab elementis pugnã quàm ab hoste sentirent. Accidit ergo ut Noruagiensis cœli, quàm suis uiribus feliciores, Danos districtam aduersum se numinũ iram haud dubie sentientes, antè fuga & cędibus implicarent. Inter quos Karlshefni ac Siualdus à uictoribus capti, quanq; dimicando speciosissimã rei militaris operam ædidissent, aliquãto tamen plus laudis in uinculis quàm prælio meruerũt. Haquinus enim celeberrimã Danicæ iuuentutis fortitudinẽ exploratius nosse cupiens, duos qui captiuorũ patientiã plenius experientur admouit. Tantum enim uirium animis eorum à natura insitum esse fama fuerat, ut etiam receptis in uultũ ictibus, ne leues quidem superciliorũ nutus æderent, atq; aduersus omne percussoris irritamentũ in eodem animum habitu cõtinerent. Cuius experientiæ gratia prior Sualdus ingenti satellitis fuste percussus, oculos motu uacuos præbuit. Quinetiã eo minus fortunæ cessit, quo miserius uirtutis suæ experimentũ habuit. Nec minus in reliquo mentis robur apparuit. Karlshefni enim alium districta securi capiti suo imminentẽ pulsu pedis humi prostrauit, applicatũq; ceruici suæ ferrũ manibus ferire conantis excutiens, ut erat uinculatus arripuit, quemq; lapsu affecerat, capite spoliauit. Enimuero ut strenuo ita impigro nisu periculũ audacia præcucurrit. Necq; enim captiui uirtus inter uinculorũ stridorẽ uigore suo exui potuit, quin & inter grauissimas cõtumelias, eo clariorẽ fortitudinis suæ experientiã prębuit, quo incitatiorem fortunæ aduersum se fremitum sensit. Sed nec illi aut

Danorũ in rebus aduersis inuictus animus.

C mortis propinquitas, aut catenarum contumelia, quo minus liberum fortitudinis opus æderet, obstare ualuit. Quorũ constantiã admirans tyrannus, ut utroq; potius bono milite uteretur, q; in utrunq; animaduerteret, remissionẽ pœnæ, dummodo partes suas fide atq; amicitia colerent, pollicetur. Illi uero uiolentum obsequium uitæ respectui erogare indecorũ putantes, utpote alienæ fidei quàm propriæ saluti propiores, conditione insolentius spreta, turpi pacto prorogandi spiritus beneficiũ expetere noluerunt. Quo uiso Haquinus, ne patientiæ punitor magis quàm probator existeret, uirtuti eorũ incolumitatem tribuendam putauit. Haraldum uero duos ex Gerytha filios sustulisse memoriæ proditũ est. Quorũ maior Haquinus excellentissimæ indolis habitu, ac felicissimis naturæ incrementis, fratris Suenonis fulgorẽ suppressérat. Idem Sembos aggressus cum militum animos periculosi belli respectu aliquanto infractiores animaduerteret, quo melius fluctuantibus fugæ spem demeret, ignẽ subductæ classi subiecit, eoq; necessitatis duramento imbecillitatis ignauiã repulit: effecit enim ut nauigiorũ facultate defecti, reditũ uictoria struendũ animaduerterẽt. Itaq; quo æquiore animo seipsum classe spoliauit, eo tutiore hosti spolia detraxit. Miserta est tunc profectò fortuna Danici ducis, à nauigiorũ iactura nautarũ præsidia mutuãtis, cum summã classis inopiã opem uictoriæ cerneret. Igitur ut prudenti, ita periculoso cõsilio salutarẽ ministrauit euentũ. Potiti enim Sembia Dani, necatis maribus fœminas sibi nubere coëgerũt, rescissaq; domesticorũ matrimoniorũ fide, externis auidius inhærentes, suam cũ hoste fortunã cõmuni nuptiarũ uinculo partiti sunt. Nec immeritò Sembi sanguinis sui contextũ à Danicæ gentis familia numerant. Adeò enim captiuarum amor uictorũ animos cepit, ut omissa redeundi cupiditate, barbariem
D patria colerent, alienis quàm suis coniugijs propiores. Post hæc Thyra Danicæ maiestatis caput absumpta est: cuius corpus Haraldus amplissimo funere elatum magno cum omnium plangore, non longe à patris tumulo sepulturæ mandauit. Neq; enim tam acri iactura cuiusquam penates mœroris expertes esse poterant, priuato funere publicam patriæ fortunam expirasse credentes. Vbi nunc quoq; sacrarium perspicere est, duorum coniugum socialibus bustis interstitum. Nec silentio implicandum quod sequitur. Toko quidam aliquandiu regis stipendia meritus, officijs quibus cõmilitonũ studia superabat, complures uirtutũ suarum hostes effecerat. Hic fortè sermone inter conuiuas temulentius habito, tam copioso se sagittandi usu callere iactabat, ut pomum quantumcunq; exiguum baculo è distantia superpositum, prima spiculi directione feriret. Quæ uox primum obtrectantium auribus excepta, regis etiam auditum attigit. Sed mox principis improbitas, patris fiduciã ad filij periculũ transtulit, dulcissimũ uitæ eius pignus baculi loco statui imperans. Cui nisi promissionis autor primo sagittæ conatu pomum impositum excussisset, proprio capite inanis iactantiæ pœnas lueret. Vrgebat imperiũ regis militem maiora promissis ædere, alienæ obtrectationis insidijs parum sobriæ uocis iactum carpentibus. Itaq; ex dictis etiam non dictorum effectui obligatur, euenitq; ut conatus suos ad id quod minus præsumebat erigeret, & quod parum professione coluerat, plenius experientia celebraret. Neq; enim solida uirtus tametsi detractionum laqueis implicata, iustam animi fiduciam abijcere potuit. Quinetiam eo certius quo difficilius experimentum accepit. Exhibitum itaq; Toko adolescentem attentius monuit, ut æquis auribus, capiteq; indeflexo quampatientissime strepitũ iaculi uenientis exciperet, ne leui corporis motu efficacissimæ artis experientiam frustraretur. Præterea demendæ formidinis consilium circunspiciens, uultum eius ne uiso telo terreretur auertit. Tribus deinde sagittis pharetra expositis, prima quã neruo inseruit proposito obstaculo incidit. Cui si fortuna caput adolescentis obiecisset, haud dubie in patris periculum

nati

A nati pœna recideret, ſpiculiq; error percuſſorẽ percuſſi exitio ſociaſſet. Virtutem ergo patris an ingenium filij impenſiori admiratione proſequar ambigo, quorũ alter artis ſuæ prudentia parricidiũ cauit, alter corporis animiq; patientia ſibi ſoſpitatem peperit, patri pietatẽ ſeruauit. Enimuero iuueníle corpus ſenilem animũ roborauit, tantum fortitudinis in expectando iaculo exhibens, quantũ peritiæ pater in emittendo præbuerat. Itaq; cõſtantiæ ſuæ beneficio, ne ſibi ſpiritus, patri ſalus eriperetur effecit. Interrogatus autem à rege Toko, cur plura pharetræ ſpiculà detraxiſſet, cum fortunam arcus ſemel duntaxat experimento proſequi debuiſſet? Vt in te, inquit, primi errorẽ, reliquorũ acumine uindicarem, ne mea forte innocentia pœnam, tua impunitatẽ experiretur uiolentia. Quo tam libero dicto & ſibi fortitudinis titulum deberi docuit, & regis imperium pœna dignum oſtendit. Sed iſs neceſſitatum procellis erutum, paulò poſt par mali tempeſtas implicuit. Haraldo enim eius ſe artis qua Finij niuales ſaltus peragrant, peritiorem iactanti, Toko in conſimili genere laudis ſuam auſus conferre uirtutẽ, apud Collãrupem æditæ profeſſionis experimentũ prębere cõpellitur. Sed quod minus exercitio celebrauerat, plenius à uirtute mutuatus eſt. Eminentis enim ſcopuli cacumine cõſcenſo, exiguo ſe fuſti credidit, lubricasq; plantis tabulas adaptando, rapidum in præceps uehiculũ egit. Cuius præcipiti raptu in præruptos ſilices actus, nihilominus debitum eius regimen intrepida manu continere ſuffecit. Neq; illi aut periculi magnitudo, aut ullus animi ſtupor quo minus firmo ſe corpore contineret, officere potuit. Exterruiſſet alium cõſpecta præcipitij immenſitas, atq; ante ipſum periculi ingreſſum plena metus hebetudine confeciſſet. Tandem illiſo cautibus uehiculo cui inſiſtebat excuſſus, fortuito fuſtium fragmento ſolidum incolumitatis præſidium reperit, fatoq; alioqui propinquius felici naufragio inſperatam ſalutis anchorã apprehendit. Enimuero acrius cliuo impactus, perfracti uehiculi damno tutum curſitandi euentum habuit. Niſi enim impetum eius inuia petrarum robora, uaſtæq; uoragines interpellaſſent, haud dubie procurſum ſubiectum rupi pelagus excepiſſet. Vbi à nautis exceptus, inuiſo regi triſtiorem fortuna ſua famam reliquit. Vehiculo quoq; fragmẽta à nauigantibus inter undas reperta, falſo periculi eius fidem auxerant. Ipſe uero ſuſpectam Haraldi præſentiã reputans, quod uirtuti ſuæ pręmiorũ loco pericula proponi cognoſceret, ſtudiorum ſuorum exercitia ad filij eius Suenonis militiam contulit. Poſt hæc Haraldus totam regni claſſem exerens, ne paruo apparatu magnæ molis pondus aggrederetur, iunctis hominum boumq; copijs inuſitatæ magnitudinis ſaxũ lutico littore repertum quo matris tumulum inſigniret, abſtrahi iuſſit. Interea qui cum Suenone claſſi præerant, Haraldi imperium, tum quia diuino cultui fauorem tribuerat, tum quia inuſitatis plebem oneribus adigebat peroſi, quendam compoſitum & ſubornatum, qui Suenonem an arma aduerſus patrem ſumere, regnoq; potiri uellet, callide percunctaretur inducunt. Quo mandato Sueno ad regnum parricidio petendum adductus, percunctanti grates habuit, libenterq; ſe patriæ dignatione uſurum reſpondit. Quo accepto, maiores exploratam eius cupiditatem ſecurius amplectentes, occultis animorum commentis audacter euidentiam præbuerunt. Enimuero quod clandeſtinis motibus texerant apertius executi, continuò regem cum publica acclamatione decernunt. Inter hæc Haraldus circa tractum lapidis occupatus, quendam ſuorum è claſſe ſuperuenientẽ arctius percunctari cœpit, an tantam aliàs molem mortali manu tentatam conſpexerit. Ille ſe maioris ponderis ductum humanis uiribus effectum recenter oculis ſubieciſſe cõmemorat. Quod rege crebris percunctationibus proſequente, nuper, inquit, cum Dania tibi ſubduceretur intereram, ipſe uter oneroſior tractus extiterit penſes. Ita Haraldus cum alieno iudicio cœpti gloriam quærit, erepti regni nuncium

C accepit. Pœnituit tunc regē pecudalibus iugis, humanas alligasse ceruices. Nam cum omisso uehendæ molis proposito, tractū saxi in belli apparatū cōuertere uoluisset, grauissimū militis supercilium expertus est. Exercitus nanq; tam probrosi officij cōtumelia lacessitus, pro quo iugū tulerat, arma capere recusauit. Neq; em maiestatis imperio aut prece adduci potuit, ut eius capiti incolumitatē quæreret, qui omniū ceruices erubescēda iussione damnasset. Nōnulli tamen popularis sententiæ expertes, inter publicæ cōsternatiōis procellas cōsueta se erga regē charitate gesserūt. Quibus adiutoribus usus, dū filij conatus armis elidere nititur, acrius sanguinis sui uiribus oppugnat. Siquidē bello à Suenone uictus, fugā suā Sialandiæ credidit, cōtractisq; ex ea uiribus, rursum cōsimilē fortunæ habitū nauali excertamine retulit. Iamq; domesticis exuto copijs, externa manus implorāda restabat. Igitur relicta patria Iulinū Danicis armis refertū, utpote fidissimū militiæ suæ gremiū exilio petiuit. Interea Sueno nondū paterno odio pietatē uiolasse cōtentus, cōciliandæ sibi plebis gratia, effusis impietatis habenis delendorū sacrorū curam animo pertinacius sumpsit, omniq; diuinitatis cultu patria eiecto uictimarios templis, aris libamēta restituit. Quē rursum pater mixtis Danorū Sclauorūq; copijs, apud Helgenes littus aggressus, diē prælio tam fugæ q; uictoriæ alienus extraxit, in quo defatigati exercitus, nectendę pacis gratia, polterā lucē colloquio tribuūt: cum forte Haraldus creandæ cōpositionis fiducia licentius euagatus, in angustiores nemoris partes cōcessit. Vbi cū exinaniendi uentris gratia arbustis insideret, à Tokone iniuriarū suarū ultionē sitiente, sagitta uulnus excepit, idemq; saucius à suis Iulinū relatus, celerē uitæ exitū habuit. Corpus eius Roskildiā missum apud sacrarium nuper ab ipso conditum, solennem sepulturæ locum recepit. Ingrata enim olim bonorum suorum patria, pijssimi ducis opera sera animaduersio-
D ne cōplectens, quod minus uitæ eius præstiterat, funeri plenius deferendum putauit: omnibusq; humanitatis neruis exequiarum cultui insistens, cuius spiritum superbe oderat, clementer cineres amplexata est.

Defuncto Haraldo, Sueno prosperā sibi in diuina sæuiendi occasionē uenisse gauisus, totā religionis stirpē ab radice cōuulsit, eoq; autore Dani susceptū diuinitatis cultū repetita superstitiōe mutarūt, hoc liberius erroris sui recursum cōplexi quo certius amarissimū eius reprehensorē accidisse cognouerāt. Quā temeritatē uindex cōtemptus sui diuinitas, non parua rerum acerbitate pensauit, autorē eius tristissimis fortunæ uiribus insecuta. Ipsum nanq; deserendæ religiōis ducē perq; grauiter affectū, uiolentissimis casibus implicare non destitit, lætisq; successibus spoliatū, amarū uitæ usum experiri coēgit. Quippe à Iulini oppidi accolis piratica Daniā incessentibus, captus, facta sibi redimēdi potestate, corpus suū auro semel, argento bis rependendū promisit. Ea summa à Danis ob deserta sacra nimio eum fauore prosequētibus attributa patriæ restitutus, nihilominus oculos densissimis ignorātiæ tenebris obfusos, cōspicuę lucis radijs admouere cōtempsit. Enimuero plenū nequitiæ portentū, paternoq; animo parū respōdens, ab eximio eius splendore in profundū caliginis secedere nō erubuit. Sed cui propria damno labes extitit, aliena usui benignitas fuit. Idem secundo cōsimili fortuna affectus, nobiliū liberis uadibus pro se datis, prioris q; summæ pactione interposita, redemptionis præsidium impetrauit. Sed cum promissum æs ex proprio fisco soluere nequiret, omnibus qui pro salute eius filios proprio spiritu chariores prædes dederāt, nunc publice, nunc priuatim saltus ac nemora uenditabat, eorumq; precium protinus captiuitatis suæ autoribus numerauit. Enimuero Scani ac Sialandenses cōmunes syluas publico ęre cōparauerunt. Apud Iutiā uero nō nisi familijs propinquitatis serie cohęrentibus, emptionis cōmunio fuit. Eo tempore piraticę usus nostris creber, Sclauis perrarus extitit, qui ob hoc latius ad eos manare cœpit, quod Iulini

oppidi

A oppidi piraticę ſtudijs aduerſum patriã uſi, eo maxime Danis, quod ab ipſorũ ingenijs traxerãt, nocuerũt. Quẽ incurſatiõis morẽ noſtris annis Vualdemari regis, maximiq; põtificis Abſalonis, propenſę pro ciuibus excubiæ domuerunt: quorũ ſtrenuo interuẽtu tranquillus terris cultus gerit̃, tuta aquis nauigatio celebrat̃. At Sueno oppreſſionũ ſuarũ uindictã ſitiens, maximeq; Iulinũ, perinde ac ſceleſtiſſimi cõtubernij domiciliũ armis euertere cupiẽs, ſinum quo Moën inſula à Falſtria ſecernitur, regia claſſe cõpleuit. Qui cum ſe mox in Sclauorũ effuſurus prouinciã uideret̃, qui Iulini cõſtiterãt, audacter callidi impetũ hoſtis arte præcurrendũ duxerunt. Nã cum muniendæ claſſis gratia nocturnas à Danis circuiri uigilias noſſent, delectos remiges ſubornauerunt, qui mane anticipato uigilum more ſimulatoq; ab excubijs reditu, frequentẽ liburnis portum breui lintre permenſi, cum ad regis uſq; nauigiũ proceſſiſſent, eſſe gubernator dixit, quod ſecretius eum noſſe admodũ oporteret. A quo rex noctu exploratæ rei nunciũ afferri ratus, detracto nauigij tegmine, capiteq; exerto, ueluti familiaris colloquij gratia accliue uocãti corpus præbuit. Quẽ ut ille inſidijs opportunũ animaduertit, ſubitò ceruicẽ eius perq̃ uiolento amplexu corripuit, liburnæq; detractũ apparitorũ ope myoparonis ſuo injiciendũ curauit. Nec ſegniter fugã nautæ cõcitatis remorũ ictibus expetebãt. Ita preſidiũ ſtrenuæ calliditatis amplexi, quod armis nequibãt, inſidijs prorabile mancipiũ cõtumelioſo ludibrio fortunæ effectus. Neſcio patris maior, an religionis iniuria, prouinciã quã parẽtis exilio uiolauerat, miniſtrã carceris ultricemq; parricidij ſenſit, patriã quã ſacris ſpoliauerat, etiã opibus exuere neceſſe habuit. Neq; eñ ocyus à ſuis iuuari poterat, utpote quibus primũ detrahenda nauigijs tegmina, aptandi foris remi, extollendæq; undis anchoræ fuerãt. Ceſſit igitur
B expeditio fraudi, nec barbariẽ abſq; regio ductu petere auſa, ſoluta claſſe domeſticis militẽ littoribus reddidit. In qua fortunæ uiolentia Sueno uirili defectus auxilio, fœmineũ expertus eſt. Nã cum exhauſtis regni opibus ne aurũ quidẽ redemptioni eius ſuppetere uideretur, tanta ei matronarũ humanitas affuit, ut detractis auriũ inſignibus, cæteroq; cultu, certatim digeſtã põdere ſummã explerent, plus cõmodi in ſalute principis, q̃ amœnitatis in ornamẽtorũ ſuorum ſpecie reponentes. Adeò in liberãdo eo uterq; ſexus unius humani uoti curam habuit. Ita matronalis ſtolę publicum culmen priuatis facultatibus emere uoluptati magis q̃ oneri fuit. Neq; enim eius capiti incolumitatẽ publicæ ſtipis impendio petere dubitatũ eſt, qui primus deferendæ religiõis cõſtantẽ ſe geſſiſſet autorẽ. Enimuero ignara perditiõis ſuæ patria, ſummũ ſcelus, ampliſſimis beneficijs rependere pietatis loco duxit, parentis ac numinis uiolatorẽ indebito gratulationis officio proſecuta, quodq; pœnis expiandũ fuerat, obſequijs penſans. Quãto eñ Haraldi odio tenebatur, anta Suenonis charitate flagrabat, autorem religionis faſtidio aſpernatorẽ beneuolentia inſequendo. Ita populus ſacrilegi animi probator, religioſi punitor, quantum in patris ſanctitatem contemptus, tantũ in filij labem honoris congeſſerat: cultumq; eius quia ſacrorum morem abrogauerat, copioſa fauoris indulgentia proſequutus, ter regem à piratis captiuum interpoſita munerum pactione receperat. Nec illi quidem ad præmia matronarum obſequio exoluenda ingrata mens fuit: Nam fœminis deinceps participandarum hæreditatum ius, à quibus antè lege repellebantur, indulſit. Vt autem argentum priori ſummæ debitum contraheret, agros ac latifundia uænire iuſſit, utq; ab exteris ipſe uænijt, ita uænalẽ ſuis patriam fecit. Ita neſcio in acie miſerior an felicior fuerit, quæ quantũ eius corpori detraxit, tantũ ſenſui pepercit, opesq; artuũ cõſumptione ſeruauit. Cæterum barbari nondum rebus eum exuiſſe contenti, truculentius affectum iurare etiam iram remiſſurum compellunt, gemina miſerum pactione torquentes.

C Sed alteram exhibere difficile, alteram admittere turpe. Opes enim hosti fundere
necessitati conuenit, iniuriæ uero respectum abijcere, pœnasq; impunitate pensa
re, uicinum rubori beneficium est. Siquidem ut uiolentiæ cedere infirmū, ita uin-
dictam eius abdicare probrosum. Quippe supra uires cogi, quàm uiribus remisse
uti speciosius. Nec segniter exuendæ captiuitatis cupidus, sacramento omittendę
ultionis exhibito, propositæ conditionis partes admisit, hostemq; non minus fru
endæ securitatis beneficio, quàm auri impendio locupletauit, hoc magis seruilem
se exhibens, quo turpius libertatem impetrare sustinuit. Tantum autem transfu-
garum erga patriam charitas ualuit, ut cum regiam Danorum stirpem ad unicum
Haraldi filium redactam esse cognoscerent, quo minus alienis summa cederet,
saluti ipsius parcendū existimarent. Quamobrē opes eius non exitum sitientes,
egestatē suam censu solari quàm sanguine maluerunt. Nec tamen erga desertorē
sacrorum principē diuinæ correptionis aculei quieuerunt. Nam Suetiam quoq;
Danorum rebus infestam fecere. Cuius rex Ericus agnomen à uictorijs mutua-
tus, per Haraldum iampridē latam Stybiorno aduersus Sueones opem memoriæ
subijciens, perquam grauiter in Suenonis caput exarsit, utq; sui uindictam pera-
geret, exercitum in Daniam traiecit, expugnatione filij parentis noxam pensare
cupiens. Quanquā enim eum arctiore materni sanguinis nexu contingeret, iram
tamen affinitati prætulit, eo quidē fidentius, quod Suenonis fortunā sæpius ægrā
atq; fractam, ac crebris detrimentorū incursibus lacessitā, suam iugiter in summo
felicitatis cardine uersatā nouerat. A quo Sueno bello Scanico uictus, relicta ex-
cellentis pulchritudinis filia Thira auiæ nomen referente, quæ qua matre orta fue
rit ignoro, Olauum Thirgonis filium Noruagiæ regimen gerentē exilio petiuit,
eo quidem ampliori spe, quod patrem eius iampridē regno exactum, Haraldi suc-
D cursu restitutionē impetrasse meminerat. Is quanquā regio nondum titulo censē-
retur, regijs tamen partibus pleno procurationis officio fungebatur. Quo benefi
cio quanquā obligatus esset Olauus, nihilominus debitam patris eius meritis gra
tiam referre negligens, profugum ac supplicem spreuit, omniaq; momenta petitę
opis abnegans, nullum penè misero suffragiū præbuit. Necq; enim exuli succur-
rit, nec aspernatē illum à se repelli, à cuius parente suus patriæ redditus fuerat. Cu
ius repulsæ Sueno cōtumelia suggillatus, ad Anglorū prędia cōuolauit. Quorū
rex Eduardus ætate admodū tenera auxilij petitorē ambitiōis nota perculit, exi-
stimans nō tam opem à profugo peti, q̄ exilij simulatione regnū à callido repeti,
fortunæq; inopiā argumentū astutiæ reputans, obseratis exulē auribus auersatus
est. Adeò paterna felicitas suspectā nati miseriā fecerat. Ita maligni animi ducibus
spes suas precesq; frustrantibus in Scotiā profectus, clementiā quam in aliquan-
to mitiore gente non reperit, apud efferata barbarorū ingenia sensit. Adeò enim
uolubilis fortunæ uarij atq; ancipites motus existere cōsueuerunt, ut interdū hu
mana mens ubi speratis fallitur, insperata facilius assequatur. Hac fortunæ sæuitia
Sueno ad amplectendā religionis charitatē adactus, abstractos caligine oculos sa
lutari lucis cōtemplatiōe suffudit. Nam cum duos maxime reatus suos parricidiū
atq; sacrilegiū, totidē grauissimis supplicijs captiuitate atq; exilio abunde mulcta,
tos animaduerteret, piam neglectę salutaris disciplinę uerecundiā egit, cōuersoq;
in curā sacrorū animo, utriusq; delicti contagiū plenis pœnitentiæ lachrymis ex-
piauit. Quinetiā cunctis circa se rite peractis, lauacri usum promptissimo religio-
nis tenore percepit. Cuius quanta prius labes extiterat, tantū postea robur ac co
lumen euasit. Nec segniter pœnitentiæ beneficio permulsa deitas, propitij numi-
nis fauore pristinum ei fortunæ splendorem conciliauit, amorq; ipsius septimo
decedente Erico, promptū regni introitum struxit, pro exilio patriam, pro pau-
pertate amplissimum decus, ac summam largita potentiam. Nam Erici filius Ola
uus

A uus cum matre Syritha Suetiam repetiuit, ibiq; degens regnum materno arbi-
trio subiectum habuit. Ita Sueno eodem penè tempore & religioni paruit, & pa-
tria potitus est. Ne autem quorum fauorem impietate contraxerat, sanctitatis irri
tamento odia in se repente trahjceret, publice dissimulata religione priuatim exhi
bita, pium mentis habitũ texit. Itaq; diuersi motus hisdem præcordijs inclusi, sum
ma formido ac sanctissima deuotio animum eius perplexa cunctatione distractũ
ad ultimam penè hæsitationem redegerant. Hinc enim perdendi regni, inde læ-
dendi numinis metus pectoris eius munimentum ancipiti periculo uulnerabat.
Fastiditæ siquidem religionis ultorem deum, plebem cultæ uindicem metuebat.
Quæ tam dissona studia attentiore animi comparatione expendens, plus diuini
quàm humani timoris uiribus indulgendum prouidit. Priuatim itaq; maiores ag
gressus, clandestina admonitione sacris ritibus subijcere perseuerabat, disserẽdi
officium quod à literis doctrinaq; non traxerat, rudi atq; impolito ingenio prose
cutus: adeò præceptoris partes, quas solertia ac consuetudine parum complexus
fuerat, à fundandæ religionis cupidine mutuabatur. Verum medelæ salubrita-
tem ab incolumi capite quæsitam, ab aridis atque indignantibus membris euomi
crederes. Neq; enim amator ueterum populus, docilem inusitatis animum præ-
bere sustinuit. Quinetiam externi cultus tædio patrium æmulatus est. Igitur cu-
pido sed inefficaci serendæ religionis autori, numinis sui illustrator deus Pop-
ponem ingenio ac sanctitate conspicuum, præcipuaq; literarũ scientia excellen-
tem præclari operis consortem adiecit. Hic Danorũ concione publice apud por
tum, cui glaciei frequẽtia agnomen peperit, habita, cum eos ne fana excolere uel-
lent sermone flectere nequiret, euidenti indicio certissimum assertioni suæ argu-
mentum præbuit, doctrinæq; fidem conspicuo sanctitatis miraculo publicauit.
B Percontatus enim an monitis suis obsecuturi essent, si ad flagrantis ferri tactum
manum eius læsione uacuam conspexissent, uniuersis haud dubie parendum re-
spondentibus, candentem ferri laminam chirothecæ formam habentem expedi-
ri iussit, eiq; brachium cubito tenus inseruit, ac protinus per omnes interrite cir-
cumlatam ante principis pedes excussit, dextramq; nulla ex parte corruptã in eo
dem incolumitatis coloriscq; habitu religiosæ omnium admirationi conspiciendã
monstrauit. Quo tam mirifico spectaculo alioqui inexorabiles studio suo consen
taneos reddidit, effecitq; ut periculũ non impedimentũ monitorum eius esset, sed
experimentũ. Enimuero ipsam rerum naturã audacis uoti constantia superauit.
Quinetiam ea miraculi celebritate externũ genti nostræ religionis spiritum inge
nerauit. Quo euenit, ut Dani abrogata duellorũ consuetudine, pleraq; causarũ iu
dicia eo experimenti genere constatura decernerent, controuersiarũ examen re-
ctius ad arbitriũ diuinũ, quàm ad humanã rixam relegandũ putantes. Quamob-
rem Poppo à maximo pontifice Bremensi Adaldago apud Arusiũ honorem ge-
rendi pontificij uitę atq; operibus suis perquam debitũ impetrauit. Eodem officij
nomine Harico Seuiscus, cum Lefdago Ripæ cesserunt. Gerbrandus Roskildię
claruit. Adeò religiosissimi principis exactissima sanctitas christianismi cultũ no-
uis sacerdotijs auxit, cellis atq; sacrarijs decorauit. Prius enim quatuor hic religio
nis domicilia externis sacrorũ contenta præsulibus, domesticæq; prælationis ex-
pertia, fortuito magis quàm solido pontificũ ordine nitebantur. Nec minus Nor-
uagia Bernardi ex Anglia profecti saluberrima admonitione profecit. Cuius re-
gi Olauo tanta sumendorũ auspiciorum adnotandorumq; ominum cura acta est,
ut etiam aquarum sacrarum liquore perfusus, cum partem religiosæ disciplinæ
rudimenta sorpsisset, nullo tamen sanctitatis exemplo, nullius autoritate doctri-
næ, quo minus augurium monitus consectaretur, futuraq; per pullarios disceret,
uetari posset. Itaq; sanctitate uacuus, necnon inanem eius umbram complexus,

C ſuſceptam religionis ſpeciem fucoſa ſuperſtitione damnabat. Cõſimilis eiuſdem pontificis induſtria, Suetiæ regem Olauum ad chriſtiana ſacra perductum, Iacobi nomine uenuſtauit, morum profectui, decus uocabuli tribuens. Vtrum aũt idem rex ab eo, an à Bremenſiũ pontifice Vnnone, ſacrorũ uſum diſciplinamq; percepérit, parum comperi. Eo tempore Lundenſes ſacrarium moliti, ſub Gerbrando Roskildiæ præſule rem diuinam domeſtici templi religione geſſerunt. Cæterum Vnnonis corpus Byrce oppidũ ueteri fama inclytum, Bernardi Lundenſe hypogæum tenet. Interea rex Noruagiæ Olauus adhuc cœlebs, fruendæ claritatis potiendæq; Daniæ cupidine inſtinctus, quo facilius uoti ſe cõpotem redderet, petitis Syrithę nuptijs, Sueticas partibus ſuis uires applicare curauit. Ne ergo Sueno duorũ regum iunctis copijs geminũ patrię latus incurſandũ præberet, perquam callido conſilij genere uſus, duos peruicacioris animi ſatellites ſubornauit, qui ſimulata damnatione Olauũ ſupplices petiuerunt. A quo exulum more indulgentius habiti, cum poſt aliquantæ familiaritatis uſum propoſito licentius utendũ animaduerterẽt, Suenonis uituperio, Thyrę cõmendationẽ impenſioribus uerbis ſociare cœperunt, quantũ patris mores conuicio, tantũ filiæ ſpeciem laudibus inſecuti, adeò falſum proſcriptorũ nomen cõplexi, mendacij noxam beneuolentiæ ſimulatione texerunt. A quibus Olauus probabilis formæ irritamento uirginẽ petere perſuaſus, legationẽ preces ſuas Suenoni porrecturam inſtruxit. Qua aditus Sueno, petitas proco nuptias pollicet. Quo nuncio Olauus ad ſummã uſq; gratulationem euectus, matronali ſtolæ illibatas pudicitiæ faces præferendas exiſtimabat, uirgineumq; adulatus amplexũ, adoleſcentiã ſuam intra uiduitatis gremium obterere paſſus non eſt. Igitur quantũ alteri cõtemptus, alteriq; uenerationis deferret, aperuit. Syrithã nanq; colloquij ſimulatione celebriter accerſitã, nauigium
D conſerendi ſecum ſermonis gratia ſubintrare petiuit. Cuius precibus regina quo uerecundiæ munimento tutior fieret, aliquandiu reluctata, ad extremũ imperio ceſſit. Igitur uix atq; ægre obtemperanti lignũ penſilibus uncis ſubnixũ, pontis loco ſcandendæ puppis gratia ſternit. Quod cum regẽ aditura conſcenderet, eodem per inſidioſos ſubducto, præceps fluctibus obuoluta eſt. Nec cõtenti nautæ ampliſſimã maieſtatẽ ultimo dedecore confudiſſe, quo clarius libidinoſum ei animum exprobrarent, inflicti caſus turpitudinẽ clamore ſub hinnitus ſpecie ædito perſecuti ſũt. Hęc eſt Noruagica humanitas, dolis ac deriſiõe inſtructa, quæ ſplendidiſſimæ fœminæ fidem probroſis inſidijs circũuenire, matronale decus contumelijs proculcare, amoremq; ignominia rependere non erubuit. Et ſanè quiſquis ei populo humanitatẽ atq; obſequiũ erogat, ingratis beneficiũ præſtat. At regina penè periculo præfocata, magno cũ Sueonũ rubore ægre littori reſtituta eſt. Tandem recepto ſpiritu impudicitiã ſibi à rege exprobratã iudicans, ruborẽ periculi tacita ferre nequiuit, opprobrij deformitatẽ minis quibus potuit inſecuta. Neque eã duabus grauiſſimis calumnijs periculo ac rubore affecta, laceſſiti pudoris irritamentum æquo animo tolerare ſuſtinuit, utpote quæ ex integerrimæ maieſtatis regina ad inſolentis proci plenum ignominiæ ludibrium redacta fuerat. Ita uerſuti ducis acumen admirabilis uaframenti inuolucro tectũ, uires quibus Olauum exuit ſibi ſagaciſſime conciliauit. Continuò nanq; petitæ in matrimonium Syrithæ, eo benigniorem animum, quo Olauo infeſtiorem expertus eſt. Necinerter ruborẽ coniugis negata mox proco filia uindicauit. Interiecto tempore Kanutum ex Syritha ſuſcepit. Ita Olauus duobus ſplendidiſſimis coniugijs deſtitutus, dum alterum temere reſpuit, ab altero turpiter repelli meruit, utq; hoc repulſa, ita illud inſolentia perdidit. Verum quia Suenonem parum proſpere bella gerere ſolitum nouerat, facta non uirium eius, ſed fortunæ æſtimatione, inſtructoq; nobilis famæ nauigio, armis ultionem exequi parat. Contrà Sueno adcita

Noruagicæ gẽtis ſuggillatio.

priuigni

A priuigni manu, maritimo hostem certamine excipit, In quo Olaui sagittarius Enarus, magno corporis artisq; robore præditus, tanto rigore mirifici arcus tormentum intenderat, ut excussum ab eo iaculum, nulla rerum duritia sisteret, quo minus citato motu, uniuersum penetraret obstaculum. In malum nauigij incidens, lignum uiolentia sua peruiũ habuit. Eodem interiecto regis clypeo tabulæ ratis illapsum, uix inter undas impetus sui finẽ reperit. Itaq; grauius hostẽ solus cũ tota sociorũ manus afficere ualuit. Cęterũ adeò certo ictu destinata feriebat, ut quic quid impetebat offenderet. Quo euenit, ut Sueno tormẽti monstro territus, plus metu in unico stipite, cũ tota hostiũ classe reponeret. Cumq; solum in eius corruptione remediũ animaduerteret, non tam sagittariũ quàm artis sagittariæ instrumentum ab eius rei peritis impeti iubet, uiolata arcus fortuna tutius bellũ gerere cupiens. In quo delectis certatim tela congerentibus, unũ fortè arcui impactũ, artificem ingenio, hostẽ uictoria spoliauit. Cumq; late ruptionis eius fragor obstreperet, stupens Olauus quidnam esset cõminutũ interrogat. Cui Enarus, conuulsam, inquit, abs te Noruagiã puta. Plus nanq; opis in arcu cũ exercitu repositũ iudicabat, futurũ pugnę exitũ absciſa responſi ſagacitate cõplexus: nec ſecus quàm prædixerat accidit. Fractio nanq; arcus insecutã Noruagiensiũ cladem ominata est. Vt aũt Olauus hostiũ manus arbitrario fato præcurreret, mortẽq; sibi ipse cõsciſceret, armis onustus præcipiti saltu profundũ petijt, tanq; uita feliciter excessu rus si nõ auiditate lucis uictorem intueri cogeretur. Cumq; Sueno hostiũ uires in suam redactas potestatẽ uidisset, quos armis ad fugã inclinauerat oratione ad obsequium flectere cupiens, insignẽ rei bellicę successum ad blanditias transtulit, uictorq; cum uictis pacisci deforme nõ duxit. Nec Noruagiã sibi subiecisse contentus, petita Anglia pactũ cum Adalstano habuit, ut eo decedẽte regis bonis ac nomine frueret. Iisdem temporibus Popponi Rimbrandus, Henrico Marcus, ponB tificij religione succeſſit. Pro Lesdago Fulbertus sacerdotio fulsit: post quẽ Othincarus Albus splendidissimo loco natus infulas sumpsit. Cuius liberalis in deũ animus, ne paruula quidem sibi summa retenta, amplissimũ patrimoniũ necessarijs templorũ usibus erogauit, cellasq; ante id rei familiaris inopes uberrimis agris ac latifundijs locupletes effecit, adeò ut excellentissimæ totius Iutiæ ciuitates quicquid penè prædiorũ possident, à religiosa eius donatione perceperint. Itaq; propior publicæ deuotioni cũ priuatæ facultati, solidæq; magis cũ fluxæ laudis appetens, momentaneo rerũ impendio mansuras animi delicias cõparauit, secq; patrimonij q; religionẽ rei familiaris inopem esse maluit, ad eum hæreditatis suæ honorem transferẽs, à quo pia dona perpetuis bonis rependenda cognouerat. Nec possessionẽ sacris impendisse cõtentus, ut omnes uirtutis partes ac numeros exequeretur, etiã rerũ beneficijs uirtutũ adiumenta subtexuit. Siquidẽ Sialandiã & Scaniam officio piæ eruditionis aggressus, mirificũ sacri dogmatis autorẽ agere cœpit. Ac ne parcius animi quàm corporis officiũ administraret, tantũ se in amplificanda religione gessit, quantũ egerat in locupletanda pro quo patrimoniũ erogauerat, etiã morte paratus occumbere. Cæterũ Sueno senilis animæ laboribus fessus, diuinis rebus infatigabilẽ ultimi temporis curam tribuit, nec spiritu cũ religione diuturnior fuit. Siquidem omni humana concussione uacuus, in ipso perfectissimæ uitæ fulgore decessit. Hunc igitur duæ inter se diuisere fortunæ, quem uaria sors in ludibria ac decora alterna uice traiecit, regno illius captiuitatem, captiuitati exilium substituendo. Quis enim crederet illum à maximo solio ad Sclauorum peruenturum catenas? Quis rursus existimaret à Sclauicis uinculis ad regni rediturum insignia? Attamen ex rege captiuus, atque ex captiuo rex est factus. Ita nunc miserrimis nunc felicissimis par, diuerso conditionis habitu gemi-
nam utriusq; fortunæ mensuram equauit.

Enari sagittarij monstrosa uirtus.

C Mortuo Suenone Angli ac Noruagienſes, ne rerũ ſummã alieno imperio ſub iectam haberẽt, reges ex ſuis legere, quàm à finitimis mutuari ſatius rati, abroga- to Danici nominis reſpectu, Eduardum atq; Olauũ in maieſtatis faſtigio locaue- runt. Quorũ præualidũ robur Kanutus Danorum ſolio functus inter rerum ini- tia aggredi ueritus, ne tamen regnandi uſum intra patriæ metas clauſum habe- ret, diſſimulata magis quàm omiſſa paterni imperij recuperatione, primũ Sclauię ac Sembiæ, perinde ac debilioribus regnis ferrum inijcere ſtatuit. Quarum alterã Sueno tametſi graues iniurias paſſus, obſtante religionis uinculo cõcutere formi dabat, altera ab Haquino oppreſſa, abſumpto eo rebelles Danis manus exercuit. Solerter igitur à Danici regiminis ſucceſſore prouiſum eſt, ut in hac paterni gra- uaminis, in illa defectionis noxam puniret. Neq; enim ignorabat bonę indolis ha bitum ad maiorem uirtutem capeſſendã leuiori rerum conamine roborari, ideoq; in ipſo militiæ tyrocinio, adoleſcentiã ſuam aliquo præclaro opere auſpicari cupi- uit. Nec eo quidẽ ſegniores deſertoribus manus intulit, ſed neſcio an ideo prom- ptiores, quia ſtrenua ingenia quo plus experimenti ſumunt, hoc ad inſignẽ ope- ram ędendam maiore auſu proficiunt. Cuius propoſiti compos ſpes ſuas duabus ſplendidiſſimis uictorijs alitas, tertiã ab Anglis expetere docuit. Quod ut prom- ptius expediretur, Olauum Noruagiæ potitorem cum fratre Haraldo, tectis diſſi mulatione odijs, aduerſum defectionis ſuæ cõſortem armauit. Enimuero ut pru- denter, ita periculoſe hoſte in hoſtem uſus, ambitione cõiunctos armis diuiduos fecit. Igitur Danorũ Anglorumq; exercitibus acerrima pugna cõſertis, Tymmo genere Sialandicus, cum hoſtili impetu ſociæ partis aquilas admodum inclinatas uideret, leuemq; & quem ſors obtulerat ramulum haſta ſuſtulit, eoq; uexilli loco uſus, atq; in eum uociferatus modũ quo Kanuti milites mutuæ adhortationis gra
D tia acclamare cõſueuerant, aduerſas in fugam turmas felix anteſignanus auerſit. Itaq; non tam ſigni quàm animi uirtute ſalutarẽ ſuis aquiliferũ geſſit, nutantemq; Danorum fortunã ad uictoriam uſq; ne laberetur erexit. Nec ſolum fortitudinẽ ipſe pleniſſimã prębuit, ſed etiam ex ſociorum animis penè profugam reuocauit. Cuius facti decus poſtmodũ cognomine uſurpauit, inſuperq; uirtutis titulo hono re primipili à rege donari meruit. Nec puduit Danorum partes ſplendidiſſimo aquilifero defectas, plebei hominis ductum ut obſcurũ ſpecie, ita pręclarũ euentu recreatis animis ſalutis præmium cõſectari. Igitur Eduardus contuſis ſuorum ani mis, intolerabilem Danici exercitus ſpiritum animaduertens, quia manum non poterat, pactum cum hoſte conſeruit, ut quoad ipſe uiueret, Kanutum dimidij re- gni conſortẽ haberet, extinctus omnium bonorum hæredem relinqueret. Ita uic- tor à uicto extudit, ut is ſibi conſortionẽ imperij uiuens cederet, totum moriens teſtamento legaret. Eodem tempore Aluuinam ab Olauo adamatã, Kanutus exi- mia matronæ ſpecie delectatus, ſtupro petijt. Igitur Olauus ſiue quia concubinæ facibus ſpoliatus, ſiue quia promiſſa Angliæ parte per Kanutum fraudatus fue- rat, priuatã offenſam publicæ militiæ prætulit, peractiſq; ſtipendijs, ira pariter ac dolore inſtinctus Noruagiam redijt, non incongruũ eius deſertorẽ agere ratus, à quo plena turpitudinis iniuria uexatus fuerat. Septenis poſtmodum interiectis annis quidam tricliniũ in quo Kanutus epulabatur ingreſſi, totius Angliæ regem ſalutare ceperunt. A quibus rex ſibi ictum cum Eduardo fœdus per inuolucrum exprobrari ratus, nihil eius ſe pudere reſpondit. Sed neq; ab ira animũ neq; uul- tum à rubore cõtinuit, profectas à ſcelere uoces ludibrio propinquas exiſtimans. Tunc illi funeſtum miniſteriũ incauto confeſſionis officio proſecuti, Eduardũ ſua interemptũ opera iactitabant, eo ſe regi placituros rati, quo ſummã ipſius offen- ſam accenderant. In quos rex perinde ac maieſtatis inſidiatores, præparati pręmij loco, ſuſpendio protinus animaduertendũ curauit, deterrimũ opus deformi uin-

dictæ

dictæ ſpecie puniens. Quanquã enim ſe acri æmulo liberatũ cognoſceret, ſceleri tamen pœnam, quàm utilitati gratiam referre maluit. Memorant alij Eduardum clandeſtino Kanuti imperio occiſum, eiuſdemq; iuſſu pœnam à maleficis, gratia deinde ſuſpicionis exactam. Vt enim innocentiæ ſuæ fidem aſtrueret, ſeq; ei culpæ affinem fuiſſe negaret, grauius in ſceleratos cõſulendũ putauit. Ea tamen res primum regis apud domeſticos fauorem quaſſauit. Qui cum Anglorũ rebus obtentis nectendam cum finitimis amicitiam decreuiſſet, Normaniæ præfecti Roberti filiam Immam matrimonio duxit, eiusq; fratri Rikardo ſororem Eſtritham coniugio potiendã permiſit. Igitur ex Imma Kanuto, Gunnildaq; ſuſcepta, duorum populorũ concordiam cõmuni ſanguinis uinculo ſtabiliuit. Cæterum quo promptius habilem expeditamq; clientelam contraheret, ſplendidis militiam tyrocinijs auxit, ampliſſima fortibus ſtipendia proponendo, nõ tam numero quàm robore militũ uenerabilius imperij ſui decus futurũ exiſtimans. Itaq; militaris alacritas, cuius maxime pręmijs honos alitur, certatim in eius contubernium defluebat. Cuius munificentiæ gratia Vluonem quendam è Suetia accerſitũ, dolis magis quàm uiribus inſignem, in militarem ordinem allici contigit. Cuius quoniam incidenter mentionem egi, ortum ſummatim diſſeram. Cuiuſdam patrisfamilias in agro Suetico filiã liberalis formæ cum ancillulis luſum egreſſam, eximiæ granditatis urſus deturbatis comitibus complexus rapuit, exceptamq; unguibus præ ſe leniter ferens, ad notam nemoris latebram deportauit. Cuius egregios artus nouo genere cupiditatis aggreſſus, amplectendi magis quàm abſumendi ſtudiũ egit, petitamq; laniatui prædam in uſum nefariæ libidinis uertit. Continuò enim ex raptore amator effectus, famem concubitu ſoluit, ardoremq; gulæ Veneris ſatietate penſauit. Quoq; eam indulgentius aleret, crebris incurſationibus uicinũ B acrius inceſſabat armentum, nec niſi lautioribus antè ueſci ſolitam, ſparſis ſanguine dapibus aſſuefecit. Adeò enim captiuæ ſpecies efferatam raptoris ſæuitiã fregit, ut quem ſanguinis ſui cupidum extimeſcebat, amoris auidũ experiretur, paſtumq; ab eo perciperet, cui fore protinus alimonia metuebat. Quô non penetrat, aut quid non excauat amor? cuius ductu etiam apud efferatam belluarũ rabiem gulæ irritamentũ libidinis imperio cedit. Tandem gregis poſſeſſor exhauſti pecoris inopia prouocatus, obſeruatione adhibita circumuentam canibus belluam curſu ac clamore uehementius urgere perſtitit, fugacemq; ſectatus, eo forte loci quo puella ſeruabatur acceſſit. Siquidem domicilium eius inuijs paludibus clauſum, perplexa ramorum ſeries cõtinenti frondium umbraculo texerat. Vbi mox fera à retiarijs circumuenta ac uenabulis occupata confoditur. Vt ergo duplicis materiæ benigna artifex natura nuptiarũ deformitatem ſeminis aptitudine coloraret, generationis monſtrum uſitato partu ædidit, ſylueſtremq; ſanguinem humani corporis lineamentis excepit. Nato itaq; filio, paternum à neceſſarijs nomen imponitur. Qui tandem agnita ſuæ ueritate propaginis, à patris interfectoribus funeſta ſupplicia exegit. Cuius filius Thrugillus cognomine Sprageleg, nullo probitatis ueſtigio à paternæ uirtutis imitatione defecit. A quo Vluo genitus, originem ingenio declarauit, auitum animo ſanguinem repręſentans. Cæterum ut ad diuerticulum quo exceſſi redeam, Olauum cum Haraldo fratre Danis atrociter imminentem Kanutus claſſe ex Anglia petitum, ad ſocerum Gerithaſlauũ Orientalium ducem exilio migrare compulit, recuperataq; Noruagia rediens, Rikardum acerrimũ uxoris oſorem effectum patria exegit, ſed & ſororẽ Sialandiæ redditam regiarũ partium functione donauit. Interea abſumpto Sueonũ rege Olauo, ſuccedit Omundus, à uitæ diuturnitate cognomen ſortitus. Cuius facto Olauus Noruagienſis repetendæ patriæ fiduciam nactus, cõtracta Sueonum ope Noruagiæ ſummam audaci uſurpatione corripuit, quod Kanutum fraternæ

Mirum dictum urſus fera bellua puellã deperit.

Amoris uis.

Vrſi ſylueſtri progenies.

C opis cassum, ac celeberrima uirium parte defunctũ aduerteret. Idem ignarum iu-
ris populum, passimq; & agresti more uiuentem, legibus salubriter æditis, ad me
lioris uitæ habitum perduxit, quarum uetusta monimenta plebs Norica præsen-
ti ueneratione complectitur, nec minus in deum uenerabilis, memorabili exem-
plo seruatæ religionis inclaruit. Nam cum prima feria cultello fustem per incu-
riam secuisset, atq; ab his qui proxime cõstiterant, solutę à se religionis fuisset ad-
monitus, cõtinuò dexteram suam, quod eius ministerio lapsæ mentis errorem cõ
plesset exosus, sparsas repente scindulas legit, factoq; ex eis soculo, subiectã pal-
mam cremandã præbuitum, fortuit culpæ modum, solido cruciatus genere pun-
gens. Adeò scrupuloso cultu leuia quoq; religionis momẽta seruauit, cuius detra
ctæ tristem à seipso pœnã exigere cunctatus non est. Nam cùm reos pœnas apud
inferos manere persuasum haberet, leui admodum cruciatu grauiorẽ pręcurrere
statuit, manumq; ad præsentes pœnas perferendas patientię duramento firmare,
quàm animã futurarũ metu suspendere tutius duxit. Ita ne cæteri à diuinitatis cul-
tu auocarent, ne sibi quidem ignoscendũ putauit, & quod piæ dissimulare licuit,
supplíciter expiauit. Cumq; præsidio negligentiæ errorem tueri posset, ne qua
religioni fraus fieret, pœnitentiã magis repręsentare curauit, pœnãq; correctiõis
suæ fidem, quàm impunitatẽ delicti testem esse maluit. Ita prudentia ac deuotiõe
instructissimus, propior publicæ religioni quàm priuato reatui fuit. Cuius facti
circunspectissima sanctitate, æternã cognomine memoriã usurpauit. Ab eodem
quoq; pauperibus protectio, pupillis tutela, sacerdotali ordini ueneratio, detri-
mentorũ uiolentia lacessitis subsidia præbebant. Præterea ex gremio eius uelut
quodam munificentiæ fonte, complura alia uirtutũ spectacula manauerunt. Hæc
hactenus, quia publico cultu consecrata pietas, priuatæ laudis egena non est. At
D Vluo ob uirtutis æmulationẽ grauibus in Kanutum odijs efferatus, quia tutò ini
micitias gerere nequibat, quo efficaciores insidias necteret, instrumentũ doli simu
latione officij texit. Suetis enim assidue Scaniam irrumpentibus, primus ad con-
stringendam rem proficisci poposcit, impetratisq; petiti ministerij partibus, Estri
tham quæcunq; imperasset exequi, literis signatorio anulo impressis iuberi peti-
uit. Quibus acceptis, continuò matrimoniũ eius postulare aggressus, rei bellicæ
mandatum ad nuptiarũ preces transtulit, libidinosumq; quàm strenuũ legationis
ministrum agere satius duxit. Quã rem Estritha arcano fratris imperio consenta-
neam rata, perseueranti repugnare passa non est. Ita uersuti ducis animus impul-
su capti odij instinctus, corrupto legationis officio, linguæ uolubilitate qua plu-
rimum ualuit, fratris ac sororis credulitatẽ nefarijs perfidiæ laqueis circumuentã
oppressit, bellumq; aduersus Daniã professus, structis callide dolis audacter eui-
dentiam præbuit. Et ne Kanutum in Dania ultorem operiretur, declinandæ uin-
dictæ gratia, in Suetiam sibi cum coniuge transeundũ prouidit. Vbi inuadendæ
Daniæ propositũ pertinacius animo uoluens, Omundo, Olauoq; consilij partici
pibus factis, alteri maritimis Sialandiã copijs, alteri Scaniã terrestribus impeten-
dam proponit, ipse se classem è Suetia ducturũ promittit. Cuius rei molitiõe dete
cta, Haquinus quidã è uilla Stangby, amantissimus regis, arrepta ẽq; celerrime na-
uigatione, Kanuto cuncta ex se cognoscendi copiã tulit, eaq; humanitate quanta
principis ac patriæ charitate teneret, aperuit. Rex tantæ cõspirationis nunciũ ex-
ercitu subsecutus, ne rumoris autorẽ præmio uacuũ præteriret, fidẽ nuncij quod
& longã & periculosam nauigationẽ egerat, præmij loco duũm iugerũ agri Sca-
nici donatione pensauit. Interea Olauus classe sua apud insularum unam acquie-
scere iussa, habili expeditoq; nauigio Sialandiã petijt. Vbi accersitũ concionis no
mine populum ad deditionem ẽq; potuit disertissimo prouocabat eloquio, modo
uniuersorũ, modo singulorũ cõpositis blanditiarũ figmentis animos demulcẽdo,

eam

A eam demũ tutiorẽ potentiã credens, quæ pace magis quàm prælio cõstitisset. Igi-
tur à maiorũ quodã astu benignissimæ responsionis exceptus, simulatũ plebis fa-
uorem spe eximia cõplectebatur. Tandem inter uariũ plebis tyrannicq; sermonẽ
speculatorũ unus ex maritimis superueniẽs, grandia terris uela propinquare nar
rabat. Igitur fluctuantẽ Olauũ, senior regis aduentũ operiens, interrito se animo
gerere cohortatus, consuetã littoribus mercẽ aduehi prædicabat, non aliam pre-
mendi inimici occasionẽ aptiorem fortunã ratus, q; si odium beneuolentiæ specie
suppressisset, spemq; eius uano sermone protrahere potuisset. Secundo quoq; pa
ri nuncio accepto, cõcionantis metum cõsimili affirmatione discussit. Tum demũ
Olauus assertionẽ eius suspicione insecutus, emissum in littus speculatorẽ explo-
rare iubet, Kanutus ne esset, an negociatorũ aliqui uenientis exercitus speciem
præbuissent. Quo reuerso seq; frequens classe pelagus prospexisse perhibente,
cõtinuò senẽ mendacij damnans colloquiũ soluit. Ille nihilominus uera se omnia
retulisse cõtendens, eos aduentare dicebat, à quibus Daniam ferro cõparare quis
posset. Olauus uix fuga usus, pertinaci remigio sociã repetit classem. Subinde Ka
nutus portũ classe cõplexus, uictum labore remigẽ nocturna quiete firmauit: ubi
ab incolis Omundũ terrestri agmine Scaniã, Vluonẽ nauali fluuiũ Helgam occu
passe cognoscit. Ipse igitur Omundũ excipit, classem ad opprimẽdos qui ad amnẽ
appulerant mittit. A quo cum nauiũ duces Omundũ apud Stangam montẽ insi
gni pugna obrutũ cõperissent, ipsi quoq; cõsentaneã fortitudinis operã ędere cu
pientes, ne rege audacter agente ignauũ gessisse militẽ uiderent, quo promptius
in eam quam hostes occupauerant insulã traijcerent, aliam eidem uicinã ingressi,
mediũ amnis spatium cõtabulatis molibus sternunt. Illic siquidẽ fluuius latius ma
nantibus aquis, amnis modũ excedens, ingentis stagni speciẽ prębet. Tum Vluo
B suos ne hostẽ cœpto deturbarẽt admonitos, traijcientẽ telis eminus ac sagittis in-
cessere iubet, futurũ taliter inquiens, ut ipse sua sibi manu ultimã fati semitã strue
ret. Progresso uero longius opere ueluti nostros trãsitu prohibiturus, in aduersa
ripa phalangẽ explicat. Quo uiso Dani traijciẽdi cupidiores effecti, frequẽtes one
rauere pontẽ. Vbi dum conferti, sed in q; periculosum iter progrederent ignari,
bellũ instanter appetũt, subitò desidẽte cõgerie inter undas auidũ pugnæ spiritũ
deposuerunt. Si quẽ uero (ut in eo discrimine accidere solet) semel ad summũ flu
ctus retulit, ptinus alterius amplexibus implicatus, in profundũ periturus abstra
hebat. Ita dũ mixti atq; alius alij cohærẽtes inuicẽ opem exigũt, mutuò sibi exitiũ
pepererũt, & quẽ salutis quis autorẽ petijt, infelicẽ fati comitẽ habuit. Neq; enim
armorũ põdere pressi, tutum natandi euentũ assequi potuerũt. Ita Vluo Danorũ
deceptor magis q; uictor, aliena temeritate quod propriis uiribus nequibat obti-
nuit, certissimã hostiũ uirtutẽ salubrius cũctatione pugnæ q; impetu proculcãdo.
Cuius facinoris insecuturã metuens ultionẽ, q̃d sibi hinc classem obstare, inde re-
gẽ imminere cõspiceret, salutis obtinẽdæ cõsiliũ ut uiribus difficile, ita arte prom
ptissimũ reperit: fugã nanq; diligẽtius animo circunspiciẽs, cum unicũ eius diuer
ticulũ in classis desertione restare animaduerteret, noctu maioribus nauigijs reli-
ctis, in proximã ripã uniuersum scaphis traiecit exercitũ, sicq; clandestino secessu
usus potitũ latebris agmẽ abducit. Diluculo Dani sociæ cladis ultionẽ auidius siti-
entes, dũ in hostiũ nauigia ruũt, eadẽ propugnatore uacua reperiunt. Rex lacu lu
strari iusso, mersorũ corpora uncis aut euerriculis capta, apud Asum contiguum
amni oppidũ supremis procurauit officijs: Olauũ uero per Noruagiensiũ quosdã
pecunia à se correptos domestico bello opprimendum curauit. Ita egregij animi
dux suorũ auaritia lacessitus, quos foris propugnatores habuit, domi percussores
inuenit. Cuius frater Haraldus cõsimilẽ gentis perfidiã ueritus, adito Byzãtio su-
spectã patrię fidem longinquo declinauit exilio. Igitur Kanutus sex prępollentiũ

C regnorũ possessor effectus, eximio sui fulgore etiã Romanũ illustrault imperiũ. A
Enimuero eius principi Henrico, filiam Gunnildã nuptũ tradidit, eundẽq; paulò
post Italica cõsternatione perculsum auxilio prosecutus, pristinæ fortunæ presta
rebelliũ conspiratione restituit. Inde reuersus Haraldũ natu maiorẽ Angliæ, Da
niæ Kanutũ, Noruagiæ Suenonẽ, quẽ ex Aluuiua sustulerat, absq; ulla maiesta
tis suæ diminutione præfecit. Nam etsi tres prouincias totidẽ filiorũ regimini tra
didit, nihilominus cõmune sibi triũ imperiũ reseruauit, neq; summã penes alium
consistere uoluit. Præterea teneris adhuc ducibus, in officiorũ tutelã fortissimorũ
præsidia sociauit. Post hæc Hestritha filiũ Suenonẽ enixa, sobolis interceſſu uitro
fratris gratiã cõciliauit. Beneuolentiã enim quã Kanutus perfidis Vluonis meri
tis denegauit, cõsanguineæ sibi prolis respectui tribuendã putauit. Quinetiã soro
rem Anglorũ satrapæ Godeuuino nuptijs iunxit, gentẽ genti animis atq; affini
tate cõserere cupiẽs. Ex qua Haraldũ, Biornonẽ, Tostonẽq; ortos memoria pro
ditũ habemus. At Cæsar ex Gunnilda filiũ æque fortuna ac uocabulo Magnum
susceþit, à quo illustriũ Theutonicorũ imagines, splendidaq; Germaniæ lumina
successionis serie pullulasse produntur. Eo temporis Guthscalcus Sclauicus exi
miæ indolis adolescens, cõmilitium regis stipendia meriturus accessit. Is Apribi
gneuo patre christiani cultus amãtissimo, deficientẽq; à religiõe Sclauiã nequicq;
reuocare conante, præter nationis suæ morẽ percipiendæ literarũ disciplinæ gra
tia, doctoribus traditus, ut eum à Saxonibus potiendæ Sclauiæ cupidis interẽptũ
cognouit, efferatũ ingeniũ leni studio mitescere passus non est. Repente enim ar
mis scolã mutauit, & ne alienigeni ingenij exercitatiõe patrios ritus pigrius pro
sequeret, literarũ cultũ in tyrociniũ uertit, omissoq; doctrinæ studio, strenui uiri
dicis q̃ ignaui discipuli partes agere maluit, audacter q̃ industrie animo uti satius
D autumãs. Itaq; naturę magis q̃ pręceptoris monitis obsecutus, parta tandẽ ultiõe,
Kanuti cõmilitiũ expetiuit. Ita adolescẽtis mens in ipso doctrinæ limine sæuitię stí
mulis intercepta, studiosæ ratiõis elemẽtis ingenitũ sanguini suo rigorẽ expugna
re non potuit. Eodẽ tempore apud Daniã sacrorũ antistites alijs alij succeſſisse tra
duntur. Nã Gerbrando substituit Auaco, Otkynkarus iunior Ripen. pontifex
creat. Cæterũ Kanutus tria pręmemorata regna circuiens, clientelã suã sex milliũ
numerũ explentẽ, sexaginta nauigijs cultius apparatis, eorũq; quolibet centenos
armatos capiente distinxit. Eandẽ æstate pro tuendo imperio excubantẽ, hyeme
cõtubernijs discretã alere cõsueuit: mensibus stipendia nouabant. A quo Vluo
tẽpore quo rerũ autor nobiscũ immortalitatẽ suã partiri uoluit, annuo feriarũ cir
cuitu repetito, apud Roskildiã cõuiuialiter accersitus, postq; industriã temulentia
uicerat, mersæ nuper militiæ cladẽ nocturnis laudũ suarũ cantibus celebrabat. A
quo rex suorum sibi pericula palàm exprobrari iudicans, uehementis iræ procur
sum aduersum cõtumelioſum eius carmen destrinxit, indignũ ratus eo cõuiuanti,
cuius ductu se fortissimis propugnatoribus spoliatũ cognouerat. Igitur Vluo in
ter ipsa mensæ sacra ab astantibus interfici iussus, præcipitis linguæ iusta supplicia
pependit. Ita dum aliena fata parũ sobrie meminit, sua cecinit, siccatosq; cupide ca
lices proprij sanguinis liquore compleuit. Meritò enim ex tam petulanti ingenio
amaritudinẽ potius quàm uoluptatẽ percipere debuit, quod gloriæ sibi loco arro
gasset, ductu suo præcipuis regis uiribus ultimã incessisse iacturam. Quo peracto
Kanutus uiolatæ necessitudinis iniuriã, ac sororis uiduitatẽ, duarum prouinciarũ
attributiõe pensauit, quas eadem postmodũ sacrosanctæ Trinitatis ædi, præcipua
apud Roskildiã ueneratiõe cultę, decimarũ nomine partiendas curauit. Iamq; fre
quens ad Kanutũ miles defluxerat, animis quàm impensis onerosior. Plerisq; em̃
amplior uiriũ quàm morũ grauitas inerat, quiq; se splendidius bello gesserãt, ob
scurius pacis decora intuebant, adeò ut qui foris insignes extarent, domi ignobi
les

A les uiderentur, uixq; eadem & honesta & acria ingenia reperiebanť. Igitur cõplu
res ad uim & rixã usq; in aula pernicioſi esse cõsueuerãt. Quos cum rex natione,
linguis, ingenijs quammaxime dissidẽtes animaduerteret, quippe uarijs ac per-
plexis inuicẽ affectibus urgebanť, nam petulantia alios, alios inuidia, quosdã etiã
ira uexabat, quo minus seditioſe se gererẽt, saluberrimũ castrensis disciplinę teno
rem, qua tantæ uarietatis discordiã rumperet, debitãq; militi maturitatẽ monstra-
ret, exactissimis ędidit institutis. Itaq; circunspectissima eiusdẽ deliberatio Oponis
Sialandici, cæteros prudẽtia atq; autoritate præstantis, monitis persuasa, ne exter
na fortè domestico crimine turbarenť, socialis odij tempestatẽ repressit, legesq;
seueriſſime cauendo seditioſum militiæ spiritum ueluti fraterna quadam charitate
coërcuit. Atq; ut audaciæ comitatẽ adijceret, fortissimo militi specioſissimũ moris
habitum ingenerauit, clientelã suam effreniũ ac litigioſorũ cõuictu tanquam eru
bescenda aliqua sentina uacuefacere cupiens. Vt ergo improborũ frequentiam à
curiæ ualuis repelleret, statuit ut in capessendo discubitu ordine quo quisq; mili-
taris muneris aduocationẽ sortitus fuerat, uteretur, locaq; antecelleret, qui prior
obsequio foret. Adeò militiæ uetustatem honore mensæ rependi par duxerat, ne
promiscuis sedẽdi locis cõfusa meritorũ series uideretur. Eum uero qui cœna inita,
aliqua mora interpellante tardior superueniſſet, inter considentes excipi oporte-
bat. Qui si tam arcto se consessu iunxissent, ut ob nimiam eorum frequentiã qui su
peruenerat sessum recipi nequiret, qui eius loco insederat exurgens proximũ oc
cupabat, eousq; inuicem se assurgendi officio uenerantibus, donec laxato totius
consessionis ordine, legitimũ recipiendo spaciũ patuisset, mensaq; qui postremus
residebat abscederet. Si quis uero alieno discubitu uti per insolentiã perseueras-
set, qui eo spoliatus fuerat proxime circunsedentibus iniuriæ querelam detulit,
B hisdemq; testibus in cõcionem productis aduersus reum actione cõtendit, effe-
citq; ut qui cedere iussus cõtumaciter supersediſſet, cõtumelioſe stipendijs amo-
ueretur. Ter tamen regi tali culpa affectis necessitatẽ pœnæ remittendi fas erat,
nec aliter quàm ut tot gradibus quis discubitu indignior fieret, quot uicibus soda
lem dignæ sedis negatione spreuisset. Ita enim legis temperamentũ inter seueritа
tem ac manſuetudinẽ medium, rigori clementiã sociauit, ut nec pœnitentiã repel
leret, nec impunitatẽ excessui daret. Quod si quarto se quis eodẽ reatus genere
maculasset, discreto à milite loco, mensæ alienus fiebat, cõmilitonũ nemini catino
aut calice cõmunicabat. Neq; enim ter ueniam experto ulterius ignoscendũ pu-
tabat, quia sua iam noxa pœnam meruit, qui se ea toties affecit, adeò cõtumaciam
contemptu mulctari placuit. Valuit enim apud regem spretæ militaris dignitatis
indignatio, eumq; qui parem uenerari neſciret, parum superiori delaturũ esse exi
stimatum est. Eodem pœnæ genere in minutos quosq; animaduertebať excessus:
ut, si quis alium conuicio insecutus fuisset, aut potione per cõtumeliã respersisset.
Cæterum rex maritimã sæpius quàm terrestrem militiam agere consueuerat. Igi-
tur quoties equitatu opus erat, milites equis omnibus uacui pro asseruãdis equis
alternis uicibus excubabant. Qui uero adaquandi tempore ita sodalis equo usus
fuisset, ut ipsum continue, nec modo suum, modo illius uicissim insidendo preme
ret, prędictum pœnæ modum expleuit. Tanto enim studio rex uerecundiã à suis
seruari uoluit, ut etiam paruulo impudentiæ excessu deuios, castigationis reme-
dio coërcendos putaret. Qui uero tribus fasciculis in stabulũ coniectis, equo suo
cõmunis pabuli spicam, alieno stipulam admouisset, iuxta priorem formulam mi
litia, aut turpiter uti, aut deformiter excedere cogebatur. Ac ne quis socio flumẽ
transequitanti, ita equo cõcurreret, ut ad ipsum turbulentior unda defluеret, pari
industria cautum. Adeò scrupuloſa cura paruula quoq; societatis officia pensa-
banť. Ei uero qui stationi addictus, ita se somno oneraſſet, ut uestes aut arma dor

Regis Knuti in milites pro-teruos animad uersio.

C mienti detrahi possent, consimile uindictæ genus mulctæ nomine irrogabatur. Neq; enim regio profuturus imperio putabatur, quem priuatus torpor publico excubiarũ officio submouisset. Verum aduersus grauiora præfractior actio constituta fuerat. Si quis enim cõmilitonũ suorum quempiã manu, ferro, uel fuste læsisset, aut si quicquam uiolenter eius manibus extorsisset, comam ue alieni capitis uiolasset, postremo si maiestati insidias struxisset, abũdeq; de facto testium adstructione constaret, tanquam capitalis criminis reus, clientela amotus, militari munere defungebatur. Is nanq; qui grauiter ab eo affectus fuerat, in primis regem sella posita ius militi dicere postulabat, deinde reum ut in concionem ueniret, tertio citatorum ordine prouocabat. Vnumquenq; bini duntaxat cõmilitones explebãt. A quibus si reus in quæstionẽ publicam deducendus rem familiarem possedisset, domi semel, bis in curia apud discubitus sui locum præsens absens ue postulari solebat. At si fundo careret, eo loci ubi in aula accubare consueuerat, ter sponsione prouocandus fuerat. Concione inita qui prouocauerant syncere se reum postulasse, nihilq; in ea causæ dictione fauoris, aut offensæ respectui indulsisse iurabãt, simulq; & citatorũ, & testium partibus inseruiebant. Consequenter in reum principalis facti testimoniũ, à duobus denunciandũ restabat, iuramento præfari iussis, nec actoris amore, nec rei odio quicquam se præter oculis aut auribus explorata dicturos. Nam in quæstione læsæ maiestatis propensior auditui fides haberi consueuerat. Cæterum testimoniũ in oculis reponebat. Præterea obiecta defensionis præsidio repellere non licebat. Siquidem testium criminatio, neq; alieno patrocinio, neq; propria cuiusquam repulsione subrui poterat. Tantum quippe autoritati ipsorum pondus inerat, ut assertionis eorum fidem eleuare proxima sacrilego dementia putaretur. Ita reus aduersum testimonij fulmen, nec culpam nec innocentiam ullo argumento tueri potuit. Sed neq; ei si sponsione prouocatus fuisset
D restipulatione uti licuit. Rationem testium districta iudicum insequebat autoritas, reum ueluti euidenter noxium, nihilq; iam pro se recusantẽ, honore, opibus, patria, atq; omni demum militari functione damnantiũ. Hostibus eius honos atq; impunitas adiudicabant. Iuxtà in præsentẽ absentemq; sententiæ ferebantur. Sua nulli longinquitas præsidio esse poterat, quo minus & accusatio testibus, & damnatio sententijs instrueretur. Quarum utraq; plenè partes suas exhibente, reo defensionis amplecti præsidiũ non licebat. Tum demũ rex cognitione suscepta, an ea cæteris pronunciatio placuisset, interrogat. Ipse enim auditoris tantum partem exequens, militiæ iudicationis mandauit arbitrium, deforme ratus damnare uiros, quos ipse fouisset. Quapropter in eos quorum egregia opera usus fuerat, aspere pronunciare ueritus, quæstionẽ ad se delatam, ad curiæ cognitionẽ relegauit, silentiũq; moderationis suæ fidem, quàm sententiã seueritatis testem esse maluit. Cumq; demum exaudita militum responsione, totius cõcionis suffragia iudicationi cõsentanea noscerentur, qui damnatus fuerat interrogari solebat, terreno an maritimo secessu fugam petere decreuisset. Ita rex proscriptione suos quàm nece puniri maluit, delectumq; fugæ, ne uiolentiam repressenaret, indulsit. Quod si reus mari se credere delegisset, eò cõmilitonum frequentia prosequendus, dataq; naue, remigijs, cõmeatu, uasculo egerendis aquis idoneo tandiu in littore operiẽdus fuerat, donec rem, si eis nauigatio gereretur, uel si uelis, antennæ extra cõspectum abijssent. Tum denicq; qui profugerat superiori ab omnibus sententia repetita, amarissimorũ maledictorum uerberibus laceratus, tristissimis totius militiæ suffragijs damnabatur. Qui si tempestate in littus relatus fuisset, cõtinuò uti hostis habitus uiolatæ societatis pœnas pendebat, discrimenq; capitis eius funesto damnationis incursu cupide à commilitonibus expetebatur. Ita non periculosa minus, quàm ignominiosa fontiũ euitatio fuit. At si militiæ munere defunctus terra

perfugere

A perfugere maluiſſet, ad nemus uſq; pari militum cura comitandus erat, cunctis
taudiu in eius abitu expectantibus, quouſq; procul ipſum abeſſe cognoſcerent.
Ac tunc demũ magno cum totius militiæ fragore ter ualide ædendus clamor, cun
ctaq; ſtrepitu miſcenda fuerãt, ne fugiturus ullo ad eos errore referri poſſet. Tũc
demum diſtricta etiam inexorabilis omniũ ſeueritas cunctis ſolenni iure comple
tis, ne de indemnato ſuppliciũ ſumere uideretur, ſupremã reo damnationẽ inten=
dit, effecitq;, ut qui ſe à ſpecioſo militiæ cõuictu abruperat, turpiter uagam uitam
proſcriptus exigeret. Ita militaris diſciplinæ rei, iudicialis ignominiæ grauitate in
abiectiſſimorum conditionem relegabantur. Adeò enim rex contumeliam ſon=
tium non ſanguinem ſitiebat, ut eos probroſo caſtigationis genere, quàm cruen=
to punitiores putaret. Si quis autem ei poſtmodum commilitonum uno telo aut
comite ſuperior obuio peperciſſet, ipſius ſe contumeliæ participem præbuit, cu=
ius culpam uindicta proſequi formidauit. Tale noxijs quoties à curiæ moribus
degeneratum fuerat, militiæ munere defungendi ius erat. Adeò quondã caſtren=
ſis notæ dedecora iudiciali repellebantur umbone. Quod ſi reus ab actore teſti=
monio ſuperari nequiret, ſex ſecum commilitonibus in iuſiurandum accitis, cul=
pæ quæ obijciebatur alienũ ſe fuiſſe monſtrabat. At ſi commilitonum quis eum
quem militiæ conſortem neſciſſet iniuria per ignorantiam affeciſſet, ad concilian=
dam errori ſuo fidem, prædictum ſodalium numerum in ſacramenti ſocietatem
contrahere debuit. Cæterum ſolenni iure conuictos, ac ſuperiori modo damna=
tos felicitas deficiebat, occupabat aduerſitas: eo quidem certius, quod trium re=
gnorum pontifices aduerſum talium tranſgreſſionum reos ſolenni execratione
uſos eſſe conſtabat. Ita diſciplinæ ius geminum amplexa columen, partim regio,
B partim religionis præſidio nitebatur, ut humanam ſententiam diuino crederes iu
dicio comprobari. Cuius rigor diſcordias rupit, ſimultates finiuit, ſeditiones ex=
tinxit, pacatioremq; regi militem reddidit. Poſtmodum uero ſeueritati eius ſiue
ob inertiam, ſiue ob clementiam principũ, pecuniariæ mulctæ temperamentum
acceſſit. Quo tamen ſola ligni percuſſio caruit, quod eo canes quis abigere ſoleat.
Adeò maiorum uerecundia ſummam in ictu probroſo contumeliam reponebat.
Contigit autem ut ipſe rex ſua primus lege caderet, iuriſq; firmamentum quod
eatenus ſyncerùm, atq; incolume ſteterat, parum ſobrius proprij militis occiſione
laxaret. Cumq; ſe legibus quas ipſe tulerat euidenter noxium animaduerteret,
pœnitentiæ acerbitate correptus, uocata militum concione, regia ſella deſcendit,
inq; omni conſpectu ſupplex humi demiſſus, milites commiſſi ſceleris pœnas ſuo
arbitrio exigere iuſſit, libenter ſe decretam ab eis pœnam ſuſcepturum promit=
tens. Cumq; factũ maieſtatis nomine tueri poſſet, militari ſe animaduerſioni ſub=
ſtrauit, humilitatemq; manſuetudinis ſuæ documentum, quàm uires elationis in=
dicium eſſe maluit. Illi concione lachrymantes egreſſi, deliberatione inita triſtem
de rege ſententiam ferre ut minus honeſtũ, ita parum utile peruiderunt, nõ igna=
ri ſine eo eſſe ſe uacuum ſpiritu corpus, prędam quibus ante imperaſſent futuros.
poſtremo, uniuerſum rei militaris ſtatum eo pœnã ſubeunte conuelli, inq; unius
omnes proſcriptione damnari, lapſum eius ruinam ſuam, damnationem, com=
mune omnium periculum fatebantur. Igitur in tam ardua re ſententiæ dubij, cre=
ditóque ſibi iudicio æquo leuius auſterius ue uti ueriti, proprio regem arbitrio
decreuere mulctandum, exiſtimantes plus nutui maieſtatis, quàm priuatorum
ſententijs deferendum. Emendabile enim credidere delictum, quod impetu
magis quàm induſtria noſceretur admiſſum. Igitur ex eo iudicem ſtatuunt, pœ=
namq; præſtolanti impunitatis potentiam largiuntur. Et pulchre quidem factam
ſibi iudicandi poteſtatem ipſius arbitrio reddiderunt, ne difficillimum nego=
cium temere iacta pronunciatione finirent, uel commilitonis ultionem placide,

C uel regis ſupplíciũ crudeliter expetentes. Ita ſalus regis penè ſuo ſcelere euerſa, temporis difficultati donata eſt. Ad hæc ſatis graues eum delicti pœnas dediſſe arbitrabantur, qui ſe in tanto fortunæ faſtígio, tam ſuppliciter abijcere ſuſtinuiſſet. Tum demũ uenerabiliter exceptũ, atq; ex ancipiti reo ſecuri iudicis partibus ínſeruire iuſſum, ſellæ reſtituerũt. Rex culpam ære redimi debere cõſtituit. Cumq; aliâs homicidiorũ crimẽ quadragenis nummi talentis expiari ſoleret, ipſe ſibi trecenta ac ſexaginta mulctæ nomine numeranda deſcripſit. Huic ſummæ nouem talenta auri doni nomine adijcit, eandemq; mulctæ ſpeciem cõſimilis culpæ reis, lege perenniter irrogauit. Totius uero pecuniæ partẽ regi primã, alteram militibus, tertiam interfecto ſanguine cõiunctis adiudicauit. Cumq; ipſe in præſentiarum tam regis quàm rei partes exequi debuiſſet, aſcriptam ſibi portionẽ ſacrorũ præſidibus egenisq; diuiſit, deũ perinde ac cõmunẽ omniũ principẽ pio munere propitiandũ exiſtimãs. Egit humanũ iudicem, reum liberalem, ueniæ genus abſolutionis ſpem, debito emendationis ordine cõplectendo. Cæterũ eo uiuente militaris mos æque uiolatore atq; expiatore caruit. Igitur dum ſic ſeditioſis occurrit, mens militum à litigijs aberat. In exequenda enim ultione non ſanguinis, non neceſſitudinis uinculo parcebatur, quo minus damnationis partes legítimo rigore procederẽt. Nunc uero ſolutis hebetatisq; priſtinis militiæ neruis, grauiora inter cõmilitones q; exteros dedecora pariuntur, cum & omnis aduerſum improbos actio ſileat, & qui culpæ punitor eſſe debuerat, patronus exiſtat, nec ſit qui diſſolutos militiæ mores perfractius rigidiusq; cõſtringat. Hanc itaq; militaris diſciplinæ cõſuetudinẽ diuturna uſurpatione firmatam, noſtri temporis principes abrogare minime erubeſcendũ duxerũt. Vbi enim domeſtica quies ſeditionũ fluctibus agitatur, priſcæ cõſuetudinis forma cõuellitur. Quippe aduerſum effrenes,

D cõcitatiq; ingenij tyrones, ſeueritate potius q; nimio fauore, ac profuſa indulgentia utendũ eſt. In quem modum Kanuti induſtria pro adminiſtrandis militaris diſciplinæ negocijs, ſyncere ac ualenter excubuiſſe cognoſcit. Præterea militi regem, uel regi militem, non niſi pridie Kalen. Ianuarias abdicandi fas erat. Eiuſdem quoq; poſtmodũ obſeruantiæ grauitas ab aula regum, in aliquanto obſcurioris familiæ cõuictum prorepſit, diuq; ſuperioris diſciplinæ etiam apud ſupparis cõditionis uiros imitatio ualuit. Interea Suenonẽ tutelæ tunc Noruagiæ uacantem cauſus abſumpſit, moxq; ad patrem prouincialis miniſterij ſumma conceſſit. Vtautẽ Kanutus à Richardo, quod ſororis ſuæ repudiũ egiſſet, atq; aduerſus uxorem ſeuerius æquo maritali ſupercilio uſus fuiſſet, tanquã à cõiugalia ſacra cõtumelioſe tractante pœnas ſumpturus, ac tori genialis iniuriam repulſurus, in Normaniam magna ſe claſſe traiecit. Vbi cum paulò poſt triſte quoq; de Haraldi fato nuncium accepiſſet, propior publicę expeditioni quàm priuato affectui, agmen eadem qua prius celeritate promouit, neq; animo aut officio quo minus cœpto inſiſteret, remiſſior fuit: ſed neq; oculos ad ſingularem luctum à generalis militiæ contemplatione deflexit, adeò rerum ac temporis ſtatum inter fortem patrem ac ſtrenuum ducẽ egregia animi moderatiõe diuiſit, nec minus in toleranda filij morte, quàm in hoſtium appetenda perſpicui roboris ſpectaculum præbuit. Cuius impetum Richardus Siciliam petens, fuga præcurrere maturauit. Interea Kanutus ob grauis militię labores aduerſa ualetudine preſſus, cum ſe corporis firmitate defectũ, ac mox ſpiritu cariturum animaduerteret, cõuocatos proceres, non niſi bello confecto, domos reuerti iuſſit, haud dubie uictoria potituros, ſi funebri eius lecto humeros in acie ſubieciſſent, atq; inter primos præliantiũ globos ducis nomine corpus ſuum exanime pertuliſſent, idq; fugato hoſte quo clarius cinerum ſuorũ momimentum extaret, apud Rothomagum promiſſa indigenis libertate, ſepulturæ mandarent, facile uſuros conditione Gallos, ſi ilico hoſtem finibus ſuis exceſſu-

rum

A rum cognoscerent, paruoq; impendio grandi patriã metu liberare quiuissent. O immensam perituri regis industriã, quæ suis in ultimas rerũ angustias deuolutis, disciplina quàm spiritu uiuidior affuit. Enimuero superstitũ salus decedentis ingenio stetit. Nam corpus eius funebri lecto à militibus in acie perlatũ, ad Danorũ usq; uictoriã ueluti uiua adhortatione profecit, ut non minus extincti, q; superstitis fortunæ pondus inesse crederes. Cui mox sepulturã discessuros se pacti à Rothomagensibus expetiuerũt. Rapuere cõditionẽ hostes, cineribusq; eius in urbe sua acquiescendi locum dederunt. Ita milites suscepti monitus ratione, pugnã, pactionẽ, sepulturã atq; exequias prosecuti, fato functum humeris suis regẽ in acie pertulerũt, uictoresq; funerato eo sumptis tantũ cõmeatibus, ad propria reditum habuerũt. Hunc Kanutus exitũ habuit, quo nemo nostrorũ regum, tametsi plura alij uictorijs illustrauerint, splendidior fuit. Adeò enim operũ eius magnitudinẽ propitiæ famæ fides auxerat, ut quos rerũ gestarũ gloria pares habuerat, amplitudine claritatis excellat. Cumq; aliorũ splendorẽ ignorãtiæ obscuritas, ac uetustatis rubigo perederit, huius decus longa famæ usurpatiõe subnixũ, perpetuis memoriæ fructibus reuirescit. Siquidẽ sanctitate ac fortitudine instructissimus, non minus religionẽ, q; regnũ proferre curæ habuit. Quippe cum bellicis late titulis inclaruisset, placidiore studio usus, ex fisco suo cõpluribus in locis priuatorũ clericorũ cõuictu instituto, cellularũ frequentiã nouis cõuenticulis auxit, sacrorũq; ueneration ẽ, quã maximã semper exhibuerat, regiarum opum impendio stipendijs multiplicauit: monachalẽ quoq; ordinẽ uberiorẽ reliquit, ne ferocię propior quàm pietatis officijs uideretur, æquã sibi utriusq; laudẽ adijcere cupiens. Cuius studij industria ad tantũ claritatis lumẽ accessit, ut cum fortissimorũ regum bellica uirtus antiquitate exoleuerit, eius famã gloriæ quæstu opulentissimã tenacissima
B posteritatis agnitio cõprehenderit. Interea Sueno Estrithæ filius expectato apud Angliã Kanuto, quo plenius incolis ausum defectionis excuteret, militiã præsidijs sparsit, ne libera monimentorũ occupatione suspectas Anglorũ uires armaret. Vt autẽ Noruagiensibus mortis Kanuti nuncius adfuit, continuò pudore externi obsequij Danicũ derectantes imperiũ, ad Olaui filium Magnũ, cui bonitas sua cognomini erat, deficiũt, eiq; regnũ imponũt. Quippe spectata patris sanctitas populariũ ei fauorẽ cõciliauerat. Neq; enim parenti gratiã impendisse cõtenti, in filiũ quoq; fauorẽ extenderãt. Interea Kanutus haud leuius Noruagicæ perfidiæ q; paterni fati rumore perculsus, uereri cœpit, ne si finitimorũ bello intenderet, ex dilatione rerũ Anglia per absentiã careret, ideoq; minoris regni defectionem tolerare, q; maiori cõsimilis ausus locum tribuere, consultius duxit, leuiori malo solã grauioris formidinẽ præponderare iudicãs. Itaq; dissimulata iniuriarũ offensa cõditione defectorẽ aggreditur, iureiurando pactus, eius qui prior decederet, superstiti regnum esse cessurũ, ne priscam regnandi consuetudinẽ noua regnorũ partitio laceraret, rerũq; quondã iunctarũ diuiduã efficeret summã. Adeò enim Daniã Noruagiãq; unius esse regiminis affectabat, ut alterã alteri subijci q; utrãq; separatim regnũ gerere præoptaret, patriæq; exteros imperitare, q; patriã sine exteris imperiũ gerere mallet. Quę nimirũ cõditio eo stoliditati propior, quo fortunæ subiectior, alterutri aut splendidũ imperiũ, aut sordidã paritura fuerat seruitutẽ. In hanc pacti fidẽ utraq; pars sacramento cõuenit. Deinde Angliã profectus cum cuncta Suenonis industria pace plenissima cõperisset, Eduardũ fratrẽ quẽ eiusdẽ nominis pater ex Immę matrimonio sustulit, in regni societatẽ adciscit, nõ quod fraterno illũ affectu coleret, sed ut eius ambitionẽ munificẽtia ac liberalitate præcurreret, regniq; parte potitũ, totum cupere prohiberet. Itaq; nõ tam ueneratione charũ q; populariũ ambitiõe, paterniq; generis autoritate suspectũ, cõsortem imperij facit. Verũ Eduardo humilior origine animus fuit, siquidẽ obtusi

admodũ cordis obſcuriorem indolis experientiã præbuit. Kanutus cum biennio regnaſſet defungit̃. Cuius Sueno propinquitate fiſus, relictis apud Angliã præſidijs, Daniam nauigatione cõtendit, retinendæ inſulæ ſpem non ſolum in Godouini filijs, quibus ſanguine admodũ coniunctus fuerat, reponens, ſed etiam ex ipſa cõſortis ſui ſtoliditate deſidiaq; præſumens. Quod audiens Magnus, Daniã perinde ac ſibi mutuę pactionis lege debitã, ipſiusq; Kanuti teſtamento legatã, æquis populariũ animis occupat, Suenoniq; cognationis ratione ęquenti, priſtinã fœderis conditionẽ opponit. Nec dubitauit alieniſſimũ ſibi, ſanguini ſuo regnũ legati titulo poſtulare. Sed & Dani pacti cui ſe ſacramento obligauerant ratione permoti, cõſtantius religionis quàm familiaritatis fidem præſtandã putabãt, ideoq; facta cõpetitorũ æſtimatione, alienũ domeſtico prætulerunt, curioſius fœderis pignus quàm debitã regno proſapiã intuentes, fideiq; ſuæ & patriæ reſpectui propiores. Igitur alienigenę partes religioſo fauore cõplexi, præteritã Kanuti familiã regum ſuorũ ſanguinẽ repulſæ deformitate cõfundere, quàm iuriſiurandi uinculũ perrumpere maluerũt, ſuffragiorũ iura non adulationis, ſed fidei intuitu põderantes, ſeq; plus religioni & regno debere confeſſi. Adeò promiſſionẽ ſuam ſequeſtram periurij fieri noluerũt. Quanti igitur roboris fuiſſe tunc inter ciues iuſtitiã credimus, cum inter diuerſæ nationis uiros tantũ uirium poſſediſſe cernamus? Et utinam adultæ iam religioni ea apud noſtros uis, autoritasq; conſtaret, quã inter antiquos tenera atq; eneruis habuerat. Contrà Sueno ſubiectã ſtoliditati cõditionẽ reputans, temerariũ cõſobrini pactũ nequicq; reſcindere cupiebat, perquã ſtultũ argumentãdo, quibus antè imperitaſſent obſequi, inq; unius iuramẽti imprudentia cõmunem deponere libertatẽ, atq; ex fulgenti imperio repente in humilimã cõcedere ſeruitutẽ. Sed religioſa populariũ ſententia ſuperabat, quorum arbitrio pacti non ſanguinis habitus æſtimabatur. Verũ ut Magni uotis Danica fides reſpondit, ita Suenonis crudelitatem Anglica perfidia circumuentã oppreſſit. Nam poſt eius ab Anglia profectionem, Godouini filius Haraldus ſpe improba totius Angliæ regnũ cõplexus, participato cum incolis cõſilio, Danicũ ut erat per præſidia diſtributus exercitũ compluribus ſeparatim uicis uno eodemq; tempore magnifico conuiuiorũ apparatu per obſequij ſimulationẽ excipi iuſſit, meroq; ac ſomno ſopitũ noctu per inſidias trucidandũ curauit. Ea nox paruulo temporis momento uetuſtã Danorũ dominationẽ, diuq; maiorũ uirtute elaboratũ finiuit imperium. Sed neq; id poſtera noſtris fortuna reſtituit. Ita Anglia dominandi ius ignauia perditũ ſcelere recuperauit. Igitur Haraldus Danicæ oppreſſionis, ſimulq; domeſticæ libertatis autor, Eduardo ſummã, facta non animi eius, ſed ſanguinis æſtimatione, permittit, quatenus ille nominis, ipſe rerũ uſurpatione regnaret, & quô nobilitate peruenire non poſſet, potentia uallatus aſſurgeret. Eduardus uero ſola generis autoritate, nõ prudẽtiæ ratione munitus, uano maieſtatis obtentu prauorũ ingenia, maiorũq; petulantiã nutriebat, titulo rex patrię, cõditione miſerabilis, procerũ uerna, cõtentus quod alij fructũ, ipſe umbrã tantũ ac ſpeciẽ occupaſſet. Ita Anglorũ inter ſe ſummã, nomen atq; potentiã diuiſerunt, titulíq; ius ac rerũ dominiũ ueluti diuerſis ab inuicẽ gradibus differebant. Sed nec Haraldus alienũ ſpecie regnum geſſiſſe contentus, propriam claritatis imaginem affectabat. Igitur Eduardo ipſum quoq; nuncupationis decus inuidit, omniaq; regni inſignia in ſe ipſum transferre conatus, cupiditati aditũ ſcelere petiuit, occiſoq; rege, tituli qui ſolus ſibi deeſſe uidebatur, gloriam occupauit. Interea Sueno tametſi rara fautorum ope ſubnixus, belli cum Magno fortunam experiri decreuit, cumq; paucis & incompoſitis aduerſus multitudinem manum conſerere cunctatus nõ eſt. Igitur in Iutia prius maritima, deinde equeſtri pugna ſiniſtris congreſſus auſpicijs, utraq; uictus conceſſit in Fioniam, nec armis maior quàm agmine fuit. Cumq; ſe omni

A se omni auxilio desertũ, nec hostiũ tantũ, sed etiam suorũ cõtemptu perfusum uideret, Sialandiã, Scaniãq; prætergressus, Suetiã maternę necessitudinis fiducia petere cogitabat. Quem Magno terra mariq; pertinacius insequẽte, in lutiam se repente Sclauicus effudit exercitus. Quorũ irruptio dubiũ uictori effecit, fugacem ne hostẽ pellere, an imminentẽ excipere debuisset. Quidã enim gentis illius nobilissimus, duodecim filijs maritimis prędonibus apud Daniã spoliatus, lutorũ fines ferro orbitatẽ ulturus inuasit. Quamobrẽ Magnus perseuerantissimis populariũ precibus cõmittendi prælij autorẽ agere postulatus, omisso æmulo à domestico hoste in externũ arma cõuertit, & quasi priuatę affectionis oblitus publicã induit, ne suas q; regni partes curiosius egisse uideret. Nec dubitauit alienigeni sanguinis dux summa adhuc fluctuante in seipsum dubię potestatis transferre periculũ. Nocte uero quã belli dies insecutus est, quietẽ eius certę prędictionis species adũbrauit. Quippe somnũ capienti imago cuiusdã obuersata prędixit, hoste eũ superiorẽ futurũ, inq; aquilæ nece uictoriæ fidẽ auspiciaq; sumpturũ. Expergefactus rex uisionis ordinẽ die postera magna cum omniũ admiratiõe uulgauit. Sed & somno omen cõsentaneũ fuit. Progresso nanq; exercitu aquilã quę in quiete demonstrata fuerat, cõminus cõsidere conspectã, pernici equo aduolans hasta petiuit, fugamq; alitis ueloci iaculo præcucurrit. Itaq; nouitate rei ad spem uictoriæ spectatores erexit. Arripuit igitur omen exercitus, atq; fortuito aquilæ occasu certissimã hostiũ ruinã interpretatus est. Cuncti quippe euentũ somnio cõgruisse cernentes, perinde atq; securi rerũ in fortunã suam acceptę rei præsagiũ referunt, & quasi indubitatã uincendi sortem, pari mentiũ alacritate præsumunt, quos eò audaciæ ipsa auspicij religio prouehebat, ut iam sibi uictoriam ante oculos præponentes, absq; respectu periculorũ certatim in prœliũ prosilirẽt. Quibus primã pugnandi
B occasionẽ corripiẽtibus, eodẽq; euentu quo omine dimicãtibus, cędunt fundítus Sclaui, uictor Magnus felici pugna popularibus percharus euasit, eorumq; propensiore subsidio roboratus, ad prosequendũ regni æmulũ redit, eo quidẽ instantius, quod rerũ successus quo plus sibi gratię peperit, hoc magis Suenonis fauorẽ abstulerat, auersoq; uulgi animo magnopere residuũ eius debilitauit auxiliũ, nec solũ cõtrahendarũ uiriũ spẽ sustulit, sed etiã cõtractas excussit. Quinetiã Guthscalcus Sclauicus inter cæteros qui infelicis eius militiæ stipẽdia deseruerãt, diu se sub alienis auspicijs rem infeliciter gessisse cõsiderãs, cũ domino nihil spei relictũ animaduerteret, militẽ exuens defectorẽ agere nõ erubuit, suãq; experiri fortunã q; alienã sequi tutius duxit, ut cũ regẽ meliora speraturũ diffideret, paternę saltẽ neci ultionẽ nõ negaret. Cõsilio respondit euentus, siquidẽ gestis uarie bellis Sclauiã suę ditionis effecit, utq; externis rebus infractus, ita domesticis inuictus apparuit. Nec quæsitæ dominationis felicitate cõtentus, Saxoniã postmodũ parentis necẽ ultus obtriuit, paruæ glorię regnũ, aut diuitias reputãs, si nõ ultionẽ opibus adiecisset. Adeò aũt Magnus ob uindictã finiũ suis charus haberi cęptus est, ut omniũ consensu boni cognomine censeretur, quodq; aliorũ moribus tribui assolet, fortunæ laudibus impetraret. Sueno uero desperatis iam rebus in Scaniam, ut diximus, profectus, Suetiã (nam paternũ inde genus traxerat) reuisere proponebat. Quem Magnus concitato animi impetu subsecutus, cum oppidũ Alexthathiam præteriret, deturbato per occursum leporis equo, trunco cuius pręacuti forte stipites eminebant adactus extinguit: corpus eius Noruagiã relatũ Throndemi in regiorũ monumentorũ area sepulturã possedit. Ita Suenoni angustissimis fortunę casibus implicato, omniq; mortaliũ ope defecto, prędiuiũ supernę pietatis affulsit, regnũq; quo illum fortunæ iniquitas spoliauit, eiusdem beneficium reddidit.

HISTORIAE DANICAE LIBRI DECIMI FINIS.

C



POST HAEC Daniæ ſtatus uariſs rerum caſibus fluctuatus eſt. Quippe Sueno ſummam ſucceſſu magis quàm uiribus capit. Sed neq; ad reſtituendã Danici nominis fortunam quicq; eius ſuſceptione profecit. Nam adeò nec fauore felix, nec imperio efficax fuit, ut ſubiectorũ animos ueteris offenſæ acerbitatem redolentes, ad ſyncerum ſui cultum adduceret, aut ira abſtractos ad placidiorẽ mentis habitum inclinaret. Tanta ſiquidem mole in Danorũ præcordijs prioris odij reliquiæ cõſederunt, ut priuatos motus reipublicæ uſibus anteferrent, honoremq; patriæ ſua deperire ſocordia, q; ſuſcepti ducis auſpicijs reſtitui præoptarent. Neq; enim facile propagata odiorũ ſementis ſtirpitus interit, quippe ut gratiæ in odiũ deflexus facilis, ita odij ad gratiam difficilis eſſe tranſitus conſueuit, raroq; animus quem ſemel grauiter faſtidiuit, ſynceræ fidei ſtipendijs excolit, aut cum quo uehementes primum inimicitias geſſit, affectuoſe poſtmodũ in gratiam redit. Cuius impotentiæ uis à ſimultatis ardore profecta, arcanisq; æmulationis flammis alita, non ſolum gerendarũ prærarum ſpem ſuſtulit, ſed etiam magnifice geſtarũ gloriam corrupit. Verum earum, ut nouæ maieſtatis conceptũ, ita prioris fideliter cultæ indiciũ ædidit, ſimulq; recentis iniuriæ crimen & priſtinæ fidei perfectionem exhibuit. Principio regni Suenonis Roskildenſium ſacrorũ antiſtes Anachus moritur. Sufficitur Vuilhelmus, quo Kanutus maior & ſcriba & ſacerdote uſus fuerat, genere quidem Anglus, ſed omnium uirtutũ partibus ac numeris abunde inſtructus, idemq; pontificalium ſacrorũ apprime peritus. Ad cuius uſq; tempora Scaniæ genti religionis

D

priuilegio Roskildenſis præſidebat autoritas. Ab eo uiro diuiduum eſſe ſacerdotium cœpit. Cuius Scania ueluti alteram partem adepta, protinus inter cõiuncta admodum oppida nouam muneris potentiam partita eſt. Nam Lundia Dalbiaq; protinus ſuſceptũ inter ſe ſacrorum diuiſere primatũ, geminaq; eiuſdem dignitatis uſurpatione certarunt. Nam alteri Henricus, Eginus alteri ſacerdos acceſſit.

Præſul bibulus

Verum Henrico ob immoderatũ potionis uſum abſumpto, põtificatus eius uerſum ius, omniaq; honoris inſignia ad Eginum Lundenſiũ præſulem cõceſſerunt, ac ueluti in unum corpus utraq; ſacerdotij ſumma confluxit, quanq; meritò in ebrioſi antiſtitis fato ſobrius ciuium honos expirare non debuit. Sed in gregis perniciem ſordida paſtoris intemperantia redundauit, innoxiaq; ciuitas potifícis temulentiã deponendi ſacerdotij cauſam habuit. Ita alterum inimica bibendi cupiditas abſtulit, alterum ſalutaris cõtinentiæ diſciplina prouexit. Indignũ populari nedum pontifice exceſſum, cuius plenã ignominiæ ſortem omnis æui deriſus pleno cauillationis ludibrio proſequitur. Ita bibulus præſul candorẽ ſacerdotij turpiſſimis gulæ maculis obſoletũ, quem uiuendo corruperat, moriendo conſumpſit, humaniq; calicis cupido hauſtu diuini uſum amittere meruit. Cumq; ordini gloriã deberet, notam intulit, pro uirtutis conciliatore probri autor effectus. Nec immeritò, qui alijs continentiæ & frugalitatis ſpecimen exhibere debuerat, tam indecenti fato uiolatæ ſobrietatis pœnas pendebat. Huius memoria Danicis annalibus non paruę eſt uerecundiæ, quoniam perridicula morte cõſumptus, priuatum opprobriũ publico robore perfudit. Hoc loci ſplendida Haraldi memoria

Haraldus frater ſancti Olaui ad beſtias damnatus.

tempeſtiuã ſui exhibet mentionẽ. Qui quum fratre caſſus, ſalutem ſuam intra patriam tueri non poſſet, fugam Byzantio credidit. A cuius rege homicidij crimine damnatus, domeſtico draconi lacerandus obiectari præcipit. Nihil enim eius moreſu ad necandos reos ualentius ducebatur. Cui in carcerẽ eunti ingenuæ fidei ſeruus

A uus ultro ſeſe damnationis comitem obtulit. Exuit uernam ut ſocium ageret, mortemq; excipere quàm domino deeſſe maluit. Vtrunq; is qui cuſtodiæ præerat cuſtrioſius obſeruatum, per os antri inermem excuſſumq; demiſit. Itaq; nudato miniſtro, Haraldum uerecundię gratia lintheo tantũ diſcinctum excepit. A quo clàm armilla donatus, piſciculis pauimentũ inſtrauit, ut haberet draco in quo primæ famis procurſum effunderet, reorũq; carceralibus tenebris obfuſi oculi uel paruulam perſpiciendi copiam ipſo ſquamarũ nitore capeſſerent. Tunc Haraldus lecta cadauerũ oſſa anguſtijs telæ cõſertioris implicuit, hiſdemq; in unum globum coactis ueluti clauam effecit. Cumq; allapſus draco in obiectã perquam auide prædã irrueret, dorſum eius ueloci ſaltu cõſcendens, cultellũ tonſoriũ, quem ſecum forte tectum attulerat, umbilico qui ſolus ferro patebat, immerſit. Sectionẽ enim rigidiſſimis ſquamis obſitus ſerpens cætera corporis parte ſpernebat. Hunc cultellũ Vualdemarus rex res geſtas cognoſcẽdi ac referendi cupidiſſimus, rubigine exeſum, uixq; ſecandi ſufficientẽ miniſterio, familiaribus ſępe monſtrabat. Sed ne q; Haraldus ob ſeſſionis eminentiam ingenti belluę ore corripi, dentium ue acumine noceri, aut caudæ uoluminibus elidi poterat. Miniſter uero cõpacto geſtamine uſus, cõuerberatũ belluæ caput ad ſanguinẽ & necẽ uſq; crebris ictum pondere tundebat. Quo cognito rex ultione in animi rationem uerſa, fortitudini ſupplíciũ remiſit, ſalutemq; animoſitati tribuendã putauit. Nec pœnam remiſiſſe cõtentus, addidit charitatẽ. Nauigio em̃ ſtipendioq; donatos abire permiſit. Cũq; crimini ſupplíciũ deberet, fortitudini pepercit, uirtutemq; colere q; culpam punire maluit. Reuerſus Haraldus Noruagiã occupat, eaq; potitus, arma in Daniam transfert. Igitur Sueno cõtractis lutis cupidius q; cõſideratius apud Dyurſam fluuium totam Noruagienſiũ manũ aggreſſus, ut claſſe, ita bello quoq; inferior fuit,
B copiarum numero reſpondente fortuna. Siquidẽ tam infeliciter q; temere dimicauit. Maxima lutorũ pars ferri metu flumen inſiluit, præreptoq; hoſtis officio, ſua ui quàm aliena cõſumi tutius duxit. Itaq; quod ab hoſte timebat, ſibi ipſa cõciuit, inq; gemino fati delectu unda, quàm armis perire maluit. Igitur dum alterũ mortis genus timide declinauit, alterum cupide cõprehendit, dumq; aduerſariũ refugit, hoſtilem in ſe ipſa crudelitatẽ exercuit, tanquam ſpiritũ placidius aquis quàm aëri redditura, ac uiolentiorẽ exitum ferro, quàm fluctibus expertura: ita neſcias uiriliter mortẽ, an effœminate petiuerint, incertũq; utrum fati cupidis ignauia, an uirtus inceſſerit, quoniã tam uehemẽs animi æſtus fortes ne an timidi ſpiritus ſui raptores extiterint, ambiguę exiſtimatiõis eſſe fecit. Breui poſt dux uicti agminis Sueno Scaniæ, Sialandiæq;, ac præterea quarundã inſularum uiribus recreatus, Viſzan fluuium claſſe corripit, eademq; ſuperuenienti Haraldo obuiã in altum procedit. Cumq; Dani paucitatẽ ſuam hoſtilis frequentiæ cõparatiõe penſaſſent, raritati cõſertione ſuccurrendũ rati, digeſta in ordinẽ nauigia tenaculis ſociare cœperunt, quatenus cõtinenti nexu cohærens claſſis expeditius opi inuicẽ ferendæ iter ſterneret, cunctiſq; hac neceſſitate duratis, tam fugæ quàm uictoriæ indiſſolubilis cõmunio foret, nec cuiquã à tanta collegij firmitate dilabẽdi fas eſſet: adeò imbecillitatẽ neceſſitate roborandã duxerunt. Hic nobis Aſlace Skyalmonis candidi remex ob immenſam bellicæ uirtutis gloriã literarũ præconijs inculcandus occurris. Danis ſiquidẽ aduerſum Noruagienſes maritimo certamine decernentibus, non cõtentus clariſſimam pugnã intra propriũ ædidiſſe nauigiũ, omnibus corporis tui munimẽtis præter ſcutum abiectis, confertiſſimã hoſtiũ ratem inſilui ſti, quercuq; quam in gubernaculi prius colligamentũ excideras, uiribus fretus hoſtium corpora cõuerberaſti, eiusq; crebris & uegetis ictibus quicquid obuium fuerat obtriuiſti, ingentiq; uerberum fragore ſtupentes præliantiũ animos à proprijs periculis ad tuæ uirtutis ſpectaculũ deflexiſti. Quinetiã fortiſſimos utriuſq;

C agminis bellatores, operis tui admiratione ſuſcepti certaminis immemores reddi
diſti, pugnæq; ac periculorum oblitis auidius te intuendi, q; ſeipſos tuendi ſtudi-
um inculſiſti, ita ut promptiſſimi quiq; neglecto diſcriminis ſui negocio, plus te ui
ſo ſtuporis, q; ex dubia ſalute formidinis caperent. Itaq; fortius fuſte, quàm cæteri
ferro, rem geſſiſti, cunctaq; intolerabili modo comminuens, hinc Danicis, inde
Noruagicis oculis incredibilem niſi ſpectareris operam ædidiſti. Adeò autem ſo
ciorum paucitatem hoſtium multitudini coæquaſti, ut diſparem uiribus pugnam
in noctem uſq; par belli ſucceſſus extraheret, numeroq; diſſimiles copias fortuna
perſimiles reddidiſti. Poſtremo quum omnem nauis remigem partim fuſte, par-
tim fluctibus obruiſſes, cõpluribus ſed leuibus plagis perſtrictus, ex tot hoſtibus
admirabilem ſolus uictoriam retuliſti. Quæ res ueri fidem excederet, ſi non Ab-
ſolon autor ſuis eam relatibus tradidiſſet. Verum Danis nullam uirium acceſſio-
nem circumſpicientibus, Noruagienſibus inſperatus domeſtici ducis aduentus
affulſit. Quo uiſo Scanienſes contuſis debilitatisq; animis noctu, ne res ſtrepitu
proderetur, claſſis ſocietatem ſoluere, reciſisq; uinculis, ac perrupta nexuũ con-
ſortione, à cætero agmine intempeſta ſe nocte ſubducunt. Deinde tacitis remo-
rum ictibus fugã adepti, furtiuo diſceſſu fluminis diuerticula quibus exceſſerant,
repetebant, ibiq; relictis nauibus paſſim per auia profugere, meritò omnis Dani-
cæ ætatis conuicio lacerandi. Cuius fugæ deformitas autoribus q; maxime erube-
ſcenda, ad poſteros quoq; probroſa deſcendit. Luce redita Sueno fugitiuæ admo
dum claſſis pudore perculſus, pertinaciſſima reſiſtendi uirtute fortunam ſuam ar
mis, q; fugæ credere maluit. Igitur quanquam & claſſis, & militum numero infe
riorẽ ſe cerneret, exiguas bello reliquias applicat, uirtute ſua ſociale probrũ ab-
luere cupiens, bellaq; animorum q; numeri robore fortius geri iudicans. Sed pe-
D ſtiferum temere initi certaminis exitum expertus eſt, quippe numero uictoria pa
ruit. Skyalmo Candidus, cuius nutu ſuo tempore totius Sialandiæ uires regeban
tur, grauiter aſtrictus, immenſaq; hoſtium multitudine concluſus, capitur, non
quod timide præliatus, ſed quia labente ſanguine uiribus prorſus uacuus extitit,
tantumq; eius apud uictores amplitudini donatum eſt, ut aliàs captiuis parcere
inſoliti, ſaluti ipſius cuſtodiæ præſidium adhiberent. Quippe tam conſpicuæ di-
gnitatis uirum ferro aggredi paſſi non ſunt. Neq; enim præſens illi fortuna præte
ritæ ueneratione adimere ualuit. Sad hanc cuſtodiæ uim apud Caprinum lacum
profunda nocte decepit. Cæterum Haraldus non contentus Danorũ uires dua-
bus exhauſiſſe uictorijs, ijſdem hoſtili ſtudio frequentius imminebat. Cuius quũ
Sueno inſtanter motibus urgeretur, laceſſitæ patriæ defenſionem maiore fiducia,
quàm fortuna parabat. Tertio tamen bina prius clade afflictus, fortunam ſuam
publicis armis committere uerebatur, qui iam rem Danicam duarum pugnarum
temerarijs ingreſſibus à ſe confractam uidebat. Interea minores Godouini filij re
gni æmulatione maiorem peroſi, uoluntario ſeceſſu inuiſam eius dominationem
uitarunt, ultroq; exilij tenebras ferre, quàm fraternæ intra patriam fortunæ ſplen
dorem conſpicere maluerunt. Ad ultimum Haraldũ Noruagiæ regem obſequij
promiſſione cõueniunt, ſuam patriæq; ſubiectionẽ pollicíti, ſi ſumma per eum po
tiri quiuiſſent. Rapuit oblationẽ exulum auida dominationis ambitio, Angliæq;
littoribus Noruagica claſſis aduehit. Eodem fortè tempore Normanorũ dux pari
impetu diuerſum inſulæ latus aggreditur. Cuius rex Haraldus inter geminas ho
ſtium partes anceps quã priorem exciperet, aliquandiu liberũ utriq; procurſum
reliquit. Quam ipſius cunctationẽ Noruagienſes timori conſentaneã rati, negle-
ctis corporum munimentis, perinde ac ſecuri periculorũ ualidius prædæ incu-
buerũt. Sed dum incautius ruunt ſparſi palantesq;, ab Anglis nullo negocio tru-
cidati ſunt. Ea res uictoribus maxima quæq; audendi fiduciam miniſtrauit. Sed

mox

A mox temere credente audacia Normanos adorti, infelici pugna recentis uictoriæ titulum perdiderunt. Neq; ullum uicti regis ueſtigium extitiſſet, niſi poſtmodũ ab agreſtibus obſcuro ſolitudinis loco repertus proderetur. Cuius filij duo confeſtim in Daniã cum ſorore migrarunt. Quos Sueno paterni eorum meriti oblitus, conſanguineæ pietatis more excepit, puellamq; Rutenorum regi Vualdemaro, qui & ipſe Iarizlauus à ſuis eſt appellatus, nuptum dedit. Eidem poſtmodũ noſtri temporis dux ut ſanguinis, ita et nominis hęres ex filia nepos obuenit. Itaq; hinc Britannicus, inde Eous ſanguis in ſalutarẽ noſtri principis ortum cõfluens, cõmunem ſtirpem duarum gentium ornamentum effecit. Extincto Haraldo, cui ſcelera mali cognomen adiecerant, Suenonis regnum quod antè admodum claudicauerat, perinde atq; acerrimo hoſte uacuum, proſperioris fortunę gradibus incedebat, oppreſſumq; Daniæ gubernaculum plena proſperitatis uela ſoluebant. Hic quum liberalitate illuſtris, beneficentia celeber, cunctisq; humanitatis partibus perfectiſſimus haberetur, etiam ſacrarũ ædium condendarũ, ornandarumq; curam intentiſſime ædidit, rudemq; adhuc ſacrorum patriam ad cultiorem religionis uſum perduxit. Verum hunc morum candorem ſola libidinis intemperantia maculabat. Complurium nanq; illuſtrium puellarum caſtitate delibata, ut nullum ex matrimonio, ita cõplures ex pellicibus filios ſuſtulit: è quibus fuere cum Gormone Haraldus, cum Suenone Omundus. His acceſſere Vbbo & Olauus, Nicolaus, Biorno, atq; Benedictus, paterno quammaxime, materno minimũ ſanguini reſpondentes. Conſimilis copulæ obſcuritas Kanutum & Ericum maxima patriæ ornamenta progenuit. Sed & filia Siritha quæ poſtmodum Guthſtalco Sclauico cõiunx acceſſit, in ſequentibus referenda, pellice pariter orta proditur.

B Tandem rex animum ſuum ab illecebris luxuriæ & immoderato Veneris uſu retractum, genialis tori caſtitate cohibere conſtituit. Vt ergo multorum pellicatuũ experientiã licenti nuptiarũ uſu, uniuſq; matrimonij lege redimeret, nec talibus ulterius cubiculis maieſtatis ſuæ uigorem abſumeret, Gutham Suetico rege genitam ſanguine cõiunctam ſibi legitimæ prolis cupiditate complexus, ſimulata coniugij religione collegit, eiusq; coitum pro matrimonio habuit: ita ut dum ad coniugalia ſacra celebranda animũ induxit, eorum nomine flagitiũ colorauit: dumq; ab uno ſe crimine retrahit, in aliud repente prouoluit. Sed tolerabilius quod alieni ſanguinis, quàm quod ſuæ propinquitatis copulam uſurpauit, quanquã utercq; huiuſce Veneris uſus impudicitiæ crimini obnoxius ſit. Quam rem Egynus & Vuilhelmus intactam præterire paſſi non ſunt: quippe regem à tam illicito thalamo fruſtra conantes abſtrahere, monitisq; dirimendi cõtractus perſeueranter aggreſſi, aduerſum inceſtuoſam eius libidinem debitæ reprehenſionis amaritudinẽ deſtrinxerunt. Cumq; correptioni inſiſtentes nihil ſe ea profeciſſe cognoſcerent, apud Bremenſium antiſtitem iniuſtas eius nuptias accuſantes, maiori pontificio caſtigationis arbitrium reliquerũt. A quo cum rex per ſacram ac ſalutarem admonitionẽ inceſti reus ageretur, diſciplinæ minas oppoſuit, ſeq; ferro correptiõis inſolentiam repreſſurũ edixit. Itaq; uexationis impatiens, plus crudelitati ſuæ q̃ ſacroſancti iuris uiribus indulgendũ putauit, religionisq; q̃ nuptę deſertor eſſe maluit. Quæ res ab Hamburgenſibus maritimi periculi metu ad Bremenſes pontificium tranſtulit. Hęc uoluentem Vuilhelmus propoſitum exequi monitis ſuis paſſus non eſt. Sanctitate enim conſilij conſentaneũ furori impetum ab eius pectore ſubmouit, maximaq; doctrinæ ſuæ perſeuerantia ſtudium eius à ſententia reuocauit. Itaq; repente ſanior affectus regis animũ occupauit. Saluberrimo nanq; præceptoris imperio reſipiſcere coactus, continuò iniuſti cõcubitus nexũ reſcidit, depoſitoq; ſtuproſæ mentis ardore, nuptã repudio ſubmouit. Nec ſolũ ira abſtinuit, ſed etiam ab illicita cõnubij uſurpatione mentẽ retraxit. Gyutha quoq; paternos

C penates repetens, ſuſceptis uiduitatis inſignibus cum ſumma morum ſynceritate conſenuit, caſtitatemq; uotis profeſſa, uirilis cõcubitus experientiã abdicauit. Et quia iniuſto ſe toro maculauerat, nullum ulterius ſibi iuri eſſe permiſit. Sanctitatis ſiquidem amplexa propoſitum, reliquum uitæ tempus cœlebs exegit, ingentiq; pudicitiæ ſeueritate illiciti cõcubitus noxam licentis euitatione penſauit. Sed nec inerti ocio effluere paſſa, quotidiana cõſuetudine exquiſita ſacrariorũ ornamenta fingebat, inq; eandem operam continuam ancillularũ curam cogebat. Inter quæ chlamydem ſacerdotalem ſubtilibus ſigillis excultam, precioſæq; materiæ impenſa ac mirifici operis arte elaboratam, Roskildenſi ſacrario doni nomine largita eſt. Alia quoq; complura diuini cultus inſignia ſacrorum uſibus operata eſt. Sueno uero ſacrorum adminiſtratores quammaxime cõuerſatione probabiles contrahebat, in quibus quanquã ſcientiam ueneraretur, morum tamen curioſius habitum intuebatur, indignum ratus literarũ ſuauitati ſummũ familiaritatis conſortium tribui. Adeò igitur honeſtatis ſcholam literarum rudimentis præponderare credebat, ut in agendo clericorũ delectu uirtutis potius, quàm ſcientiæ elementa penſaret, lateraq; ſua fidis quàm doctis obſequijs uallare mallet. Suenonẽ quoq; Noruagicæ regionis uirum cunctis uirtutis partibus ac numeris inſtructiſſimũ, ſed parum iuſta notitia literarum monimenta complexũ, in ius familiaritatis adciuerat. Hic ex præfectura ad ſacerdotium tranſlatus, tametſi Latinæ uocis penuria premeretur, domeſtici ſermonis opibus abundabat. Quem cęteri ingenijs ſuis ob uirtutem qua ipſis præſtabat à rege præferri uidentes, perridicula imperitiæ exprobratione ſcurriliter cauillandũ duxerunt. Rem enim diuinam acturo, deriſus gratia affectum litura codicem ſubiecerunt. Qui quum ſalutem regi uotis libello expreſſis ſolenni uerborum precatione debuiſſet expoſcere, ipſum famuli nomine

D deſignaturus, uitiata ab æmulis pagina, muli appellatione fœdauit. Neq; enim lituræ errorem correctionis beneficio redimere nouerat. Igitur circunſtantes lectoris imperitiam iocabundo cachinnorũ anhelitu proſecuti, immodico ora riſu ſoluerunt: ipſo quoq; ioci irritamento religio in ludibrium abijt. Finita actione rex amotum aræ libellum complexus, cum & ipſum inuida manu corruptũ & recentis lituræ ueſtigia cauſam inerter fuſæ precationis aſpiceret, inuidæ ſocietatis animos deteſtatus, inſultantiũ fraudem coarguit, ipſoſq; obtrectatione uitioſiores, q; Suenonem inſcitia comprobabat. Eundem quoq; breui irriſoribus ſuis imperitiã exprobraturũ adiecit. Deinde ſcholam eum petere hortatus, ſumptum ſe adminiſtraturum promittit. Neq; hac re quicquã de conſueta eius familiaritate decerpſit, ne inuidiæ reſpondiſſe potius quàm obſtitiſſe uideretur. Profectus Sueno efficaciſſime liberaliũ artium ſtudijs operatus eſt. Quippe literarũ quibus parum inſeruierat documenta ſumere cupiens, percipiendæ earũ diſciplinæ gratia, omiſſa domeſtica, peregrinæ ſcholæ erudiendum ſe dedit, animumq; doctrinę capaciſſimũ excolens, Latino ſe ſermone aſſuefecit. Cuius ſtudijs abunde inſtructus, uocabulorũ uim ad ſumma quęq; Grãmaticę rationis elementa animi docilitate percepit, abſciſoq; ruſtici rigoris crimine, facundiã ſuam ingenij exercitatione politiorem effecit. Itaq; flagrãtiſſima diſcendi cupiditate clarũ ſcientiæ magiſteriũ retulit, breuiq; morarũ proceſſu quos imperitiæ deriſores habuit, ingenij admiratores inuenit. Primũ inter omnes Vuilhelmus apud regem familiaritatis locũ occupauerat, eiusq; gratiæ mutua animi uiciſſitudine reſpõdebat. Etenim ab ipſo cęteris impenſius cultus, charitatis dignationẽ ſingulari fide penſabat. Horũ fidei rex tanq; tutiſſimis obſequijs latera ſua cingenda cõmiſerat. Sed & ſequens caſus in antiſtite ſeueritatis pulcherrimũ, in rege certiſſimũ moderatiõis documentũ exhibuit. Ipſe nanq; ſacro circunciſiõis peruigilio ſolenni magnatũ cõuiuio feriatus, cũ quorundam principũ clandeſtina obtrectatiõe parũ honorate de ſe habitũ cõperiſſet ſermonem

A monem, occultam eorum perfidiam temulentiæ lasciuijs detectam existimans, iræ aculeis actus, misit qui ipsos maritimo tempore intra Trinitatis ædem oraturos cõ foderent, tanquã in sacris penetralibus aptissimus humanarũ cladium locus exi= steret. Itaq; actum erga cõuiuas facinus sacrilegio duplicauit, ipsumq; pietatis do= micilium crudelitatis officinam effecit, neq; loci, aut temporis, quo minus cupidi= tati indulgeret, respectũ habuit. Qua in re antistes, templi (ut par erat) uiolationẽ permotus, in primis dissimulanter excepit, neq; indignationẽ suam ulla ex parte stipatoribus patefecit, opportuno uindictã tempore prębiturus. Nam quum rem diuinã pontificali more peragere debuisset, non solum aduentantẽ regem occur= rendi ueneratione excipere supersedit, sed etiam sacrariũ subire cõnisum à primis eius liminibus absq; respectu familiaritatis sacerdotij insignibus ornatus, baculo quo utebatur excluſit, sacrorũ penatium aditu indignũ iudicans, quorum religio= nem non sine graui pacis rubore ciuili sanguine maculasset, suppressoq; dignita= tis nomine non regẽ eum, sed humani cruoris carnificẽ appellabat. Nec reum ob= iurgasse cõtentus, aculeum uirgę eius pectori infixit, armatũq; duritia animũ im= perati parricidij pœnitere perdocuit. Enimuero priuatæ societati publicę religio= nis uerecundiã prætulit, non ignarus alia esse familiaritatis officia, alia sacerdotij iura, quibus seruorum æque ac dominorũ, neq; ingenuorũ parcius, quàm ignobi lium flagitia uindicari par est. Cumq; abunde foret repulsam egisse, etiam execra tionem adiecit, nec dubitauit in præsentẽ damnationis quoq; proferre sententiã. Itaq; mirifica audacia dubium reliquit, fortius illum manu ne, an uoce pulsauerit, quẽ grauibus admodũ cõtumelijs proculcatũ prius linguæ, deinde dextræ repul sa mulctauit, inq; pectore quo uirtutẽ antè coluerat, uitium cõtudit. Neq; enim in tam euidenti scelere longum ultionis tempus expectandũ putauit, facilius originí B atq; incunabilis culpæ, quàm ulterioribus eius incremẽtis occurrendũ existimãs, ne mora alitũ crimen diuturnitatis tractu cõualescereț. Igitur ut regem impoten= tiæ & temeritatis incursus transuersum in facinus egit, ita antistitẽ ad exercendam uindictã profecta à religionis æmulatione seueritas concitauit. Enimuero fortiter uindicata religione, & debitã ordini suo fidem, & alienæ temeritati salutarẽ reddi= dit disciplinã. Ne enim solenniũ officiorum tutelam omittere uideretur, ueluti in= dulgentiæ oblitus, seueritatẽ exercuit, neq; sanctitatis inimico amicus existere aut assentatoris potius quàm pontificis partes præsentare sustinuit. Cæterum specie ritatis stipendia potius iusti rigoris, q̃ iniqui fauoris examine ponderabat. Qua= propter mansuetissimum ingenium suum deposita ad tempus clementia austeri= tati subiecit, meritoq; ad firmandam religionis disciplinã aliquid à crudelitate sibi paulisper mutuandum putauit. Quamobrem infesto militum concursu petitus, applicatos ceruici suo gladios animi firmitate contempsit, tantumq; se in despi= ciendis periculis gessit, quantũ egerat in prouocandis. Tanto animi robore præ= ditus, tamq; generosi spiritus abundantia instructus, diuinæ charitatis munimen= to superior humani timoris uiribus apparuit. Cuius rex inhibita nece, quum eum non temeraria offensa, sed publicæ seueritatis fiducia concitatum animaduerte= ret, conscientiæ rubore perfusus, scelerisq; quàm repulsæ pudore ægrior, conti= nuò regiam repetit, quietamq; frontem contumelioſe correptus exhibuit, nec ipsa quidẽ generosæ indignationis uerba inuitus audiuit. Deinde regia ueste de= posita obsoletam accepit, mœroremq; deformitate cultus, quàm splendore contu maciam testari maluit. Neq; enim tam tristi pontificis sententia perculsus, regalis magnificentiæ cultum gestare sustinuit. Sed abiectis regiæ maiestatis insignibus, insigne pœnitentiæ sagulum sumpsit. Quinetiam simul cum ueste potentiam ex= uit, atq; ex sacrilego tyranno fidus sacrorum uenerator euasit. Siquidem nudatis

Episcopi seuerì tas in regem.

C pedibus ad atrium regressus, in eius se aditu prostrauit, terramq; supplíciter oscu-
latus, dolorem qui ex contumelia acerrimus infligi solet, uerecundia ac modera-
tione compressit. Neq; enim continuò repulsæ uindicem egit, sed pudore ac pœ-
nitentia culpam cruenti imperij redemit. Exulasse huius animũ in nequitia, non
habitasse credimus: quẽ ut primo temeritas transuersum in facinus egit, ita post-
modum æquissima moderationis temperies rexit. Quanta enim mansuetudine pe
ctus eius instructum fuisse putemus, qui pontificem palàm seuerissimis sacerdotij
uiribus aduersum se usum, non solũ impunitate donaret, sed etiam humilima ue-
niæ petitione uenerari sustinuit, gratiamq; tam pudoris patrocinio, quàm pœni-
tentiæ beneficio meruit? Diuina siquidem obsequio, non uiribus propitianda no
uerat, ideoq; atrocitatem sceleris uerecunda mœroris acerbitate pensabat. Quin-
etiam paruulo pudoris irritamento magnopere confusus, excitatã ignominia uir
tutem rubori imperare coëgit, quantumq; uiolentiæ religioni crudeliter impe-
rando incusserat, tantũ uenerationis uehementer animo contusus exoluit. Sed
dum taliter se gerit, inusitatã sacerdotalis auxilij clementiam expertus est. Interea
antistes inchoamento psallendi facto, primaq; concentus parte ædita, quum græ
cæ precationi solennem rite gloriam subnectere debuisset, ex stipatoribus suppli
cem foribus regem adesse cognoscit. Igitur cessato cantu, cleroq; conticere iusso,
fores repetens, quum regem quid ita se gereret percontatus fuisset, atq; ille crimi-
nis confessione facta, religioni sese satisfacturum promittens, sacerdotalis subsidij
ueniam postulasset, continuò execratione remissa iacentem amplexus, absterlis la
chrymis, depositis q; doloris insignibus, & cultum & animum regium resumere
iussit, non licere inquiens priuatum mœrorem publicis interesse tripudijs. Neq;
enim eum humiliorem dignitate sua uultum gerentem, aut supplicem liminibus
D aduolutum intueri sustinuit, sed benignioribus uerbis recreatum, pristinam ue-
stem, qua maiestatem suam concinniorem efficeret, corpori reponere cultioreq;
progredi iubet: satis graues eum pœnas religioni dedisse ratus, qui se tam demis-
se agere, tamq; suppliciter prosternere sustinuisset. Deinde imperatis pœniten-
tiæ rebus, cantores quorũ frequentia solennitas agebatur, in occursum eius quo
ornatius reciperetur procedere iussit, statimq; uenerabiliter exceptum, cunctis
lætitia ouantibus, ad aram usq; perduxit. Ita prioris uiolentiæ speciem honesto co
mitatis genere temperauit, repulsæq; deformitatem specioso pensauit obsequio.
Nec minus in pœnitentia uenerationis, q; austeritatis in admisso reposuit. Quin-
etiam adhuc mœrenti solicitudinem detraxit, fiduciam adiecit, priuataq; tristitiæ
salebram publica gratulatione discussit. Itaq; quod in potentis uiri scelere pollu-
tum fuerat, religiosa seueritate expiatum est. Sed & populus maximo plausu tam
spectatam in rege uerecundiam comprobabat, plus pœnitentia pium, quàm im-
perio scelestum euasisse confessus. Peregerat iam pontifex seueri ac pij uindicis
partes, inq; eodem rigoris & clementiæ experimento se gessit, nec parcius uenią
quàm uindictam exhibuit. Quippe cuius contumaciam seuere repulit, indulgen
ter modestiam coluit, sicq; pietati iustitiam contemperauit, ut nec sperneret sup-
plicem, nec reciperet insolentẽ. Qua in re paterni affectus habitum plenissime re
præsentauit, quod parentis more correptionem blanditijs subsecutus, neque aut
elatum amplecti, aut demissum aspernari sustinuit. Post hæc omissa altaris sacra
repetens, summo patri regię expiationis gloriam succinit, eoq; serenius gaudium
subijt, quo tetrior luctus causa præcessit. Rex ipse biduum quiete peragens, ter-
tio demũ die regio cultu ornatus inter ipsa missæ sacra excelsam ædis partem con
scendit, silentioq; per præconem uenerabiliter acto, coram omnibus semet gra-
uissima accusatione perstrinxit, acerbũ religioni uulnus inflixisse confessus. De-
inde collaudata antistitis indulgentia, quod tanto crimini tam repente ignouerit,
seq;

A ſeq; iuſſu etſi non manu reum celerrime ſacrorum uſibus reſtituerit, pro tam cruenti imperij expiatione muneris loco Steffnicæ prouinciæ dimidium aris à ſe conferri publicat. Nec erubuit multorum auribus ſingularem flagitij ſui cõmittere notionem. Ea res inextricabilẽ regni, ſacerdotijq; concordiam operata eſt. Quippe rex non ſolum antiſtitem in eodem amicitiæ gradu habuit, ſed etiam maioribus dignitatis incrementis donauit, plus officijs eius ad gratiam, quàm contumeliijs ad iracundiam concitatus, quem nõ priuata ira, ſed publicæ religionis iniuria aduerſum ſe prouocatum uidebat. Hic enim mirificam illius ſeueritatem, ille ſanctiſſimam huius moderationem beneuolentiæ conſtantia proſequebatur. Sed & uterq; quotidianis uotis ne tantæ animorũ concordiæ diuiduum fati tempus intercederet, exoptabat. Itaq; ſummæ ueneration is officia certatim mutuis ſibi ſtudijs impendebant, adeoq; eximiam ſocietatis fidem honoris uiciſſitudine nutriebant, ut potius inter eos amicitiæ paritas, quàm ſuperioris ad inferiorem familiaritas cerneretur. Veniam nunc ad Kanutum Suenonis filium, qui propitiæ fortunæ beneficio ſummis naturæ dotibus cumulatus, magno cum indolis experimento ætatem animo præcucurrit. Quippe contracta iuuentute myoparonum piratica monſtra perdomuit, Sembicis atque Eſtonicis illuſtrem trophæis adoleſcentiam egit, nouisq; uirium gradibus paterni roboris fundamenta tranſcendit. Quæ uictoria futurum eius dominium ominata eſt. Pro amplificanda tuendaq; patria iuges excubias geſſit, rerumq; quarũ ob infirmam adhuc ætatem uix ſpectator eſſe potuit, autor haberi præſumpſit. Quinetiam iuuenile corpus continuo uſu ad bella impigre conficiẽda, armaq; uiriliter ſuſtinenda firmabat, famaq; eius bellica ui in tantum claritatis exceſſit, ut rediuiuum magni Kanuti ſpiritum fortunamq; ſimul cum nominis uideretur cõmunione ſortitus, adeò ut nullus
B eum paterni regni ſucceſſione potiturum ambigeret. Necq; enim uirtute iammaturus, honori intempeſtiuus uidebatur, Sed nec liberalitatis ſpecies eius adoleſcentiæ defuit, cuius fratrem Haraldũ natu maiorẽ obtuſi admodum cordis inter iuuentæ initia perpetuus inertiæ ſopor oppreſſum tenebat. Tandem Suenonem ultima penè ſenectute confectum, apud Suddathorp Iuticarum partium oppidum febri implicatũ aduerſa corporis ualetudo corripuit. Qui cum peſtifero humore graſſante fatalem cordi dolorẽ imminere cognoſceret, paruulas adhuc extremi ſpiritus reliquias trahens, à præſentibus ſe Roskildiæ ſepeliri petiuit. Nec miniſterij eorum promiſſo contentus, ſacramento fidem exegit. Siquidem loci illius religio regibus uetuſto more exculta, ut uiuis ſedem, ita fato functis ſepultu ram præſtare conſuerat. Iamq; regis corpus ab ijſdem amplo funere elatum Sialandiam uſq; peruenerat, cum primum Vuilhelmus in occurſum eius ueniendi mandata ſuſcepit. Nec moratus ad urbem curſu feſtinato contendit, inq; ipſa trinitatis æde accerſitis qui terram ad ſolidum foderent, prius regi, deinde ſibi tumulum extrui iubet. Quam uocem foſſoribus potius à mœrore, quàm induſtria profectam putantibus, extinctisq; non uiuis tumulo opus eſſe dicentibus, ſuũ antequam regis funus ab eis excipiendum aſſeruit, non ſe uoto fraudandũ inquiens, quo cum eo cõmori ſemper optaſſet. Eoſdem admiratione ſtupentes, imperiũ deliramento conſentaneũ exiſtimantes, ad obſequendũ pœnam, ni paruiſſent, comminatus adduxit. Ita adhuc experte morbi corpore, mortis certitudinẽ præſumebat. Deinde citato equo in occurſum exequiarũ contẽdens, cum ad nemus fortè Topshogicũ peruenìſſet, duabus mirę proceritatis arboribus ſecus iter cõſpectis utranq; pręcidi, inq; uſum lecti funebris aptari pręcepit. Illi ſibi regalis feretri conſtructionẽ præcipi rati, imperiũ exequũtur. Compactũ deinde uehiculũ præſtantibus robore equis imponũt. Cumq; pontifex ſyluam prętergreſſus regiũ in uicino funus adeſſe cognoſceret, aurigã conſiſtere iuſſit, ac protinus ueluti laxamẽti

Trops orr.

Vuilhelmi epiſcopi obitus mirabilis.

C gratia amiculũ quod habebat exuit, eiq; humi expanſo ſeipſum præcipitẽ ſuper-
iecit: deinde erectis ſuperne palmis, ſi quo rerum autori ſeruitio placuiſſet, uitam
à ſe finiri petiuit. Sanè abſq; ulla fati cunctatione amicũ morte inſequi, quàm uita
deſerere præoptauit. Hæc fatus, ueluti in domeſtico lectulo acquieſcẽs extingui-
tur. O immenſam concordiã, quæ ſuperſtite ſpiritu iucundior fuit. Quem famuli
longam admodum cubandi moram egiſſe mirati, cum nequicq; erigere iacentẽ
uellent, exanimem repererũt. Igitur recens omnibus inopinati funeris luctus ex-
oritur. Ipſe uero à ſuis feretro exceptus atq; ante regẽ elatus, ut fato poſterior, ita
funebri pompa prior extitit. Viris nanq; funebri Suenonis lecto humeros ſubiici
entibus, ipſe equis ſubuectus ueluti quidã exequiarũ eius auriga præceſſit. Prior
uero ſacrario allatus, ueram præſagij fidem retulit. Qua tam admirabili fati ſorte
potitus, ſe regis cultũ charitati, quàm fortunæ erogaſſe perdocuit. Exequijs im-
penſius actis, amborũ corpora coniunctis admodum tumulis occluduntur. Hæc
ſunt ueneranda amicitiæ ſtipendia, quæ cum è duobus eius conſortibus alter ex-
cidit, reliquo uitæ dulcedine faſtidita, mortis appetitũ ingenerãt. Poſt hæc Sueno
Noricus quem ſuprà ſignificaui, cõmunibus cleri ſuffragijs ſacerdotiũ ſumit.

Regiæ uero ſucceſſionis delectũ, anceps populariũ ſententia pertractabat. Ma-
ior nanq; Danorũ pars memor quantis per Kanutũ adhuc priuatæ fortunæ perí-
culis obiecta fuerit, grauiora ſi regnũ indueret uerita, maligna uirtutis interpres,
quod gloriæ eius accreſcere debuerat, iniquiſſima meritorũ æſtimatione damna-
bat, eleuatis uirtutũ præmijs clariſſima eius opera repulſæ turpitudine rependen
do. Igitur ut hunc negociorũ metu peroſa, ita Haraldum ocij cupiditate cõplexa,
audaciæ hebetudinẽ prætulit, ignauumq; ſibi regem maluit imperare quàm for-
tem. Quamobrem egregiæ indolis claritate contempta, negatum uirtuti culmen
D uitio tribuere nõ erubuit, repulſa fortitudine, inertiam honoribus inſecuta. Verũ
hunc ingratæ mentis habitũ fucoſa rationis ſpecie colorabat, Haraldum perinde
ac natu maiorem ipſo naturæ iure regno debitum certans. Genus affectionis in-
uſitatum: hunc uirtus inuiſum, illum uitium probabilem fecerat. Soli Scanienſes
iuſta animi inclinatione prouecti, Kanuti probitate culta, Haraldi deſidiã reſpue-
bant. Igitur Yſoram habẽdi delectus gratia cõuenitur. Ibi quidem ingens oceani
uaſtitas oſtijs admodum anguſtis excipitur, furensq; fretum coactu littorũ in ar-
ctas fauces terra compellit. Medium ſinus harenæ tenent obſcura nautarũ celan-
tes pericula, nam ut abiens eas æſtus aperit, ita rediens claudit. Orienti Scania,
cætera uero occidenti claſſis appulerat. Hic fratres apud ſuos quiſq; fautores di-
uerſis in locis cõcionati ſunt. Tunc Haraldus uocato aſſenſorũ concilio, nequaq;
cõtumelioſam ſibi fratris prælationẽ uideri ferri, ſi non eum dignitate poſterio-
rem ſors ipſa naſcendi feciſſet, maioremq; à minore ſuperari ridiculum eſſet. Qui
etſi uirtuti maturior uideret, ſe tamen naturæ ordine, ætatisq; priuilegio uincere.
Præterea indignũ fore ciuium illi uexationem, obiectamq; periculis patriam ſuf-
fragari debere, ſuæ uero prouectioni ſeruatam in omnes clementiam obeſſe: nec
ita merita ab eis æſtimanda fore, ut miſerias ſuas gratia felicitatis repulſa penſare
cupiant. Nam ingratorũ hanc maxime uiciſſitudinẽ eſſe. Ad hæc ſi ſummã aſſe-
quatur, impias ſe leges abrogaturũ, blandas placidasq; pro eorum arbitrio latu-
rum promittit. Tanti igitur tamq; optati commodi promiſſorem concio peſtiferis
eius blanditijs inuitata, regem appellat, paternum illi regnum deferens, cuius in-
ertiæ contemptus magis quàm ullus honos aut gratia referri debuerat. Itaq; po-
puli fauor orationis ſuauitate præreptus, plus fallacibus eius promiſſis, quàm in-
uictæ Kanuti fortitudini præſtitit. Igitur fraternæ contentionis certamen uaria aſ-
ſentatione ſubnixum, ſine arbitris aut iudicibus, ſolis partiũ ſuffragijs gerebatur.
Verum Haraldus imperitæ multitudinis errore ſuffultus, mox per legatos fratri
mandat,

A mandat,ne decretam maiori ſummã ambiat,eumq; honore ſibi poſtponat, quem naſcendi ſerie priorem ſciat, néue regnum maiorum uirtutibus illuſtratũ domeſticæ atq; inteſtinæ diſcordiæ bello corrumpat,nec pernicioſa ſeditione diuiduos patriæ motus incutiat,ſed potius clauſum ambitioni animum gerat, abiectaq; temeritate competitoris ſui,ſuffragatorẽ agere non erubeſcat. Adiectæ monitis mínæ,mandataq; non tam blanditijs pacis, quàm belli irritamentis inſtructa. Præterea pleroſq; fraternæ partis fautores legum emendatione, liberioriſq; uitæ iocunditate promiſſa, per ſubornatos in gratiã ſuam ſolicitandos curauit. Ita à Kanuto uulgi animos partim ſpes,partim metus auertit. Ipſe deficientibus à ſe copijs,tribus duntaxat roſtratis nauibus in anguſtiſſimas Scanici maris fauces elabitur, regno carere iuſſus,cuius ipſe incolumitatem protexerat,terminos auxerat. Vbi fraterna legatione regni cõmunionem ſpondente reuerti monitus, ſpretis mandatorum blanditijs,Suetiam fugibundus intrauit,perquam ſtultum ratus eius ſe promiſſis infracta fortuna credere, cuius eadem adhuc uigente minas acceperit. Mox perinde atque iniuriarum oblitus, intactis patriæ rebus bellum aduerſum Orientales uiuente patre cœptum, enixe proſequitur. Haraldus habito in octo dies concilio, quod promiſſis complexus fuerat, rebus proſequi monitus, ut regia maieſtate popularem excoleret, in primis aduerſum prouocationem reſtipulandi ius ędidit,prioresq; defenſionis partes quàm accuſationis inſtrumenta conſtituit. Reo ſiquidem actoris ius in refellenda accuſatione conceſſit, quam antea teſtium fide ſubnixam defenſionis præſidio repellere nõ licebat. Quod ius uſurpatione firmatum ut familiare libertati, ita religioni peſtiferum euaſit. Ipſa nanq; defendendi poteſtas non armorum,non teſtium uſu,ſed ſola ſacramenti fide ſubnixa,multorũ conatus uotorum cupiditate periurio polluit,ſed & funditus ſingu-
B larium congreſſionũ uſum euertit. Poſteris nanq; ſuſceptas cauſarũ controuerſias ſatius iureiurãdo uiſum eſt expedire, quàm ferro. Verum alterum religionis intuitu, alterum ſalutis reſpectu periculoſius. Quem morem Dani pertinaciter retentum ad hoc uſque tempus obſtinate uſurpant, adeò ut uita magis, quàm eo carere cupiant, ſalutemq; ſuam pro ipſius obſeruatione deuoueãt. Haraldus uero ſolis ſacrorũ officijs deditus, latarum à ſe legum ſeueritate neglecta, impunitas omnium noxas enerui legum indulgentia prẽteribat,omniaq; ſtatuti iuris munimenta conuulſit,ignarus plus deo ſynceram regni adminiſtrationẽ,quàm inania ſuperſtitionis momenta placere, ſeuerumq; iuſtitiæ cultum ſuperuacua precum adulatione gratiorem exiſtere. Præterea diuinum plenius propitiari numen,ubi iura quàm thura promuntur: plus ſcelerum quàm pectorũ contuſionẽ probare, libentius criminũ quàm genuũ flexus aſpicere,nullamq; uictimã uindicatæ pauperum libertati præferre. Quanq; enim regum maieſtas rite religioni intendere debeat, aliquãto tamen ſpecioſius interdũ tribunalia, quàm aras excolere poteſt. His omiſſis rex ſola ſacrorũ charitate cõſpicuus, iniquiſſimos actus profuſa animi tolerantia ſuſtinebat,pauciora experimentis proſecutus,quàm promiſſis compleXus fuerat.Noxas nõ uenia modo,ſed etiam licentia proſequebaẽ,tamq; inopem iuris patriã reddidit,quam antea promiſſis diuitẽ fecit. Sed neq; à regijs moribus habituq; degenerare deforme ducebat. Regnando bienniũ emenſus,defungiẽ.

Quo mortuo Kanutus fraternis ſuffragijs in regni faſtigiũ reuocatus,orientale bellum quod in adoleſcentia orſus,in exilio auſpicatus fuerat, accepto ſolio potius amplificandæ religionis, quàm explendæ cupiditatis gratia totis uiribus innouandũ curabat,cum incrementis fortunæ etiam claritatis augmentũ apprehendere cupiens. Nec ante manũ ab incœpto retraxit,quàm Curorum,Sembonũq;, ac Eſtonum funditus regna deleſſet. Deinde ſublato hoſte nuptias circũſpiciens, finitimaq; coniugia obſcura ac dignitate ſua minora reputans, præfecti Flandriæ

C Roberti filiam Ethlam in matrimoniũ aduocauit, ex qua filius ei Carolus obue-
nit. Cumq; magnatũ insolentia solutos hebetatosq; prisci iuris neruos aspiceret,
omnibus ingenij modis ad reparandam patrij moris disciplinam connisus, pro-
batioris iustitiæ cultum seueriſſimis ædidit institutis, contusumq; & labentem æ-
quitatis tenorem in pristinũ habitũ reuocauit. Non sanguini, non necessitudini,
quo minus iuste se gereret, indulgentiam habuit, nullius amicitiæ aut familiaritati
impunitatẽ iniuriæ tribuit: sed omnia antiquæ consuetudinis momenta præcur-
rens, labefactatũ iuris uinculum tenaciſſimo nexu astrinxit, ac paternæ seueritа-
tis uestigia solicitus usurpauit, eoq; studio grauiſſimas maiorũ offensas contraxit.
Sacris decus suum reddebat. Sacerdotia gerentes gratiæ nutrimentis proseque-
batur. Cumq; ab inerti & rudi populo parum iustam pontificibus ueneratione
haberi conspiceret, ne tanti nominis potitores inter priuatos relinqueret, decreti
circunspectioris industria principum eis consortionem indulsit, ipsisq; primum
inter proceres locum perinde ac ducibus assignauit, autoritatem honore conci-
lians. Prouidit enim ne tanti officij pondus æquo minor ueneratio caperet, inq;
summa religionis arce positi, infima cultus conditione uilescerẽt. Nec solum pon
tificibus dignitatis incrementa donauit, sed etiam priuatorũ clericorum ordinem
benigniſſimis decretis adornare studebat. Nam quo cumulatiorem eis honorem
redderet, literatorũ controuersias uulgaris fori conditione exemptas, ad eiusdem
professionis iudicium relegabat. Iisdem religionis reos obiecta repellere neque-
untes, pecuniaria mulcta puniendos permisit. Quibus etiam in omnia quæ ad-
uersum diuina cõmitterentur animaduersionis arbitrium tradidit, cunctasq; hu-
iusce generis actiones sacerdotali iudicio destinatas à publico foro secreuit, ne ho
nore impares conditio æquaret. Quamobrem dignitati pondus adiecit, decusq;
D priuato fastigio excelsius eorum respectui inesse uoluit. Quo effectũ est, ut Da-
norum nemini nisi regi aut pontificibus, eiq; qui potiſſimus regni successor ad-
uertitur, domesticis quenquã liceat actionibus postulare. Idem populares adhuc
sacrorum rudes decimarum religioni assuefacere conabatur. Sed propositi irrita
suasio fuit: quippe maturitatem rerum capere nouelli cultus rudimenta nequi-
bant. Interea Sueno Roskildensis templi ædificationem à Vuilhelmo cœptam
saxeo opere prosecutus, cum perfecto sacello solas locandi pulpiti angustias, quo
minus dedicatio perageretur obstare conspiceret, condendi eius gratia Vuilhel-
mi monumentũ summouit, cineresq; mausoleo erutos, eo loci ubi nunc acquie-
scunt transferendos curauit. Nocte igitur quam dedicationis dies insecuturus pu
tabatur, sacristæ somnium capienti quidam sacerdotij insignibus decoratus per
quietem præcepit, Suenoni sufficere diceret, quod in exædificando sacrario Vuil
helmi sibi merita uendicasset, ac gloriæ suæ alieno labore partam arrogasset im-
pensam, ne cuius famam aucupatus fuisset, etiam cineres submoueret, eosq; à
Kanuti regis corpore separaret. Cuius facti pœnas haud dubie ab ipso uiolatio-
nis autore, nisi uitæ eius sanctitas obstitisset, expetendas fuisse: nunc uero in ipsas
sacrarij partes ab eo conditas ulciscendum, seq; omnem operis eius molem fun-
ditus euersurũ. Monuit quoq; ne quis suum de cætero tumulum attentare præ-
sumeret, præfatus neminem qui cineres eius loco suo submouerit, impune latu-
rum. Deinde baculo tectum impellere, totamq; operis molem diruere uisus, so-
mnij fidem ædis excidio comprobauit. Quippe sacrarium repente ab imis fun-
damentorum sedibus conuulsum excidit: adeoq; res uisioni consentanea fuit, ut
eodem temporis momento ruina somnij comes incederet, nocturnaq; unius opi
nio omnium oculis interdiu subiecta clarescceret. Tantum autem rei miraculum
extitit, ut ne collapsum quidem sacrariũ custodem oppresserit. Nam neq; petra-
rum pondere quæ undiq; congerebãtur elisus, neq; ulla collapsæ molis importu-

nitate

A nitate quaſſatus, tutum quietis uſum habuit, quanꝯ cubile eius cadenti materiæ contiguũ fuerit. Attoniti fragore ciues, ruinæ præſentis admiratione concurrũt, cuſtodemꝙ excidio periſſe creditum, mediis lapidum coagmentis incolumem egredi cernunt. Quæ res omniũ in eum oculos religioſa uulgi admiratione conuertit, incertum utrum templi lapſus an ſacriſtæ ſalus plus uiſentibus ſtuporis attulerit. Nec paruulũ uiſioni autor eius ab imminenti lapidum mole defenſus præbuit argumentum. Qui cum antiſtiti nocturna Vuilhelmi mandata prompſiſſet, ſubridens preſul, nil ſe mirari inquit, uitæ eius ſeueritati fati habitum reſpondere: ſuæ nihilominus ſolicitudinis fore, collapſas ædificij partes reficere. Quamobrẽ diu poſtmodũ intactus Vuilhelmi tumulus manſit, donec noſtris eum temporibus Hermannus maioris ſacrarij præſes, Arnfaſtusꝙ ſcholæ miniſterio functus, conniuente Iſaac ruralis ſacerdotij præpoſito, parabilem magis & inter cæteros cultiſſimũ aduertentes Aſcerianæ ſepulturæ gratia aperiri iuſſerunt. Porrò foſſa ad ſolidum humo, incorruptam antiſtitis togam inter adeſa ſolo oſſa reperiunt. Quibus ſublatis, tanta fragrantiæ uis ſine ullo autore ad circumſtantiũ nares ueluti è beato quodam unguentorũ fonte manauit, ut nemo cœlo potitum ambigeret, cuius cineres tam mira terreſtrium odorum ſuauitas perfudiſſet. Ipſas ue- *Vuilhelmi reliquiarũ odor.*
ro contrectantium manus tanta odoramenti pertinacia aſtrinxit, ut ipſum triduo balneis ac lauacris attentatum abolere nequiuerint. Nec tamen ſanctitatem cinerum, ut decuit, uenerati, in extremam eos monumenti partem applicandos curabant. Sed neque præſumptioni impunitas affuit. Siquidem ſacrilegi conſilij autores peſtiferum audaciæ ſuæ exitum experti ſunt, tantumꝙ quiſque ſupplicij *Vindicta uiolati ſepulchri.*
retulit, quantum uiolandi buſti ſententiæ impendit. Hermannus nanꝙ ſub Abſolone ſacerdotali concilio aſſidens, ſacrum naribus ignem excepit, cuius ui non
B ſolum corporis firmitate, ſed etiam uocis officio ſpoliatus, elinguis ac mutus ante triduum graſſante latius ardore deceſſit, dignus ea corporis parte puniri, qua diuinam ingratus fragrantiam hauſerat. Nec leuiorem Arnfaſtus exceſſum habuit: qui cum impotentium neruorum hebetudini mederi uellet, potione per incuriam ſumpta, quo ſalutem conciliare debuerat, languorem inſtruxit. Sed & rupti tandem iocinoris partes fruſtatim egeſtas uomitu protulit, quas à medico pelui exceptas, maximus pontifex Abſolon dum ad uiſendum eum humanitatis officio ueniſſet, aſpexit. Quo præſente æger hic ſe ob uiolatos Vuilhelmi cineres perpeti proteſtatus, manifeſtas neglecti imperij eius pœnas pependiſſe dicebat, ſeꝙ ſua cum tota re familiari religioni pollicitus, trimeſtri languore habito per ſummam animi pœnitentiam expirauit. Miſerandos duorum exitus tertius teſtis meritatis autor aſpiciens, ſeꝙ ſimilibus ſupplicijs propinquum ueritus, fati inclementiam pietatis officio præcucurrit. Nam in æde Mariæ magno rei familiaris impendio ſacrarum uirginum conuictum inſtituit, eisꝙ quoad uixit pudicitiæ diſciplinam ingenerauit. Nec tamen omnem prorſus uindictam effugit, diutino nanque uitiati pulmonis languore conſumptus interijt. ita primo fati celeritate correpto, reliquos à diuerſis corporis partibus profecta peſtis tarditate ad ultimam tabem redactos abſumpſit. Igitur tantum unuſquiſꝙ pœnæ ſumebat, quantum in uiolanda antiſtitis ſepultura auctorem egerat. Quia enim ſalubritatem ſuam prudentiæ munimento tueri noluerunt, cladem culpæ præcipitio contraxerunt. Ne autem Sueno promiſſam templi refectionem negligentius exequi uideretur, cœptam Roskildenſis ſacrarij fabricam ad finem uſque perduxit. Cuius excolendi gratia coronam arte, impenſaꝙ operoſiſſime elaboratam, in eius ornamentum appendit, exiſtimans regias opes potius ſacrorum ſplendori, quàm humanæ auaritiæ ſeruire oportere. Egynus quoque hiſdem fermè temporibus, opitulante rege, Laurentianæ ædis inchoatum à ſe opus explicuit.

C Quibus rex dedicari iussis, mirificã dotis nomine munificentiã erogauit. Nam in æde Laurentiana annua cantorũ stipendia pontificis subsidio fultus, instituit. Ipse enim partim ex fisco suo, regisq; latifundijs, partim antistes ex ante collatis templo beneficijs quotidianos eorum sumptus exhibuit, tantaq; inter ipsos religiosi certaminis alacritas fuit, ut uter in deum uenerabilior fuerit, incertũ extiterit. Prima itaq; dedicatiõis die rex solenniter altaria ueneratus, quartã regij numismatis, quartam suæ in ciues exactionis, quartã æstiui census portionẽ ei, qui pro tempore loci antistes extiterit, muneris loco perpetuo iure possidendã cõcessit. Nec par cius priuata clericorũ iura tutatus, ab eis qui sacrarij rus excolunt uniuersum penè regiæ pensionis ius ascriptis chori ministris deferendũ curauit. Cæterum detractæ expeditionis pœnas, ac uiolatæ pacis uindictam, eorumq; qui propinquis uacui decessissent hæreditates, regij duntaxat iuris esse uoluit. Itaq; non minorẽ in ædendis templorũ priuilegijs, quàm præstandis beneficijs autorem egit. Et ut legibus suis æternitatẽ cõciliaret, eas cõuellere conaturos antistitum execrationi subiecit. Cuius edicti postmodum à multis temere pertentati, uetus adhuc ratio perseuerat. Rex uero quum in omnibus sancte se industrieq; gessisset, præcipue religionis charitate cõspicuũ præbuit, nec unquam remotos ab exactissimo eius cultu oculos habuit. Qui cum fratrum suorum turbam iuueniliter intemperantẽ patriæ admodũ onustam uideret, largis uberibusq; stipendijs alitam, uno duntaxat Olauo Slesuici partibus præsidente in clientelã assumpsit, ac publicũ pondus priuato leuauit impendio. Tandem Danorum nomen armis in desidiam cadentibus à paterni auunculi temporibus obrutũ, animaduertendi nouandarũ rerum cupido subrepsit. Vtq; eius animum certius repræsentaret, non contentus studia sua orientalibus decorasse uictorijs, Angliam infelicitate amissam hæreditatis du-
D xit nomine repetendã. Recolebat enim bellicam maiorũ gloriam, cumq; opibus imperij fines, nullo magis quàm Anglicis creuisse titulis, maioremq; eis ex unius insulæ, quàm totius orientis spolijs incessisse splendorẽ. A quorũ imitatione desicere stolidi ac degeneris animi esse, satiusq; regno carere q; inter paruulæ telluris angustias inclusũ maiestatis usum habere. Vt ergo negociorũ conformitate maiorum fortitudini responderet, operamq; eorum studijs cõsentaneam æderet, atq; auiti nominis gloriam æquaret, omniũ quæ paterna corrupisset inertia, refectionẽ suæ cõmendabat industriæ, parentemq; perosus, auum æmulatus est. Primũ igitur occultum Olauo cõsilium prodit, eoq; idipsum hortante, rem deinde populo ribus aperit. Alacris omnium assensio fuit. Sed quem rex sibi fraternæ charitatis uicissitudine respondere crediderat, latenter æmulum habebat, insidiosæq; eius adumbrationis ignarus, affectum referri sibi, quem ipse impenderet, æstimabat. Quem etsi prudentia secus monuit, sanctitas tamen malignã de fratre suspicionẽ referre prohibuit, ne consanguineã fidem temere damnare, inq; fraudis metu hostes ac necessarios iuxtà ponere uidetur. Verum Olauus affectatione regni pietatis erga germanum oblitus, perfidissimi pectoris habitum summa fidei simulatione tegebat, uulgatumq; regis propositum non solum adulationibus fouit, sed etiam hortamẽtis instruxit, non quod potentissimũ regnũ ab eo recuperari posse speraret, sed ut imperatæ rei difficultatẽ in odium imperantis cõuerteret. Enimuero fratris animum fastidiose æstimans, pijssimum eius amorem parricidali fraude pensa bat. Nam quum eum quod neglectã antè seueritatẽ nouis legibus restituisset, ciuibus inuisum animaduerteret, quò odium eius cumulatius redderet, quod publice displiceret, priuatim exequi stimulabat. Et ne solus insidias uolueret, lecta societate clandestinæ cõiurationis cœtum instruxit. Nec frustra ingeniũ fuit. Quippe primores, quorũ uiolentia regijs sanctionibus retusa fuerat, parricidalis cum Olauo propositi cõsortium habuerunt. Kanutus uero omnium animos gloriæ

A riæ magis, quàm ſceleri intentos exiſtimans, imperata claſſe Lymici maris oris aduehitur, à quo breuiſſimus in oceanũ tranſitus patet, quondam nauigijs peruius, nunc uero interiecta arenarum mole præcluſus. Hic rex fraternum diu præſtolatus aduentũ, nauigandi cunctatione exercitus alacritate eſt excuſſus. Nam Olauus reddita tarditatis ratione, ueniendi moram in dies extraxit, cõmentumq; caſſandæ expeditionis exagitans, alimenta perfidiæ mendaci impedimentorũ ſimulatione quærebat, eò morã trahere cupiens, donec aut regem ſine eo proficiſcentem interim ipſe regno priuaret, uel tarditate ſuſpenſum exercitum deſtitueret, rexq; uel deſertorũ impunitate deſpicabilis, uel pœna cunctis inuiſus euaderet. Ita & fratrem & dominũ aduentus ſui cunctatione ludificans, tam uafrę, tamq; infidioſæ rationis cõmento generoſi ac fortis propoſiti molitionem ſubruere conabatur. Nec eum callida cõſilij ratio fefellit. Nam tota à rege claſſis faſtidita eius expectatione defecit. Rerum enim quæ à fratre gerebantur ignarus, morantis aduentum ſæpenumero mandatis exegerat, quũ tandem de eius perfidia certior factus, claſſe præſtolari iuſſa, Sleſuicum lectiſſima manu feſtinatò cõtendit, ibiq; fratrem inopinatum & attonitum intercepit. Deinde productũ, accuſatumq;, nec obiecta ualide propulſantẽ, perinde ac cõuictum, impotentemq; defenſionis compediri à militibus iubet. Qui indebitam regio ſanguini contumeliã ſuis manibus adminiſtrandam negabant. Cuius tanta apud ipſos ueneratio fuit, ut ex eo ortos morte, quàm uinculis mulctare mallent, tolerabilius rati quod cõmunis conditio admitteret, q; quod ſeruile ſupplicium exigit. Sed & gentis noſtræ uerecundia ſummã in uinculorum pœna turpitudinẽ reponere conſueuit, hiſq; affici omni fato triſtius ducit, ingenuas mentes probroſo, q; cruento ſupplicio punitiores exiſtimans, tantoq; alterum altero ſpecioſius cenſens, quantũ naturæ habitus à fortunæ uitio diB ſtare creditur. Mandatã militibus operam cõmunis frater Ericus exequitur, plus iuſti imperij quàm iniqui germani reſpectui tribuendũ, nec ſanguini parcendum dum uitia puniuntur, exiſtimans. quippe quem uirtus defecerit, nullã ſtirpis reuerentiam obtinere, animiq; labe fœdum omnem generis infuſcaſſe ſplendorẽ. Igitur non tam fratris nomen quàm parricidæ propoſitum intuebatur. Adeò ſanguinis precium euileſcit, quum ſe moribus ignobilem fecerit. Poſt hæc rex Olauum catenis coërcitum, nauigioq; in Flandriã relegatum, carcerali cuſtodię mandandum curauit. Cuius captionẽ coniurati parum fama aut nuncio experti, quo callidius exercitum ſoluerent, inertem regis moram abſentiamq; cauſati, claſſem clandeſtino monitu circunuentã domos abire iuſſerunt. Quam rem ſi quis palàm exhortatus fuiſſet, publicatis bonis aut in exilium agi, aut capitali ſupplicio affici lege merebatur. Quam ob rem defectionis incentoribus tutiſſimũ uiſum, ut ſine ullo autore ipſe ſibi populus deſertionis licentiam uendicaret, ne tam priuatũ diſceſſionis crimen quàm publicũ haberetur. Tantum autem apud improuidã multitudinis temeritatẽ inſidioſa magnatũ ratio ualuit, quod plebs non minus eorum autoritate, quàm moræ tædio adducta, fidentiſſimã reuertendi libertatem accepiret. Cuius facti rex cognitione ſuſcepta, dolorem prius, deinde letitiã egit. Siquidem iniuriam in religionis habitum formauit, mulctæq; nomine primam exigendarum decimarũ occaſionem corripuit, lætatus quod ei utiliſſimã propoſiti rationem opportunitas conciliaſſet, ſuoq; dedecore ſacrorũ decus inſtruere cupiens. Cumq; magnates Olauum quem ſibi factionis ducem futurũ ſperauerant, à fratre interceptum audiſſent, propoſita fraude defecti, ſummã eius diſſimulationẽ egerunt. Itaq; rex accerſita poſtmodum concione, docet quantum Danicis armis militaris ſemper diſciplina profuerit, maiorũ imperijs à minoribus ſemper obtemperatum fuiſſe, regum autoritatem popularibus inniti ſuffragijs, principum famam nullo magis quàm militum fide creuiſſe, eorumq; nullius momenti imperiũ eſſe.

C si non plebeijs subsistat auxilijs. Sibi uero nuper ignotam regibus contumeliam obuenisse, inusitatæ defectionis autores hebetudinem audaciæ prætulisse, auidi-
tate ocij speciosissimæ rei negociũ subruisse. Adiecit quoq; quanta pecuniæ sum-
ma ob impium desertionis crimen damnari meruerint, gubernatorũ singulis qua-
dragena numũm talenta, terna remigum unicuiq; mulctæ loco numeranda pro-
ponens. Nemine collationẽ abnuente, promissa æris solutio est. Quo cognito re-
mittere se Kanutus illam exactionẽ, si sacerdotibus decimas erogare uoluissent,
edixit. Tunc concio petita consulendi licentia, paulisper à rege deliberatura sece-
dit, an propositis satisfieri conditionibus oporteret: utraq; exhibitu difficilis æsti-
mata. In soluendo nanq; ære complures inopia afficiendos credebant. Decimarũ
uero pensionem omni æuo celebrandam, æternam debitoribus infligere seruitu-
tem. Igitur quasi in tristium rerum contextu minus aspere delectum facturis, acer-
bior uisa cui comes diuturnitas affuisset. Nam cum altera se tantũ, altera posteros
quoq; puniendos aduerterent, præsentẽ inopiam perpetuo muneri prætulerunt.
Itaq; temporũ æstimatione facta, quò sibi tantum quàm pro posteris pœnam crea-
rent, culpam redimere præoptantes, semel ære, quàm semper libertate defici ma-
luerunt, iure elicitum, dedecore uacuum, persuasione extortum, probro obno-
xium rati. Quinetiam annuam alienis frugem dependere ignominiæ, non reli-
gioni attinere censebant. A quibus quum rex deteriorem conditionis partem ap-
probari uideret, simulata pecuniæ exactione, septentrionales lutiæ partes ingres-
sus, Tostonẽ cognomine Peculatorem, eiusq; collegam Hortam colligendæ pen
sionis quęstores instituit, mulctæ metu decimarum religionem differere cupiens,
lisdem defectorum res æstimatis possessionum precijs, intactas dimittere iussum.
D Qui mandatum immitius ac iussi fuerant executi, iniqua plebem exactione pul-
sabant. Quam rem æmuli regis in popularium concilio deplorantes, calumniam
mendacijs exaggerabant. Veris quoq; maiora fingentes, inuisos cunctis reddide
re quæstores. Quippe militum opus non regis imperium iudicabant, nec iuben-
tis, sed iussi studium intuebantur. Quorum instinctu multitudo quæstores ador-
ta, communẽ iniuriam publica consternatione cohibuit: magis quid fieret, & quid
fieri iussum esset inspiciens. Nec eorũ cædibus satiata, in regẽ quoq; uesana prorup
pit. Qui impetũ eius opportune sua ratus absentia declinandũ, Slesuicũ concessit,
ibiq; coniugẽ cum filio constitutã si res sinistre cessissent, perfugere in patriã iussit,
nullũ inter perfidos præsidiũ habiturã. Siquidẽ intempestiuũ regno hæredem do-
mesticorũ arbitrio relinquere uerebat. Igitur Vuandali solam sibi in armis liberta
tem restare credentes, fugæ eius perinde ac uictores insultare cœperũt. Qui quũ
imminentibus lutis & uetera auxilia deficere cerneret, nec noua temporis angu-
stiæ cõtrahi sinerent, quo tutior secessu foret, Fioniam petit, salutẽ insulæ præsidio
quæsiturus, ubi nihilominus indignã religiosissimo spiritu suo uiolentiã expertus
est. Hinc emm lutis aucta sequiendi fiducia, cõcitatã multitudinis temeritatẽ exacuit,
hinc grassandi præsumpta libertas tristẽ regi procellã inflixit. Sanè populares pœ
næ metu cœptũ omittere ueriti, perseuerantiã sceleri exhibendã duxerunt. Neq;
emm bis læsum pœnã noxijs remissurũ credebãt. Ideoq; eius exitiũ sitientes, arden
tissimo odio sanctissimi uiri necẽ petebãt: ac ueluti ueniæ desperatiõe cõpulsi, ho
stem tollere & ultorem experiri maluerũt. Nec suis eum finibus exegisse cõtenti,
Fionia quoq; propellendũ decernũt. Iamq; rex accepto traiectionis nuncio, Sia-
landiã emigrare statuerat, cum Blacco quidam primã ipsius familiaritatẽ adeptus,
sed nihilominus eum occulte perosus, simulatæ fidei cõsilio hortatur fugæ parcat,
Othoniensis pagi præsidia expetat, nec fœmineo more latebram circunspiciat: se
interim plebis acta speculaturũ, blanditiasq; iræ eius oppositurũ promittit. Quod
si plebis animũ mitigare nequisset, tanto antè id regi pronunciaturũ, quantũ fugæ
occupandæ

A occupandæ ſat eſſet. Conſilio obtemperatũ eſt. Tunc Blacco omiſſa legatione, ſi-
niſtris plebem monitis palpitans, concíliandæ gratiæ loco, odium regi impenſius
ſtruit. hortatur quãcelerrime calumniæ autorem occupent, nec fugacẽ elabi per-
mittant, oppreſſionũ uindices tyrannum non regem faſtidire cõmemorat; carere
culpa, quod honeſtatis æmulatione cõmittitur: patriæ tutores perinde ac pietatis
miniſtros parricidio exui: priuatũ abeſſe crimen ubi publicæ libertatis uindicta
peragitur. Præterea miſerrimos cœpti irritos, cõpotes feliciſſimos fore. His atq;
cõſentaneis modis ſolicitato in regis necem populo, aduerſum immerentis caput
funeſtos omniũ conatus erexit, eaq; actione cõſternatã amentia plebem ueluti fu
riali quadam face ſuccendit, ſtatimq; impetus creuit ubi hortatorẽ habere cœpit.
Neq; enim temeritati eius conſtantiã ſuam obiecit, ſed publicæ ſeſe dementiæ au-
torem aſcripſit. Igitur incitatior ſeditionis procella peſtifera eius concione defer-
buit, grauiorq; tempeſtatis incentorẽ nacti tumultus erupit. Inde reuerſus paca-
tiorẽ populi animũ nunciat: facile cõſternationis procellã acquieſcere, ſi rex iram
mutuò deponere, reisq; pœnam remittere uoluiſſet. Quem rex fidum legationis
miniſtrũ ratus, regalis magnificentiæ conuiuio excipit, malignũq; ſuæ pietatis in-
terpretẽ donis proſequit. Vtrobiq; gratia perfidiæ habita eſt. Nam Blacco alter-
na partes uice ſubiens corrupto legationis officio, pro mediatore proditorẽ agere
cœpit, atq; ex ſpeculatore ſceleris hortator euaſit, ſiniſtre regis, falſo plebis ani-
mum interpretatus. Ita pellacis uiri mendaciũ legationis titulo inuolutũ, regẽ pa-
riter ac populũ fefellit, hunc ne imminentẽ uitaret, illum ne parceret expectanti.
Eundem die poſtera rex prioribus paria pollicentẽ ad ſpeculanda ſeditionis acta
dimittit, cõmunemq; hoſtem inter ſe & uulgum creandæ pacis autorẽ aſſumpſit.
Nec ſolita legato perfidia defuit: cuius peſtiferis monitis inſtincta plebs uehemen
B tius aduerſum regis caput conſternationẽ deſtrinxit. Kanutus interim quotidia-
nis ſacrorũ ſolennibus aſſuetus, ne quid religioni præponeret, Albani ædem ſa-
cram pro ſe deprecaturus accedit. Quippe precibus deum, quàm hoſtẽ armis ne
quid charitati detraheret, aggredi præoptauit. ubi dum religioni uacando, officia
ſanctitatis exequitur, cõſternatę multitudinis corona armis ſacrariũ clauſit. Quot-
quot ergo ex militibus hoſtem præcurrere poterant, periculi conſortiũ affectan-
tes, regem petebant, eius in ſeipſos diſcrimẽ transfundere cupientes. Cumq; ſalu
tem receſſu conſequi poſſent, periculũ præſentia quæſierunt, morteq; clari quàm
fuga tuti fieri maluerunt. Quanta porrò humanitate clientelã hanc abundaſſe cre
demus, quæ ne infelicẽ domini fortunã deſereret, periculo ſeſe quod uitare lice-
bat oppoſuit, inq; magna fugiendi copia ſalutem regis quàm ſuam tueri ſatius du
xit? Benedictus quoq; fraternitatis nexum fide imitatus, in templo cum fratre cõ-
mori deſtinauerat. Ericus uero ſeorſum ab hoſte concluſus cum ſolus multitudi-
nem ſuſtinere nequiret, per medios hoſtium globos ferro ſeceſſum molitus eru-
pit. Tunc nemine religioſæ pacis domiciliũ uiolenter irrumpere præſumente, pri
mus Blacco cunctantibus cæteris ferro ualuas petiuit, ductuq; ſuo eandem cun-
ctis licentiã tribuit. Ita ſe non ſacrilegij modo, ſed etiam publici parricidij ducem
autoremq; exhibuit. Quod uidens plebs cõcitato ſeditionis motu templũ aggre-
ditur, eoq; irruptione facta diuinos lares, ac ſanctiſſima penetralia ſacrilega tem-
peſtate fœdauit. Verũ Blacco in ipſo quem irruperat aditu trucidatus, datis parri-
cidij piaculis, uiolati ſacrarij pœnas pependit: mors eius interfectoris exitu uindi
cata eſt. Itaq; alterius fato ſcelus, alterius pietas cauſam præbuit. Crediderim tunc
pium cruorẽ parricidali permixtũ ſeparatis fluxiſſe meatibus, atq; ſine ulla riuu-
lorum cõmunione hinc ſacrũ inde ſceleſtũ ſanguinẽ diuiduis alueis inceſſiſſe. Be-
nedictus liminibus irruptorẽ excipiens, dum foribus acrius propugnat occidit.
Rex ipſe inter cruentos imminentis uiolentiæ ſtrepitus fiducia cõſcientiæ eundẽ

C mentis habitũ tenuit: neq; religioni parcius q̃ si periculũ abesset, uacauit, ne plus ab eo timoris quàm cõstantiæ uiribus indulgeret. Sed ne extrema quidẽ eius hora sanctitatis studio uacua fuit. Nam cum parietẽ undiq; à popularibus perfringi (quippe ligneus erat) ideoq; propinquã sibi necẽ instare animaduerteret, accersito sacerdoti factorũ arcana cõfessus, per summã mœroris acerbitatẽ præteritæ ultæ culpas absoluit, præmiũq; sibi pœnitentiæ salubritate cõciuit. Tantum enim in innocentia sua fiduciæ reposuerat, ut mortẽ non periculo oppressus refugere, sed metu uacuus appetere uideretur. Quinetiã propassis utrinq; brachijs ante aram fati securus occubuit: ubi dum uictimæ more prostratus percussorẽ expectat, im

S. Kanuti interitus. missæ per fenestrã lanceæ mortifico iactu cõfossus, pium mortis sacrificiũ ædidit, profusoq; militum sanguine, suum ad ultimũ erogauit. Enimuero crebris undiq; telis petitus, corpus immobile tenuit, nec ante loco quo cubabat excessit, q̃ feretro mandaretẽ extinctus. Ex cuius sanctissimis uulneribus plus gloriæ quàm cruoris effluxit: quippe præsentis uitæ exitu initium melioris accepit, hostili iudicio punitus, diuino seruatus. Felix eorũ parricidiũ, qui quem terrestriũ uirtutũ orbe exemerant, cœlestiũ usibus applicabant, caducaq; & fragili potentia spoliatũ, solidæ atq; æternæ felicitatis cõpotem statuerũt. Sed & clandestina eius uirtus perlucidis postmodũ experimentis enituit. Hæc audiens regina patriã cum filio impubere repetit, geminis post se relictis filiabus, ex quibus Ingertha Folconi Sueticæ gentis nobilissimo nupta, Benedictũ, Kanutumq; filios habuit, hisdemq; mediantibus, Birgerũ qui & nunc extat Suetiæ ducem cum fratribus suis nepotem accepit: uerũ ex Cecilię matrimonio Ericus Gothorũ præfectus Kanutũ cum Karolo procreauit. Ex quibus generosissimarũ imaginũ numerosa posteritas clara propinquitatis serie cohærens emersit. At populus perempto rege exultans, quod scelus deflere debuerat, insultatione prosequi uoluptatis loco reputabat. Qui cũ

D parricidio pietatis causam prætexeret, idq; tyrannicidij nomine coloraret, militẽ suum Deus mercede fraudari non passus, arcanã sanctissimi uiri innocentiã manifestis publicauit indicijs, eximioq; uitæ eius splendore etiã clara mortis ornamenta cõcessit. Sanè ad coarguendã parricidarũ malitiã puniti merita miraculosis prodidit argumentis, ignotamq; uulgo uirtutẽ mirifico rerum fulgore detexit. Quorum plebs admiratione perculsa uirtutis inuidiã egit, cõspicuamq; signorũ experientiã diu nequicquã infuscare tentauit. Veteris nanq; inuidiæ fremitu, ac pristinis odij uiribus pertinacius excandescens, adduci non poterat, ut diuinis honoribus coleret, quem ob scelus à se interfectũ putaret, rem cœlitus declaratã humanis argumentis abnegare conando. Quanquã enim damnatos à se mores cœlesti iudicio cõprobatos uideret, ad dissimulandã tamen, occultandãq; miraculorũ fidẽ iustam cædis causam fingebat, firmãq; facti tuitionẽ retinens, sententiæ suæ perseuerantissima propugnatrix existere non erubuit. Nec uita regẽ spoliasse cõtenta, etiam fati laudibus exuere conabatur, cuius lucem extinxerat, famã quoq; sepelire cõnisa. Sed humanis tenebris diuinus splendor inuolui non poterat. Quippe miraculorũ nitor dubietatis caliginẽ clara rerum luce pellebat. Nã sanctitatis eius medela uarias imbecillitatũ affectiones remediorũ salubritate prosecuta est. Cũq; obtrectantiũ liuor crebrescentibus signis uirtuti cedere cogeretur, nec fidem ulterius frustrari quiuisset, in facti tamen defensione persistens, sanctitati quidem assensit, sed eam non tam ex præteritæ uitæ meritis quàm ultimi temporis pœnitentia profectã astruxit. Ita & iustam facto causam prætexuit, & uita cassum honore donauit. Siquidem digne regem periisse, sed pium lachrymis euasisse dicebat, intentionem eius auaritiæ quàm religioni propiorẽ existimans. Cuius erroris non paruas postmodũ pœnas pependit. Sed & posteri paternã redolentes inuidiã, sanctitatis eius formã non moribus, sed lachrymis imputant, præsentiq; incredulitati

præterito

A præterito ſeſe errori implicant. Neq; adduci poſſunt, ut ipſius beatitudinẽ depoſito odio ſyncere æſtiment. Verum ſacra eius oppidulo orta toto penè terrarũ orbe fulſerunt, cultusq; ipſius primũ à ciuibus exceptus, paulatim in cõmune prorepſit. Cuius tam uitæ quàm miraculorũ uirtutẽ priuatim Othonienſibus uenerandã, publica eam religio cõſecrauit. Sed & cœleſtẽ eius ſpiritũ ad hoc uſq; tempus felix ſignorũ fortuna proſequitur. Hinc eſt quod Kanutus diuini iam animi immortalitate potitus, ut terreſtribus patriã patrocinijs attollere ſtuduit, ita cœleſtibus protegere nõ deſiſtit: ideoq; ſanctitas eius gloriæ & celebritatis fructu opulentiſſima, ſplendidũ in faſtis locũ obtinet. Quinetiã ſalutares effectus ſuos quotidianis adminiſtrat indicijs, malitiamq; patriæ, beneficijs penſat. Nam uirtutũ eius inſignibus, omnis ætas Danica gloriabitur. Talibus illuſtrationis radijs ſanctorũ fatis claritas erogatur, cum cœleſti beneficio mortalis liuor opponitur.

HISTORIAE DANICAE LIBRI VNDECIMI FINIS.

SAXONIS GRAMMATICI HISTORIAE DANORVM LIBER XII.

B  NTERFECTO Kanuto, Iuti iniquæ ſocietatis pertinacia ſingularẽ Olaui gratiã amplectentes, creari eum regem alacerrimis petiuere ſuffragijs: hunc ſibi plurimũ gratiæ relaturum ſperantes, cui tanto regnũ diſcrimine quæſiuiſſent. Neq; eius fratribus hunc honorẽ eximio Kanuti amore ſuſpectis, erogandũ duxerunt. Igitur pecunia pacta, Nicolaum cõmunem tam præteriti quàm futuri regis germanũ, uadem pro eius redemptione dederunt, receptoq; regnũ imponunt. Nec paruũ Nicolaus fraternæ charitatis ſpecimen ædidit: ſiquidẽ fraternas induere catenas, ſuisq; uinculis germano regnũ emere non dubitauit. Quod audiens Ericus, cõtumeliæ memor quam ei cõmunis fratris iuſſu inflixerat, ultionis metu cum coniuge Botilda quæ Vluoni Gallitiano ex filio Thrugoto neptis obuenerat, Suetiã petiuit. Dani uero collato certatim ære pro ſponſoris reditu, pactam creditori pecuniã numerarunt. Quem Flandrenſi cuſtodia liberatũ, infeſta parricidis fortuna ueluti cladẽ aliquã noſtrorũ abundantiæ ac fertilitati iniecit. Nam cum Dani noui regis initijs applaudentes priſtinæ ruinæ procacius inſultarent, criminoſis ſemper infenſa diuinitas ne diu ſcelus impunitate floreret, petulantiã penuria rependere uoluit, communiq; inopia publici parricidij uicta exegit piacula. Vt enim non in ſingulos modo ſed in uniuerſos animaduerteret, ſumma aëris intemperantia annorũ quibus Kanutus regnũ geſſerat numerũ adæquauit, cœleſtiq; robore humana ui maiorem ædidit ultionẽ. Quippe uerni æſtiuiq; temporis feruore ſatum omne coaruit, autumnale uero adeò pluuiũ fuit, ut ſiquid locorũ humilitate paluſtri ue madore alitum ſuccreuiſſet, perſeueranti imbriũ inundatione decideret. quanquã cõtrarium cœli habitũ humanæ cõmoditatis ratio flagitaſſet. Igitur opportuno ſolſtitium humore caruit, eundẽq; ſine modo profuſum ſiccum amans ſextilis excepit. Tunc planè camporũ facies cœleſtibus imbribus inundata, late patentis ſtagni ſpeciem præbere conſpecta eſt, ita quod æſtas ægre genuit, autumnus oppreſſit: tantaq; temporũ intemperies extitit, ut nec imber æſtum leniret, nec æſtus imbris illuuiẽ temperaret. Quinetiã agreſtes aquis campos tegentibus, ſupernantia ſpicarũ capita demetentes nauiculis excipiebant, ac deinde putres ariſtarũ reliquias forna-

C cibus igni percalefactis exiccandas mandabant, sicq; eas molæ subijcientes, quia
panẽ præstare non poterant, in usum pultis uertebant. Quamobrẽ tanta ciborũ
penuria incessit, ut maxima populi pars alimentorũ inops inedia consumeretur.
Ea res locupletes inopia, pauperes morte mulctauit: maioresq; ære, minores spi-
ritu spoliauit. Nam diuitũ populus non suppetentibus alimentis, auro argentoq;
salutarẽ cõparauit impensam: pauperũ uero gregẽ tam census quàm dapis inopẽ
horrida passim fames absumpsit. Rex ipse ad ultimã tabem redactus, plurima fru
ge latifundia permutabat, agrisq; uænire iussis, alimenta possessionũ precijs com
parabat. Nobilibus in eundẽ usum ingenuitatis insignia erogare, rubori non fuit.
Enimuero abunde seges finitimis erat, ut priuata gentis, non publica terrarũ ul-
tio uideretur. Quæ tam dira clades cõuictũ populi animũ sanctitatẽ, quam antea
detrectauerat, fateri coëgit: deq; celsitudinis eius cõtemptoribus ueneratores ef-
fecit. Sanè tam euidens pœna, alijs fruge abundantibus, Danis priuatim ingruẽs,
& parricidarũ noxã, & perempti innocentiã, liquidò argumentata est. Hanc pestẽ
Sueno pontifex, cuius summa apud Danos autoritas erat, populo parricidij pœ-
nitere permonito incessurã prædixit. Quippe in plebẽ pius, in deũ uenerabilis ha
bebatur, religionẽq; attentiore cura, cõciones præstantiore facundia celebrabat:
ita fauore omniũ occupato, arcem inter nostros autoritatis, atq; eloquentiæ fasti-
gium possidebat. Subiectorũ mores, non solũ dictis, sed etiam sereniſſimis operũ
informabat exemplis, nec uoce q; mente concinnior fuit. Idem perfecta trinitatis
æde, in exædificando eius ambitu Kanutũ religiosi operis sociũ habuit, nec mino-
rem in extruendis Mariæ sacrarijs operam gessit. Quippe unum in urbe, alterum
Ryngstiadis enixe molitus, tertiũ Michaël Slagloſæ cõdidit. Adeò se sanctorũ pe
D netralium singulari cultu flagrare monstrauit. Nec domestica sanctitate cõtentus,
augmentũ eius foris petere arrepto peregrinandi labore cõstituit. Cumq; Hiero
solymã proficiscens Byzantiũ peruenisset, cõtracta uarij generis ornamenta cum
sacrorũ cinerũ reliquijs in necessarios usus domestici templi remittenda curauit.
Sed cuius Græcia pietatẽ uidit, mortẽ Rhodos aspexit. Iisdẽ ferè temporibus ab-
sumpto Richaldo, Ascerus morũ generisq; splendore eximius Lundensi potitur
sacerdotio. Olauus cum bis penè lustrũ regnando cõdidisset, inter cõtinuas rei fa-
miliaris angustias, nihil regali magnificentia dignũ exequi poterat. Sed & finitimi
facto paupertatis eius cõtemptu, famelicũ ferro incessere ruboris loco duxerunt,
rati inediã armis obrui non oportere, neq; diuinitus afflictum humanitus premi,
aut cœlestiũ uindictã mortaliũ uiribus exagitari. Cui enim inuidiosum existeret
regnũ, cõtemptissima tot annis inopia profligatũ? Cũ rex diuinũ natalẽ celebrãs,
pane in domo non suppetente ieiunos circunquaq; penates aspiceret, erubescen-
da mensarũ inopia magnopere cõfusus, obducto manibus capite suffusoq; lachry
mis uultu, per summã animi ægritudinẽ temporis difficultatẽ gemitu prosecutus
est. Sanè tantulã dapẽ tot cõuiuis apponi defleuit, cõtemptissimã famẽ honoratis-
simæ lucis ignominiã iudicãs. Qui mihi alienã specie, suam re uera deploraſſe ui-
detur inopiã. Deinde supplicatione habita, superna cõtuitus autorẽ omniũ deũ ut
si quid iræ aduersus populũ cõcepisset, suo non eius periculo satisfaret orauit, infe-
licissimũ patriæ statum, difficilimũ temporis habitũ æstimans. Quippe tam inops
epularũ cõuiuium quo famẽ instruere potius q; pellere uideretur, principũ oculis
subijcere erubescebat. Nec difficiles numinis aures habuit: siquidẽ celerẽ fati uiã
obtinuit, sibiq; mortẽ, salutẽ patriæ, si qua modo parricidis uirtus ineſt, pia prece
cõciuit, ingenuoq; uiuendi pudore maximæ cladis pœnã auertit. Itaq; memoriæ
eius speciosius deposita uita q; gesta ascribi potest, qui fatũ patriæ finiendi spiritus
causam habuit. Porrò quantũ charitatis erga suos cordi insitũ haberet aperuit, cũ
& eorũ mala proprio capite luere uellet, & cõmune periculũ ad se solũ redundare
deposceret.

A depoſceret. Nempe quia ſuã pro ciuiũ ſalute deuouit, pij animi titulo fraudandus non eſt. Fortuna ſiquidem famẽ cum autore ſuo pari funere extulit, inediamq; ſa tietate mutauit. Huic Ericus natu proximus è Suetia reuocatus, magno omniũ fauore ſufficit. Huius ætas periclitanti populo labẽtis annonę ſubſidia reparauit, ſegesq; tempeſtiui imbris beneficio uiſitata conualuit. Nam regnante eo agrorũ habitus ad tantam ubertatẽ exceſſit, ut ſinguli cuiuslibet annonæ modij totidem denarijs permutarent. Sed & cõtinuis regni ipſius annis eadem agris ubertas inceſſit. Quo euenit, ut non ſolũ ex morũ, ſed etiam temporũ placidiſſimo uſu, boni cognomen acciperet. Tunc planè penuriæ copia, inopiæ ſucceſſit abundantia. Huius uiri uirtutes ſummatim cognoſcere, tædio non ſit. Nam præter ingentia animi decora, ſingularibus naturæ incrementis euectus, admirabili corporis magnitudine eò proceritatis exceſſerat, ut cæterorũ uertices humeris ſuperaret: nec longitudini inconcinna ſoliditas fuit, ut totam eius compagem exactiſſimo naturæ ingenio excultam elaboratãq; putares, quæ corpori grauitate conſpicuo conſentaneum uirium habitum conciliauit. Igitur ut corpore nullum, ita nec robore parem habuit, cum ſtaturæ laude egregia quoq; uigoris ornamẽta ſortitus. Haſtæ aut lapidis iactu ſedens ſtantes uincebat: neq; illi ſitus quo minus fortitudinis ſuæ experientiã æderet officere potuit. Eodem corporis ſitu ex robuſtiſſimis duos lucta aggrediebatur, dumq; alterum attrectaret, alterũ genibus compreſſum urgebat. nec ante deſtitit, quàm prius hunc, deinde illum pedibus ſubijciẽdo, amborũ manus poſt terga uinciret. Nec minori robore funiculorum certamen exhibuit. quippe unum dextra, alterũ ſiniſtra, continens eorũ extrema quatuor præſtantibus robore ex aduerſo diſtrahenda cõmiſit. Quibus eum nequicq; ſede ſua detrahere laborãtibus, ipſe funem utrinq; modo dextra, modo læua corripiens, ingenti

B fortitudine effecit, ut aut tenentibus reſtim excuteret, aut eoſdẽ ad ſe magnopere renitentes appelleret, funemq; ducere nequeuntes ſequi cogeret. Eidem quoq; ſpecioſiſſimus uocis habitus fuit. Siquidem cõciones non ſolum præſtanti facundia, ſed etiam tanta pronũciationis amplitudine celebrabat, ut in actionibus non ſolum à præſentibus, ſed etiam à procul poſitis liquidò exaudiretur. Præterea ad conciliandam ſibi populariũ beneuolentiã in extrema actionũ ſuarum parte mandati loco ſubnectere cõſueuerat, ut uiri coniuges ſuas ac liberos, necnõ & ſeruos cum primũ domos rediſſent, ſub eius titulo conſalutationis officio proſequerent, fore ſe cuiq; illius ſeruatorem promittens, cõmunemq; cunctis in exhibẽdo æquitatis cultu, debitorẽ affirmans. Verum hũc corporis eius animiq; fulgorem, ſola libidinis uis tetris intẽperantiæ maculis obſcurabat. Siquidem coniugalis copulæ tædio Veneris uſum pellicũ cubiculis intentũ habuit. quanq; ei fortuna uxorẽ formа ac moribus conſpicuã ſociaſſet. Nec defuit Botildæ tolerabunda mens ad inſolentiã mariti ſuſtinendã. Puellas ſiquidẽ quas ab eo adamari perſenſerat, maternæ dilectionis officijs proſequebat, easq; quo prõptius mariti ſtudijs indulgeret, quo ad uixit inter pediſſequas habuit. Quarũ ut formam quoq; concinniorẽ efficeret, ſæpenumero capitis earũ cultũ propriis manibus exhibebat. Cumq; abunde foret iram abieciſſe, addidit charitatẽ, & quia ſua ſpecie nõ potuit, aliena marito placere uoluit, uiriq; in eis affectũ colere, q; læſionis ſuæ uindictam agere præoptauit, ne clariſſimũ ducem turpitudinis reum ageret. Etenim amoris ſui raptrices officijs q; odijs inſequi ſpecioſius duxit. Itaq; non ſolũ mariti flagitiũ diſſimulatiõe texit, ſed etiã abſq; reſpectu pellicatus odium merentibus, gratiã erogare ſuſtinuit, uenerationе cõtemptũ, obſequijs iniuriã penſans, eoq; facto clariſſimũ muliebris patientiæ exemplũ præbuit. Quinetiã ſingulari moderationis beneficio poſteritati inſignem nominis ſui memoriã cõmendauit. Fuere Erico filij, Haraldus, Kanutus, & Ericus: ſed primus cõcubina, ſecũdus matrimonio, tertius adulterio ortus prodit.

Clarum mulie bris patientiæ exemplum.

C nec manſuetudinis ſpiritus regis fortitudini defuit, qui ut crudelitatis alienus, ita ſocordia uacuus medium inter deſidiam ferociamq; temperamentū teneret. Eiuſdem quoq; ſeueritas benigniſſime popularibus affuit: ne enim potentum auaritia æquitatis uinculum labefactaret, petulantiaq; iuris hebetudinē pareret, inſolentię rigorem oppoſuit, & quo plus à peruerſis loco deſtitit, hoc magis per imperium nocuit. Quippe cum à populariū oppreſſoribus parum per abſentiam timeretur, eoſdem ſubita ſatellitū manu interceptos ſuſpendio conſumendos curauit. Quo facto quid aliud quàm iniuriæ pondus arborea lance penſauit? Quamobrē maioribus formidoloſus, minoribus percharus euaſit, cum hos paterna indulgentia, illos regia ſeueritate inſequereť. Filias quoq; cōplures ex concubinatu habuit, quarum unam Haquino cuidam Beronianæ necis ultionē pollicito, præmij nomine nuptum dedit: frater ſiquidem Erici Bero Holſatijs Dytmerſiſq; ſubactis, eo loci ubi Vuermundi filium Vffonem, cum duobus Saxonicæ gentis lectiſſimis manū Duelli nomine conſeruiſſe proditum eſt, munitionē inhibendæ defectionis cauſa molitus, uallo foſſaq; inſulam cinxit. Cuius dominationē populariū quidam priuatim peroſus, concionātis latus haſta transfixit. Ea tēpeſtate Sclauorū inſolentia diu Danicæ rei miſerijs alita, quippe magis ocijs Olaui prouecta, quàm ullis eius negocijs retuſa fuerat, piratica noſtros acerrime laceſſebat. Sed & Autonē quendam ſplendidiſſimo loco natum, Falſtriam è Sialandia petentem, moriq; quàm intercipi præoptantē occidit. Enimuero ingenita Danico ſanguini uirtus, captiuitatis ſortem omni fato triſtiorem exiſtimat. Quam rem Skialmo candidus, frater hic Autonis erat, in celeberrimis Danorū concilijs querelarū frequentia proſecutus extudit, ut autoritate eius motum uulgus, unius necem omniū manu ulciſcendā decerneret. Adeò quippe regia maieſtas popularē euexerat, ut ei decernendarū

D expeditionū ius eſſet, armisq; publicis, non imperiū principis, ſed plebis arbitriū præſideret. Præterea Alli & Herri Scaniæ oriundi, ſed eius uſum facinoribus demeriti, Iulinū certiſſimū Danorū profugium proſcriptorū titulo petiuerūt. Cuius enixe negocia cōſectantes, maritimisq; patriam latrocinijs inceſſentes, rem Danicam atrocius profligare cœperūt. Tunc Danica iuuentus Iulinum adorta, fractos obſidione ciues, quotquot intra mœnia piratas habebant, cum pecunia pactionis nomine præbere coēgit. Quibus noſtri in poteſtatē acceptis, læſæ patriæ pœnas crudeliſſima mortis ratione expetendas duxerūt. Nam quo uiolētiore eos morte conſumerēt, reuinctis poſt terga manibus palis primū affigendos curabāt, deinde uentrium caua cultro rimati, nudatis extis primaq; uiſcerū parte protracta, cętera ſtipitibus explicabant, nec ante ſupplicīū remiſerunt, quàm tortos extis funditus aluo egeſtis, horridæ rapacitatis ſpiritū profundere coēgiſſent. Quod ſpectaculū ut ſpecie triſte, ita re noſtris perquam utile extitit. Non ſolum enim reis pœnā inflixit, ſed etiam cæteros conſimilē cruciatus cauſam uitare permonuit. Itaq; nō minori uiſentibus documēto quàm afflictis ſupplicio fuit. Nec ſemel quidem Ericus Sclauici roboris amplitudinē preſſit, & neruos debilitauit, ſed iterum ac tertio effrenata gentis illius ingenia tanto tempore retudit, ut nulla eum ulterius piratici æſtus procella pulſaret. Interea defuncto Egino Aſcerus clariſſimo inter lutos loco natus, Lundenſe ſacerdotiū ſumpſit. Fortè autē Hamburgenſis antiſtes obanes & falſas ſuſpitiōes Ericum execratione mulctandū cenſuerat. Quod ueritus rex, appellatiōe ſententiā pręcucurrit, Romamq; eueſtigio petiuit: ubi cauſæ ſuæ examine diligētius habito, pontificis accuſationē potenter repulit, cunctisq; defenſionis partibus actore ſuperior rediit. Nec cōtentus efficaciſſimū cauſæ dictionis ſuæ propugnatorē egiſſe, aduerſariæ partis odio penetraliū ſacrorū decus externo ſacerdotio ſubiectū habere paſſus non eſt. Quamobrē Romam regreſſus, tum ſe, tum etiam patriā ac domeſtica ſacra Saxonica prælatione liberati petiuit,

ne

A ne religionis ratione exteris admodum obsequi cogeretur, aut eius disciplinã ab alienigenis petere necesse haberet. Nec difficilẽ curiæ consensum habuit. Quæ ne clarissimũ uirum repulsa afficeret, tum dignitatis, tum etiam fatigationis eius intuitu mota, petitioni annuit, secꝫ regnũ ipsius summi sacerdotij insignibus adornaturã spopondit, atcꝫ ea promissorũ spe regem à se exhilaratũ dimisit. Sed tristioris fortunæ quod sequitur. Reuersus nancꝫ Ericus cum more regio domi in propatulo cœnitaret, inter alios quendam musicæ rationis professorem adesse contigit. Qui cum multa super artis suæ laudibus disputasset, inter cętera quocꝫ sonorũ modis homines in amentiã, furoremꝫ pertrahi posse firmabat. Quinetiã tantas fidibus uires inesse dicebat, ut perceptis earũ modulationibus astantes mente consternaturos negaret. Cumꝫ an eiusmodi usu calleret interrogatus, peritiam fateretur, tum precibus regis, tum etiam minis effectũ præsentare cõpellitur. Qui cum nec uecordiæ metu, nec periculi prædictione imperantẽ auertere potuisset, ne furori nocẽdi materia suppeteret, primũ æde armis uacuefacta, complures extra auditũ citharæ in ambitu collocandos curauit, oriente uesaniæ strepitu fores irrumpere, ereptamꝫ manibus suis citharam capiti illidere iussos, ne ulterior eius modulatio superuenientes quocꝫ mente captos efficeret. Monuit quocꝫ præstò esse qui furentium uesaniæ ualenter occurrerẽt, ne lymphantes demẽtia in rixam uersa, mutuis seipsos uiribus interimerẽt. Obtemperatũ consilio est. Igitur armis domo egestis, clausstrorũꝫ custodia obseratis, fidibus operam dare exorsus, inusitatæ seueritatis musam ædidit: cuius prima specie præsentes ueluti mœstitia ac stupore cõpleuit. Qui postmodum ad petulantiorẽ mentis statum uegetioribus lyræ sonis adducti, iocabundis corporũ motibus gestiendo, dolorem plausu permutare cœperunt: postremo ad rabiem & temeritatẽ uscꝫ modis acrioribus incitati, captum amentiæ B spiritum clamoribus prodiderunt. Ita animorũ habitus, modorũ uarietas inflectebat. Igitur qui in atrio melodiæ expertes constiterãt, regem cum admissis demẽtire cognoscũt, irruptacꝫ æde furentem complexi, cõprehensum continere nequibant: quippe nimio captu furoris instinctus, eorũ se ualide cõplexibus eruebat. Naturæ siquidem eius uires etiam rabies cumulabat. Victo itacꝫ colluctantiũ robore procursum nactus, cõuulsis regiæ foribus, arreptoꝫ ense, quatuor militum continendi eius gratia propius accedentiũ necem peregit. Ad ultimum puluinarium mole quæ undicꝫ à satellitibus congerebãtur obrutus, magno cum omnium periculo cõprehenditur: ubi uero mente constitit, læsæ primum militiæ iusta persoluit. ut autem acrioribus expiationis modis pœnitentiã æderet, redimendæ noxæ gratia, religiosæ peregrinationis propositũ amplexatus est, Iudæamꝫ diuinæ uisitationis memoria uenerabilem adire constituit. Cuius studij sanctitatem cum diu tacitus animo reuoluisset, tandem ijs maxime quos ob excellentem corporis habitum profectionis suæ consortes destinabat, insinuat. Quibus rem dolenter ferentibus, idipsum apud celeberrima patriæ concilia publicauit. Quod cũ in Vuibergica quocꝫ concione uulgasset, attonita multitudo perinde ac patrem amissuram foret ingemuit, absentiam eius pernicioſam patriæ futuram uociferans, inꝫ eo remorando tota plebs unius plorabundi amici uultum habuit. Ad ultimũ lachrymis suffusa supplicem se eius genibus aduoluit, magnopere deprecans, ne magis priuati uoti quàm publici cõmodi debitum intueretur, eumꝫ plus Deo syncera regni administratione, quàm exilio placiturum affirmans. Ille precibus concionis uoti religionẽ opposuit, eiusꝫ titulo propositi pertinaciã tuebatur. Nec populo ad refellendã excusationis rationẽ consilij sagacitas defuit. Redimendi nancꝫ uoti gratia tertiã se rei familiaris partẽ egentibus erogaturã promisit. Sed ne sic quidẽ tenacissimã sanctitatis eius perseuerantiã labefecit. Negabat enim rex honestatẽ culpa redimi posse, secꝫ alieni æris interuẽtu uoto liberũ fore, futurũ asserẽs si con

Citharœdus insignis, affectus hominũ pro uoto inflectens.

C ditione uteretur, ut & se periurij, & patriã paupertatis periculis implicaret. Malle uero proprio sumptu profectionẽ instruere, quàm aliunde impensarũ necessaria mutuari, ne alieno grauamine ad peragendum deuotionis propositum uteretur. Itaq; seductos maiores de substituẽdo interim procuratore consulere cœpit, non quia prudentia fallebatur, sed ne præteritis aliorũ consilijs, suo indulsisse uideretur, priuatam sententiã publicæ præferendo. Quo audito principes id se consulturis optioni permittere responderũt, nec hac quidem in re de eius industria dubitaturos, cuius summã in alijs solertiam didicissent. Tunc rex Haraldum filium quẽ præstantior ætas honori tempestiuũ effecerat, regis partibus perfunctorie donat. Scialmoni uero candido splendidissimæ atq; integerrimæ dignitatis uiro, cui non solum totius Sialandiæ, sed etiam Rugiæ uectigalis à se factæ procurationẽ detulerat, peragendæ circa Kanutum educationis officium mandat. Ericum autẽ obscuriore loco natum hebetiore quoq; cura complexus, minoris potentiæ tutoribus applicauit. Quibus dispositis ut granditatis suæ speciẽ consentaneo corporũ habitu minueret, proceriſſimos quosq; peregrinationis participes legit, sicq; alienæ staturæ spectaculo, suæ miraculum temperauit, ne singularis eius magnitudo uisentibus exteris ludibrio foret. Nec piger Botildæ ad consectanda mariti studia animus fuit. Quem quidem eodem uoto, sed diuiduo toro secuta, profectionis meritũ pudicitia cumulauit. Sed neq; Ericus patriæ quam deseruit curam abiecit. Ne enim Dani sub externo pontifice sacrorũ munera celebrarẽt, missis ad curiam legatis, in ornamentũ domesticæ religionis maximi sacerdotij insigne expetendũ curauit. Nec eum Romanæ promissionis fides fefellit. profectus enim à curia legatus, qui sacri insignis prærogatiua nostræ gentis sacerdotiũ adornaret, cum celeberrimis Danorũ urbibus inspectis cuncta curiosissime collustrando, nõ minorem D personarũ quàm ciuitatũ respectum egisset, Lundiæ ob egregios Asceri mores, tum quod ad eam è finitimis regionibus terra mariq; transitus abunde pateat, hunc potissimũ honorem deferendum existimauit. Nec solum eam Saxonica ditione eruit, sed etiam Suetiæ, Noruagiæq; religionis titulo magistram effecit. Nec parum Dania Romanæ benignitati debet, qua non solum libertatis ius, sed etiam exterarũ rerum dominiũ assecuta est. Interea Ericus petitam nauigio Ruscią terrestri permensus itinere magna Orientis parte transcursa, Byzantium ueniebat. Quem imperator nequaq; urbe excipere ausus, extra mœnia tendere iussum hospitalitatis officijs prosequebat, ratus religionis simulatione dolum intendi. Siquidem famam eius ac magnitudinẽ suspicione insecutus, impensis eum quàm mœnibus fouere maluit. Ad hæc, Danos summa à se familiaritate cultos eadem suspicionis occasione notabat, perinde ac maiorem patrij regis quàm stipendiorũ suorum respectum acturos. Inter cæteros enim qui Constantinopolitanæ urbis stipendia mererentur, Danicæ uocis homines primum militiæ gradum obtinent, eorumq; custodia rex salutẽ suam uallare consueuit. Nec imperatoris Ericum opinatio fefellit. Verum re dissimulanter habita, uenerandorũ sacrorũ gratia ciuitatis introitum expetiuit, præfatus maxime se eo loci celebrandæ religionis amore perductum. Imperator collaudato petentis studio, postero se die postulationi responsurum promittit. Interea qui ex Danis Græcorũ militiam secuti fuerant, imperatore adito, regem suum consalutandi potestatem efflagitant, permissisq; segregatim egredi iussum, ne simul omnium animos una regis hortatio caperet. Subornauerat enim imperator utriusq; uocis peritos, per quos eorum Ericiq; colloquia discerent. Primum itaq; consalutato rege considere iubentur. Tum ille fari exorsus, docet Danos Græcorũ stipendia merentes iandudum honoris arcem uirtutibus impetrasse, indigenis exules imperitare, multoq; foris quàm domi feliciores existere. Ad hæc, imperatorẽ eorum fidei capitis sui custodiam credere, eumq; prælationis

A lationis usum non tam ex eorum meritis, quàm ex illorum qui ante eos Græcorũ militiam coluissent, uirtute progenitum. Quapropter magnopere eis curandum esse, ne plus temulentiæ quàm sobrietatis studijs indulgerẽt, susceptæ militiæ me lius affuturi, si neq; se uino, neq; regem solicitudinibus onerassent. Fore autem si frugalitatis normam deseruissent, ut militiam segnes, iurgia alacres exequerẽtur. Monuit quoq; ne manum cum hostibus conserturi, maiorem uitæ quàm uirtutis curam agerent, néue mortem fuga præcurrerẽt, aut salutem suam ignauiæ præsidio tuerentur, promittens se cum primum in patriam rediissent, fidelem eorum operam beneficijs pensaturũ. Quod si uiriliter dimicantes spiritum in acie profudissent, propinquos eorum ac necessarios honore prosecuturũ. His itaq; consentaneis modis uniuersos affatus, propensam Danorum fidem Græciæ conciliauit. Cuius rei imperator per subornatos certior factus, falso Græcis sapientiæ prærogatiuam ascribi inquit, quod ducis fidem notassent, cuius gentem toties alienam perfidiæ cognouissent. Siquidem probatissimo popularis constantiæ experimento regiæ fidei habitus æstimari poterat. Cumq; eum religioni potius quàm fraudi intentum aspiceret, urbe exornari iussa, ac plateis cultius stratis, dextera manu uenerabiliter exceptum ad curiam & palatium usque magno cum omni tripudio triumphantis more perduxit, & cui suspicionem immerenti inflixerat, honorem quo maior ab homine præstari non poterat, erogauit. Quinetiam ei perinde atq; honoratissimo hospiti regiam cessit, eaq; nemo deinceps imperatorum uti uoluit, ne quis se maximo uiro tecti cõmunione æquasse uideretur, hospitijq; reuerentia perpetuũ hospitis monumentũ existeret. Quinetiam accersito qui staturam eius mensuræ parilitate comprehenderet, stantisq; & sedentis habitum quamdiligentissime coloribus complecteretur, tantæ magnitudinis admirationẽ perenni spe-

B ctaculo repræsentandam curauit. Et ne tantum hospitem indonatum dimitteret, complacita postulare præcepit. Quem cum facto opum contemptu sacros potissimum cineres exoptare cognosceret, honorandis ossium reliquijs donat. ille religiosum munus cupide amplexatus, idipsum imperatoria bulla assignatum Lundiam, Roskildiamq; deportandũ curauit. Et ne ortus sui locum ueneratione uacuum sineret, Slangathorpiam cum Nicolai sacratissimis ossibus diuini patibuli particulam transtulit. Quippe & oppidi illius templũ molitus, & eo loci ubi nunc aram uidemus, matre æditus proditur. Præterea oblatum ab imperatore magni ponderis aurum spreuit, ac repudiauit, ne postposito continẽtiæ studio, Græcas opes appetere uideretur. Quem mox imperator iniuriæ reum agere cœpit, affirmans se non donum contemptu ab eo fuisse perfusum, abiectisq; precibus unico notæ irritamento oblatis uerecunde eum uti coëgit. Et ne rex accipientis potius, quàm erogantis partes agere uideretur, humanitatis eius officijs mutua liberalitate respondit. Sed donis eius precium nouitas fecit, barbarumq; munus hoc imperatori charius, quo Græciæ rarius fuit. Deinde piraticis ab ipso nauigijs, commeatuq; donatus, Cyprum cõtendit. Cuius insulæ natura adeò quondam tumulorum impatiens fuit, ut mandata sibi interdiu corpora, proxima nocte reijceret. Hic rex febri implicatus cum uicinum sibi fatum adesse cognosceret, apud celeberrimã Cypri urbem corpus suum funerari petiuit, præfatus tellurem aliorum cineres respuentem, suos quietius habituram. Igitur pro uoto tumulum nactus, corporis sui beneficio uetustam humi indignationem repressit, eamq; humanis ante cadaueribus reluctantem, non solum suæ, sed etiam alienæ sepulturæ patientem effecit. Coniugem quoq; eius idem peregrinationis labor finiuit. Iamq; tota regis stirps Suenonis ad tres tantum filios, Suenonem, Nicolaum, & Vbbonem redacta fuerat. Nam ut ex supra positis liquet, Kanutum, Benedictum atq; Beronem ferrum abstulit, cæteros morbus absumpsit. A discessu uero Erici biennium

Cypria tellus humanorũ cadauerũ quondam impatiens.

C interceſſit, antequã Dania certum mortis eius nuncium accepiſſet. Igitur Sueno natu ab Erico ſecundus tantopere regnum ætatis fiducia affectabat, ut nequaquã cõmunem patriæ ſententiam duceret expectandam, uocataq; Vuibergum concione, publici delectus arbitrium unius prouinciæ iudicio præcurrere non extimeſceret. Et fortaſſis morum ſuorum obſcuritatem perſpicaciori cenſuræ committere uerebatur, ideoq; faſtigium paucitatis conſenſu rapere, quàm fortunam ſuam incerto multitudinis decreto ſubijcere maluit, partiumq; ſuffragijs occupare, quod uniuerſorũ erat ſententia tribuendum. Sed dum citato equitatu curſum ad Vuibergicæ concionis locum dirigit, corporis firmitate defectus, quo lenius cõmodiusq; ferretur, carpento ſe excipi iuſſit, affirmans hilariter obiturum, ſi ſaltem ſub regis titulo triduum exegiſſet. Neq; enim neruorũ hebetudo, aut membrorum tarditas feſtinabundæ mentis curſum reflectere potuit: ſed ob morbi magnitudinem huius quoque uſum peroſus, miniſtris properare iuſſis, lecticam poſcit, præfatus nil ſe curaturum, ſi rex à populo ſalutatus, ſpiritum in concione deponeret. Enimuero inſopibilis ambitionis calor imbecillitate ſuperari non potuit. Sed dum aduerſæ ualitudinis immemor ſupra uires concionem appetit, non regno fatum, ſed fato regni titulum præcucurrit. Reſtabat igitur ut circa Nicolaum, Vbbonemq; delectus perageretur. Nam Haraldus ſumma ſibi popularũ odia iniquiſſima regni adminiſtratione pepererat. Quippe procuratione in calumniam uerſa, tam fœde ſe, tamq; deformiter geſſerat, ut abiecto iuſtitiæ cultu rapinis ac latrocinijs teterrimam in ſubiectos potentiam exerceret, plebemq; omni iniuriæ genere fatigaret. Quo euenit, ut cuncti ſordidiſſimam eius dominationẽ peroſi, nequaquã regnum oppreſſori deferendum putarent, indignum rati iniurias ſuas obſequijs, anguſtias honore rependi. Cunctis ergo Yſoram coëuntiD bus, cum ob ætatem Vbboni ſumma decerneretur, Nicolaus ſolus qui id ægre laturus putabatur, maximo fauore concionis ſuffragia comprobabat, quod Sueno nis filij pro ætatis habitu regni inter ſe ſucceſſionem uerſare conſueuerint, ſemperq; minorem maior honoris huius hæredem habuerit. Vbbo uero parum ſollertiæ uiſus, ueluti ſecordiæ conſcientia tanto oneri humeros ſuos ſubijcere recuſauit, uegetioris ingenij fratrem eo munere digniſſimum aſſeuerans. Enimuero animi ſui imbecillitatem, proprio quàm alieno iudicio metiri prudentius duxit. Sed mihi quidem uitandæ præſumptionis gratia, humilius quàm uerius de uirtute ſua ſenſiſſe uidetur, cui melius reſpuendo regnum, quàm amplectendo conſuluit. Eo quidem honore dignior, quod oblatum ſibi fraternæ prudentiæ cedere non erubuit. Et quidem Dani parum iuſta æſtimatione tam modeſtam eius uerecundiam proſecuti, ignariq; prudentem uirum fugiendi oneris rationem inertiæ ſimulatione quæſiſſe: quem perſeuerantia ſuperare debuerant, negligentia præterire ſuſtinuerunt. Quis enim mentis compos huius refertum induſtria pectus ignoret? qui ſe intra priuatum fortunæ habitum continere, quàm dignitatis incrementa cura ac ſolicitudine quærere præoptauit.

HISTORIAE DANICAE LIBRI DVODECIMI FINIS.



GITVR Nicolaus ſuſcepto regno adeò animum ab omni fa ſtu auerſum hab uit, ut nihil ex priſtina manſuetudine ſua de cerperet, totamq; præteritæ uitæ cõſuetudinẽ retinens, cum fortuna animũ mutare paſſus non eſt, ne potius fortunæ mo res, quàm moribus fortunã ſubijcere uideretur. Præterea ne patriã ſumptuoſa clientela ac uoracibus oneraret impenſis, quotidianã militiã ſuam ſex tantũ aut ſeptem clypeis ob ex= turbanda latrocinia contentã habuit, nec petulantiorẽ regem, quàm militem egit. Duxit autem Margaretã patre Ingone Sueonum rege, matre uero Helena natã, cuius caſtitatem rex Noruagienſiũ Magnus coniugio delibauerat. Qui quum ſe= dulo Sueones adortus, in Hallandenſes etiam arma proferret, inopinata eorum irruptione perculſus, ut erat calciamentis uacuus probroſum ad naues recurſum habuit, eiusq; fugæ deformitatẽ etiam cognomine uſurpauit. Cuius manũ Ingo ſaluti ſuæ perniciter imminentẽ ferre nequiens, merendę pacis gratia filia ei in ma trimonium tradita, periculum beneficio repulit. Ex hac itaq; Margareta Magnus prolem non ſuſtulit. Nicolaus infelicibus ſobolẽ auſpicijs propagauit. Cuius fi= lius Ingo initio adoleſcentiæ effrenis equi laſciuia excuſſus, eiuſdemq; ungulis ar tuatim obtritus, ſplendidiſſimũ ſanguinẽ luteis uiarũ ſordibus erogauit, triſtiſſi= moq; fati genere cõſumptus, ſparſis uiatim membris, lacerũ humi cadauer iacuit. Pædagogus quippe eum equo aſſuefacere cupiens, habenas manu cõtinere per= miſit, quarũ regimini intempeſtiuus adoleſcens pede ſubſellijs inhærente, conti= guum ſolo corpus habuit. Magnus uero felicioribus naturæ quàm fortunæ incre
B mentis euectus, teterrimũ cõſanguineæ cædis piaculũ ædidit, atq; ad notiſſimũ fi= dei exemplũ euaſit. Cui mater ampliorẽ propinquorũ fauorẽ affinitatũ beneficio creare cupiens, Henrico Regnaldi fratris Kanuto Ingiburgã ſororis filiam coniu gio copulauit. Paterna uero bona in æquales admodũ portiones partitione rede= git, unam ſibi, cæteras nuptis (quas præfatus ſum) diuiſionis parilitate cõtribuens. Hinc Danorũ, Sueonumq; diſſenſio orta, ac deinde cõpluribus inimicitiarũ incre mentis coalita, ad hoc uſq; tempus ueteris odij tenaciſſima perſeuerat. Præter hęc Ingritha Vbboni cuidã poſtmodũ denupta, Nicolao ex pellice nata proditur. At Margareta non ſolum diuinarũ ædium opes latifundijs auxit, ſed & totis uiribus ad augendũ eorum ſplendorẽ incubuit, ſacerdotaliſq; cultus inopiã exquiſito or namentorũ genere permutauit. Enimuero quo rem diuinam ornatiorẽ efficeret, pallas, laticlauias, cæteraq; ſacerdotij inſignia cõdere, atq; ſacrorũ uſibus erogare curæ habuit. Henricus uero Guthskalci ex Siritha filius maternis à Nicolao bo= nis indigne ſpoliatus, tam acrem eorum repetitorẽ agere cœpit, ut Danis infatiga= biliter imminens, ipſum intra Sleſuici fines ad tuendã ſalutẽ ſuam ſtatione & excu bijs uti cogeret. Interiectã Albiæ Sleſuicoq; prouinciã cultore uacuefecit. Cuius rei ulciſcendæ gratia Nicolaus excita claſſe, Liutcham appellit, Eliuo Sleſuicenſis præfecturæ uiro equeſtres obuiã ſibi copias ductare iuſſo. Necdum enim Dani externas obequitando pugnas cõficere nouerant. Verũ præfecti leuitas pecuniæ ab Henrico pactione corrupta, cupidius quæſtũ, q; imperiũ intuebat. Itaq; Nico= laus Sclauicis in campis uacuã equis phalangẽ explicat. Tunc Sclaui pedites obe= quitando laſſare, quàm cum tota acie manum cõſerere tutius rati, nunc alas, nunc cornua circumuolando, eademq; uarie iaculis inceſſendo, obliquis hoſtẽ inſulti= bus lacerabant. Procurſu nanq; in eum directo fuga referebantur, nec recurſum ſegnius quàm impetum ædebant, noſtrorũq; maiore mole quàm pernicitate ſibi imminentiũ ex aduerſo congreſſum uitantes, reiectis habenis, aduerſos preme=

C bant. Terribilẽ bello uirtutẽ furtim & quasi insidiarũ latrocinijs attentantes. Ita laxata debilitataq; Danorũ acies, quia rem in plano parum feliciter gesserat, uicini montis editum occupauit, salutem suam quam armis tueri nequibat, loci præsidio munire cupiens: eoq; potita, uerticis beneficio subiectũ hostem secura conspexit. Die postera ne loci, quàm suis uiribus munitior uideretur, ancipitem campi fortunam repetere, quàm certo montium tutamento gaudere maluit. Sed equestris militiæ spiritum pedestris ferre non potuit. Quo euenit, ut amissum pugnæ decus recuperare nitentes, pristinæ cladis ignominiam postera cumularent. Crediderim hanc pugnæ fortunam ab instrumentorũ magis, quàm animorũ inopia profectam, quia dum fortitudinis spiritus parum curiose prima militiæ commoda circunspexit, nõ metus sed inertiæ pœnas pependit, suaq; potius negligentia quàm alienis uiribus proculcatus occubuit. Haraldus re fortiter gesta adeò grauiter affectus proditur, ut gradiendi inops clypeoq; à suis exceptus, alienis manibus carstra sequeretur. Kanutus quoq; per summam uulnerum acerbitatem pedum firmitate defectus, promptissimã militis fidẽ expertus est. Qui ne dominus ab hoste interciperetur, periculum eius suo discutere non dubitauit. Socijs nanq; de industria fugere iussis, ipse corporis simulatione cursum lentius agens, imminenti sibi Sclauo manus obtulit uinciendas, eiusdẽq; propius obequitantis habenas corripiens, lata à socijs ope, equo barbarum spoliauit. Quo potitus, protinus eo summam Kanuti imbecillitatem adiuuit. Igitur ut callidæ, ita periculosæ fortitudinis felix exitus fuit. Subeunte crepusculo nostri infelicem pugnæ euentum sortiti, reliquias suas unico repetiti uerticis præsidio tuebantur. Cibo quoq; & potione defectos præter uulnera ac lassitudinem etiam alimentorum inopia lacerabat. Igitur

D ad ultimam penè tabem redacti, quum & pericula undiq;, & nusquam auxilia circunspicerent, quippe & Scanensiũ tempestate detinebatur aduentus, & Elinus pecunia ab Henrico corruptus, reddita tarditatis ratione, copias ducere supersedebat, humanæ opis desperatione ad cœleste præsidium cõfugerunt, absumptęq; spei suæ reliquias in dei, quàm hominum fortitudine reponere maluerunt. Postera uero die qua Laurentianæ uigiliæ sacra recolebantur, diuinam potentiam nullo melius, quàm frugalitatis uoto propitiandam rati, concione lugubriter habita, lucem qua uel priuatum Laurentij, uel publicum sanctorum solenne præcurrimus, siue quam diuinæ passionis memoriæ dedicare consueuimus, annuo temporum uolumine repetitã, ab omni Danica ætate continentissima iesunij religione excolendam promittunt. Quod uotum publicæ necessitatis exigentia nuncupatum, exactissima posteritatis cura firmauit, indignum rata statam à maioribus continentiam stomachi impatientia atq; escarum auiditare conuellere. Diluculo uero nostrorum acies centuritatis globis naues repetere adorsa, Scanienses nuper classe aduectos obuios habuit. Quorum aduentus beneficio recreata, ipsos perinde ac corpore & uiribus integros ne terga ab equitatu incesserentur, curare iubet. Deinde composito gradum agmine promouens, cum fortè limosam obiecti lacunaris uoraginẽ trajcere debuisset, neq; eam ullo compendij deflexu uitare quiuisset, peragrare adorsa, sed mox palustri cœno tenacius implicata, ac desidentis luti illuuie præpedita, confuso transitionis impetu similem fugæ tumultum ædebat. Maior pars labili paludis mole pessundata, pecorum more ab hostibus trucidabatur. Ita transmeandi auidis improuidaq; & cæca festinatione ruentibus impedimentũ periculo fuit. Tandem ægre in littus reditum, discessumq; est. Cũq; Sclaui perinde ac uictoria freti uerbis uirium suarũ laudem præ se ferentibus, Danicas uituperio insequerent, & quasi illarum imbecillitati fortitudinis suæ iactantia procacius insultarent, Henricus qui probe nostrorum animos nouerat, diuersa se, inquit, hostium robur æstimatione complecti, quippe regis eorum in equo

præualido

A prævalido exemplum liquere. Qui ſi uires ſuas ſciſſet, omne equitis imperium ſperneret. Quas quoniam ignorat, facile inſidentis arbitrium patitur. Ita Nicolaũ ſi uiribus ſuis fidem haberet, cuncta proſpere, diffidentem uero nihil feliciter exe cuturum. Poſt hæc Elinus quod patriæ fortunam uenditauerit à rege perfidiæ da mnatus, nõ ſolum præfecturæ beneficio, ſed etiam patrimonij rebus ignominio rioris pugnæ ſucceſſum audaciæ incrementis euectus, littorales Danos piratica laceſſendo, non ſolum Eidoræ finitima, ſed etiam cuncta Sleſuico Vallocꝫ quod Danorum opus uocamus interiecta uaſtabat. ipſam interdum urbem illatis clàm per nauigia copijs improuidam aggrediebaꝫ. Itacꝫ poſt exactum Elinum adhuc finibus illis prouiſore uacuis, creberrimę exterorũ uiolentiæ etiam domeſtica fur ta acceſſere, tantocꝫ ciuitas intus ẽꝫ foris acerbius urgebatur, quanto ad nocendũ occulta manifeſtis proniora noſcuntur. Aeque ciuis ut hoſtis formidabaꝫ. Quip pe Freſones cum Holſatijs ac Dytmerchis impunitatis ſpe ob præfecturæ uaca tionem concepta, dies latrocinijs, nocles furtis emetiebantur, & ubi faſtigia nequi bant, imas ædium partes ligonibus adorti, cuniculis cuſtodem fallebant. Nec mi nor ædituorum in aſſeruandis rebus cura flagrauit. Equi intra repagulum ne fur tim abſtrahi quirent, ferro compediebantur. Aedium excubitores uberioris cau telæ gratia, ualuis affixi iacebant. Nec ſerarum clauſtris contenti, etiam foſſa adi tus obfirmabant. Ita graſſante latrocinio quidam ingenuæ ſtirpis plurimorũ pau pertatem partarum nequiter opum incrementis abolitam cernens, abſcꝫ reſpectu uerecundiæ eadem amplecti animũ induxit, clariſſimamcꝫ indolem ſuam ſpe lu cri incitatam, ex ſummo nobilitatis faſtigio in obſcœniſſimã atcꝫ profundiſſimam turpitudinis ſentinam abijcere nõ erubuit. Ita ſanguinis decore indecenter uſus,
B uires generis ad ſcelerum licentiam tranſtulit, & quod uirtutibus nutrimentũ eſſe debuerat, uitijs obtentui fecit. Siquidem nulli facta eius aperta criminatione inſe quendi audacia fuit, tantocꝫ propenſior delictis impunitas habebaꝫ, quanto con ſpectior delinquentis noſcebatur autoritas. Ea tempeſtate miſſi à Kanuto qui pe cuniam quam educator eius depoſiti nomine conſeruauerat, in Fioniam è Sialan dia transferrent, cum ab utrocꝫ littore æque diſtante nauigio procul piratas im minere conſpicerent, expenſam fune crumenam undis occultauere. Poſtremo cum ſe parum potentes remigij animaduerterent, fugæ diffidentia implicati, reci ſo tenaculo, uetuſtas regum opes harenis, quàm hoſtibus relinquere maluerunt. Quam rem Nicolaus in Sialandiam ex Fionia traijciens tametſi eminus ſpecula retur, periclitantibus præſidio fore nequiuit, quod exiguis & inhabilibus ad remi gium nauigijs uteretur. Poſtea cum Kanutũ iocundũ præ ſe uultum ferentẽ con ſpiceret, oris hilaritatẽ increpans ob recentẽ auiti paterniꝫ æris iacturã, dolere ei admodũ expedire dicebat. Ille nihil hac ſe moueri fortuna dicebat, ſed eius bene ficio ſummã liberalitatis occaſionẽ accepiſſe reſpondit: ut enim ante nihil ex pater narum opum cumulo decerpere auſum, ita deinceps acceſſuras abunde erogatu rum. Maximũ quippe auaritiæ nutrimentũ diuitias eſſe, quas quiſquis aſſeruare intenderit, humanitati uacare non poſſit. Qua uoce ſe pecuniæ, ſed eam regi impe rare monſtrabat. Cuius rei præcipuũ extitit documentũ quod ſequitur. Cum ob creberrimas acerrimasꝫ finitimorũ excurſationes nemine Sleſuicenſis præfectu ræ beneficiũ etiam oblatũ recipere audente, Kanutus tam periculoſum à patruo honorẽ non opum cupiditate, ſed fiducia uirtutis expeteret, necꝫ gratis eum impe trare quiuiſſet, uendita patrimonij parte, formidoloſum alijs munus precio aſſecu tus eſt, eam demũ quæſtuoſam eſſe militiã ratus, qua gloriæ & claritatis ſtipendiũ potuiſſet acquiri. Ita rex extimeſcendũ ignauiæ decus uirtuti uenale fecit, emptor uero plus lucri in militiæ, ẽꝫ opũ agitatione repoſuit. Principio ſiquidẽ perceptæ

Diuitiæ, nutrimẽtũ auaritiæ

C poteſtatis Henrico per legatos mandat libenter ſe cũ eo de pace acturũ, ſi primũ & damna lutiæ emendatione penſata, & ſpolia ab ipſo reſtituta fuiſſent. Quibus profectis ipſe interim perinde ac reſponſi pręſcius, non ſolum ſuorũ, ſed etiam eorum quos ex finitimis amicos habebat, manu cõtracta legatorũ reditũ armis ſubſequi ſtatuit. Henricus ſe neq; cum Danis amicitias geſturũ, neq; à materne hæreditatis petitione ceſſaturũ reſpondit. Quo accepto Kanutus rurſum ad eum legatos mittit, omnẽ ſequeſtre pacis cõmunionẽ publice reciſuros. Quorũ Henricus irriſa legatione, Kanutũ impatienti ſeſſoris equo perſimilẽ ait, ſe uero petulantiæ eius frenos inijcere curaturũ. His auditis Kanutus, ut magno impetu, ita minimo tumultu noctu iter ingreſſus, ferriq; & prædæ abſtinẽs quo minus aduentus eius prouideret, diluculo ad Henrici munitionẽ peruenit. Ille tam ſubitæ irruptionis incautus, nec arma capere, nec ſe præſidio tueri parat, ſed protinus uicinũ mœnibus flumẽ equo attentans, unico aquæ interſtitio hoſtẽ fefellit, lætatusq; eſt quod ſalutem ſuam amni quàm oppido credere maluiſſet. Quem cum Kanutus ulteriore iam ripa potitum aſpiceret, an maderet per ludibriũ percontatus eſt. A quo econtrario quid ita incederet interrogatus, ueniſſe ſe, inquit, ut promiſſa ab eo lora recipiat. Ille minas ſibi quas nuper intenderat reſponſi urbanitate exprobratas intelligens, ignominiã ioco proſequutus, adeò mihi, inquit, calciũ uiribus obniti uideris, ut ne tangi quidem cõtineri ue queas. Tunc Kanutus prius caſtrũ, deinde cæteræ regionis culta uaſtauit. Secundo quoq; nouatis copijs omnẽ Sclauiã ſtrage atq; incendio implicauit: nec ſolum patriã hoſte, ſed etiam hoſtem robore uacuefecit, adeò ut prius prouocare ſolitũ ne propriæ quidem tutelæ ſufficientẽ relinqueret. Poſtremo cum totas Henrici uires prudentia ſua ac fortitudine debilitaſſet, ſanguinis quo illum proxime cõtingebat natura actus, ut publice hoſtẽ ita

D priuatim amicũ egit. Semel nanq; dimiſſo exercitu uiginti duntaxat equitibus comitatus, ad locũ in quo Henricũ diuerſari didicerat, curſum direxit, præmiſſis qui ſuæ ei ſalutationis mandata perferrẽt. Henricus falſò hoſtẽ ſibi blandiri inquiens, protinus ubinam eſſet perquirere inſtitit. Quibus eum in porta adeſſe referentibus, ipſe nuncio attonitus, menſam ad quã fortè prandendi gratia diſcumbebat, ui manus diſcutere parat. Tũc legati præſentiã ducis à pace profectã iurantes, conceptum falſo metum affirmationũ ſuarum perſeuerantia diſcuſſerunt. Quibus ut Henricus fidem habuit, fugæ meditationẽ amoris indicio caſtigauit. Enimuero rabulæ innixus ſuffuſo lachrymis ore infelicẽ Daniam futurã dum tali uiro caruerit, aiebat: ſe uero amicitiã eius ſyncera amodo fide culturũ. Hunc nimirũ conſanguineus amor & ſuæ infelicitatis obliuiſci, & hoſtis uirtutẽ fateri coëgit, utq; propriæ fortunæ immemorẽ, ita alieni laudatorẽ effecit. Deinde præſentẽ amplexatus, haud parcius lachrymas quàm epulũ præbuit. Quippe præſentẽ eius manſuetudinẽ q; præteritas noxas attentius intuens, frequentiæ damnorũ unius beneficij indulgentiã antepoſuit. Sed neq; Kanutus profectũ à pietate mœrorẽ ingratus excepit. Quinetiã plus in creanda pace q; fruenda dape uoluptatis reponens, & quaſi mediatoris partes agere exorſus, Henricũ auunculi gratiã expetere iuſſit, ac demum conſenſum eius perſeuerantia admonitionis obtinuit. Siquidem Henricus rem maternã, cuius repetendæ cauſa aduerſa Danis arma tulerat, præcij pactione interpoſita, Kanuto in poſſeſſionẽ aſcripſit, eandemq; Kanutus adregem conditionẽ quã acceperat tranſtulit, ac deinde receptã ab eo pecuniã Henrico numerauit. A quo etiam poſtmodũ ad conuiuandũ accerſitus excipitur, affirmante priori eius aduentui minus q; decuit impenſe ſeruitũ. A quo etiam Henricus nuper ſe uita atq; incolumitate donatũ iudicans, Sclauiam ei iuriſiurandi firmitate legauit. Huic acceſſit quod ad gerenda cũ Theutonicis bella, quibus præcipue Sclauia uexabat, filiorũ uirtutibus diffidebat, maluitq; maturũ fortitudine

hærcdem

A hæredem circunſpecta arbitrij ſui libertate conciſcere, quàm ſub naturali ſed inua
lido patrimoniũ exteris peruadendũ relinquere. Hec offerentẽ Kanutus impieta
tis ſibi notam immerentiũ liberorũ contemptu pariturũ affirmat, ſecꝫ tam iniuſtis
eius promiſſis uſurum negat. Poſtremo perſeuerantiſſimis Henrici precibus ſu=
peratur, propoſiti rationẽ à natorũ ſecordia mutuantis. A quo etiam imperatoris
gratia quod Sclauia in eius beneficio reponi uideretur, admodũ egẽre permoni=
tus, equum ei calces auro confixũ muneris loco tranſmiſit, donumꝫ per ſe habile
inuſitatis ungularũ ornamẽtis accipienti uenerabilius reddidit. Crediderim tunc
imperatorẽ plus laudis in dantis induſtria, quàm dono repoſuiſſe, cum primi pre=
cij metallũ quo cõtemptibilius habitum, hoc glorioſius uideret oblatũ. Abſum=
pto Henrico legatam ſibi prouinciã nullo refragante poſſedit. Interea Haraldus
cum nec domi clarus, nec foris celeber haberetur, uirtutis inopiam quæſtuũ co=
pia leuare cupiens, refertum nequitia animũ in imam turpitudinis uoraginẽ egit.
Ad rapinas & furta mancipijs utebatur. Seruorũ labores latrocinijs applicabat.
Satellitum cultui uiciniæ ſpolia, ſumptui impendebantur armenta. Aeſtatẽ pira=
tica pariter ciuibus atꝫ exteris inſidioſus exegit. Cæterũ quo Roskildiæ damno=
ſius immineret, aduerſam ei munitionẽ erexit, quam & ſordidiſſimæ clientelæ fre
quentia cõpleuit. Itaꝫ ruris opima populatus, pari uernarũ malefício ciuilia lace=
rabat. Qui clàm noctu meritorijs ſeſe tabernis ſubijcientes, complacitas animo
merces impune tollebant. Alijs interim diſtrictos hoſpitũ iugulis gladios appli=
cantibus, interitumꝫ minantibus, ni iniuriæ patientiã præbeant. Ea furti uiolentia
ſummã ciuitatis opulentiã ad ultimas rei familiaris anguſtias redegit. Talibus ca=
lumnię ſtimulis laceſſita prouincia, accenſis indignatione animis, ultrices damno=
rum manus Haraldi bonis inijcere aggreſſa, ſpolia ſpolijs, rapta raptis ulciſcitur.
B Necꝫ enim ſibi aliena corripere, ſed propria reſumere uidebatur. Ipſe tutò terras
tenere nequiens, cõſternatæ multitudinis impetũ nauigio uitauit. Quem Kanu=
tus alieni rapaciſſimũ, ac uitioſiſſimis ubiꝫ lucris incumbentẽ aſpiciens, aui perſi=
milem aiebat omnigenis alitum pennis nidum cõpaginanti, ſubitò uentorũ turbi
ne diſijciendũ. Ita Haraldum prædonẽ omnium effectum, omnibus prædã ex ſe
daturum, aliorumꝫ ſpolia ſuorum indubitanter periculo luiturũ. At Erico mode
ſtum erga populares ingeniũ erat. Qui cum debitã ſibi paternæ rei portionẽ ex=
peteret, ab Haraldo fratre repellitur, negante adulterio ortum ad hæreditatis com
munionẽ pertingere. Ea re, ut par erat, motus, acerrimũ bonorum eius peruaſo=
rem agere cœpit, fraterniſꝫ ſpolijs iniurias ſuas ulciſci probitatis loco duxit. Cęte
rum Aruacũ rapta congeſſit, ſordido neglectoꝫ loco ſplendidas opes cõplexus.
Quem Haraldus noctu ibidem inopinatũ adortus, poſtquã fuga delapſum cogno
uit, moræ copia non ſuppetente, circa prædam hærere metuens, tecto faces ſubie
cit, refertamꝫ ſuis opibus ædem flammis abſumere, quàm raptori intactam dimit
tere maluit. Quo comperto Kanutus profectas à contemptu lites compeſcere cu
piens, metuenſꝫ ne degenerati patris fulgor in filijs exoleſceret, utriꝫ Sleſuicũ
uenire diſtrictius mandat, ſi ſuperſedeant parte corporũ ſpoliandos minat. Præ=
ſentes deinde fraterne coarguens, curioſa animi inſpectione æquiſſimã inter eos
patrimonij participationẽ peregit, Ericoꝫ ac Haraldo in paterna bona eundum
iudicauit. Eodem tempore Henrici Suenonis filij coniunx mariti conuictũ ingen
ti peroſa faſtidio, aliena ueſte ſumpta, ſuis ſe penatibus intempeſta nocte ſubdu=
xit. Apud quam iuuenum quidam (ut fama eſt) plurimam obſequio familiaritatẽ
adeptus, callide effecit, ut ad ſuum eam amorẽ perduceret. Deinde ne res ambo=
rum periculo proderetur, muliebriter allectam uiriliter cultam, furtiue deuexit.
Quam uir eius fortuitis ſubſecutus indicijs, apud Alaburgiã in cultu familiari de=
prehenſam, amatore delapſo, domum reduxit. Verum hanc ignominiam à clan=

C deſtino Kanuti conſilio profectam ratus, integerrimi uiri innocentiã tacitis ſuſpi-
cionis motibus inſecutus, inſontem notabat. Interea Sueticarũ partium rege ab-
ſumpto, Gothi ſummã, cuius omne penes Sueones arbitriũ erat, Magno deferre
auſi, alieni priuilegij detrimento dignitatis ſibi incrementa quærebant. Quorum
Sueones autoritate contempta, ueterem gentis ſuæ prærogatiuam in aliquanto
obſcurioris populi inuidia deponere paſſi non ſunt. Igitur antiquæ dignitatis ſpe
ciem intuentes, titulum iniuſta collatione præreptum, nouo regis electu caſſa-
runt. Qui mox à Gothis trucidatus, morte Magno imperium ceſſit. At Magnus
incidentem ſibi nuptiarum cupidinem, Polanorum præſidis Bokiſclaui filiam po
ſtulando compleuit. Qua ſibi per internuncios deſponſa, mox Sclauiæ excitam
paterno imperio claſſem admouit, rex cuius Vartiſclauus diutinas cum Danis,
Polaniſq; inimicitias geſſerat. Hic Nicolaus urbem Ornam oppugnare adorſus,
obſidionem pactione redimere coëgit. Inde Iulinum nauigans, Bokiſclauum ma
gna manu inſtructum obuium habuit. Cuius copijs auctus, celerem oppidi ex-
pugnationem peregit: deinde relicto uictoriæ ſocio allatam filio ſponſam abdu-
cit. Vartiſclauus rem Sclauicam intolerabili uaſtationis onere feſſam conſpiciens,
pacem colloquio petit. Quo parum proſpere habito, pari ſupplicatione apud Stre
lam diſcedentes aggreditur, ubi cum pacis pignoribus fretus, nauigium regis ab
ipſo inuitatus intraſſet, maligno ſatellitum inſtinctu, captiui more habitus regre-
di prohibitus eſt. Quam rem Kanutus in concione querela proſequutus, magno-
pere regem monere cœpit, ne plus alienæ perfidiæ uiribus quàm propriæ indul
geret temperantiæ, neue hoſtem fidem ſuam ſecutũ captione implicans, ut eum
libertate, ita ſeipſum perpetuo famæ ſplendore priuaret. Fore enim ni captiuum
omitteret, ut priuatum crimen publicus patriæ rubor exiſteret. Itaq; efficaci per-
D ſuaſione uſus, & amicum oppreſſione & dominum infamia liberauit. Quæ tam
iuſta Kanuti ſententia totius concionis ſuffragijs comprobata, magnum alienæ
inuidiæ irritamentũ præbebat. Dimiſſa claſſe nuptialia ſacra apud urbem Ripam
agi placuit. Illuc ſiquidem frequens nauigijs portus oppido ſplendidam merciũ
uarietatem importat. Vbi cum Kanutus in ueſte Saxonica cæteris cultior progre
deretur, Henricus obfuſis inuidia oculis alieni cultus ſplendorẽ ferre nequiens,
orta inter ipſos altercatione, latus eius aduerſum gladios oſtro tutum fore nega-
uit. Quem Kanutus nullo magis ouillis ſecurum tergoribus reſpondit: laceſſitũ
ueſtis ſuæ fulgorẽ urbano ruſticitatis opprobrio ſpecioſius quàm minis aut con-
uicijs ultus. Itaque exprobratam ſibi externi cultus æmulationem, domeſtici ca
uillatione proſequi contentus extitit. Idem poſtmodum orientis partes piratica
peruagatus, cum ſpecioſa domum ſpolia retuliſſet, ideoq; ſe dignitatis incremen-
ta accepturũ ſperaret, pro gratia accuſationẽ expertus eſt, culpatus à rege, quod
in re Suetica prædam egiſſet. Cuius operam ualenter æditam conſimili probita-
tis genere æmulatus, Magnus inter cætera tropheorum ſuorum inſignia inuſitati
ponderis malleos quos louiales uocabant, apud inſularum quandam priſca uiro-
rum religione cultos in patriam deportandos curauit. Cupiens enim antiquitas
tonitruorum cauſas uiſitata rerum ſimilitudine comprehendere, malleos quibus
cœli fragores cieri credebat, ingenti ære complexa fuerat, aptiſſime tantæ ſonori-
tatis uim fabrilium ſpecie imitandam exiſtimans. Magnus uero Chriſtianæ diſci-
plinæ ſtudio paganam perofus, & phanum cultu, & louem inſignibus ſpoliare
ſanctitatis loco habuit. Et adhuc quidem eum Sueones perinde ac cœleſtium ſpo
liorum raptorem ſacrilegum autumant. Sed utinam initijs eius exitus reſpondiſ-
ſet. Verum pleriſque Magnum ſanguine uel neceſſitudine contingentibus Ka-
nuti inuiſa felicitas erat. Nihil enim adeò inuidiæ faces quàm parium impar uir-
tus

A tus excitat. Sed præcipue æmulum ei Henricū genialis tori contumelia faciebat. Margareta autem benignissima consanguineæ charitatis alitrix, consilij sui tranquillitatē concitatis iuuenum ingenijs opponebat, saluberrimaq; disciplinæ moderatione insidiosam petulantium rabiem temperabat. Quæ cum intercutis humoris uitio immodico tibiarum turgore premeretur, neque letiferam morbi rabiem medicamentis leuare quiuisset, ad ultimam penè tabem redacta, Kanutum egregiæ indolis fiducia aduocat, impensęq; hortatur, patriæ pacem, propinquorumq; concordiam fidei suæ beneficio foueat, tutamento stabiliat, tantumq; se in rebus domesticis gerat, quantum egerat in externis. Adiecit quoq; existere qui regiæ familiæ charitatem odio disijcere niterentur, se uero plenis salubritatis monitis pestiferos talium instinctus pressisse. Ille deum simplicitatis suæ testem affirmat, seq; omne uitæ tempus innocentia ac fide exacturum, periculorum procellas excipere, quàm infligere malle promittit, odiaq; beneficijs repensurum testatur. Illa promissionis beneficio delectata, tantæ fidei securam æquo se animo obituram asseruit. Quæ ut iuuenilis inuidiæ fluctus uiua cohibuit, ita consumpta laxauit. Nam ab eius fato iuuentutis impatientia primam propositi sceleris licentiā mutuata est. Sed & Henricus præter cōmunem simultatem etiam priuata Kanutum indignatione perosus, iniectos malignitati suæ frenos audaci impietate discussit. Vbbonem quoq; præfectum & Haquinum filium quo firmius dolum strueret, promptioremq; sceleri aditum conciliaret, insidiarū participes facit. Hi tres eximium Kanuti fulgorem uirtutis æmulatione pertæsi, graue mendacij incitamentum aduersum excellentem eius claritudinem destrinxerunt. Itaq; splendidissimum patriæ lumen densissimis tenebris inuoluere cupientes, nihil eum regis uitæ temporibusq; deferre, sed ipsius exitum præpropera ambitione præcurre-
B re, iamq; regiam sibi potentiam arrogare dicebant. Mouit regem tanti contemptus opinio, denunciataq; concione, Kanutum iubet accersi. Qui cum prior præstitutum frequentiæ locum adisset, superuenienti patrio Theutonicæ comitatis more, pallio uacuus obuiam accurrit, equoq; descendentem continendæ sellæ ministerio ueneratus est. Tunc Nicolaus fari in concione exorsus, docet Suenonis filios in regni gestione ætatis præcipue respectum egisse, successionis habitum ætatis ordine dispensasse, dominandi ius in annorum prærogatiua constituisse, neque minori maiorem honore præcurrere licuisse. Quamobrem sese ut natu minimum, ita etiam regno postremum fraternæ moderationis exemplo nullam fortunæ uiolentiam intulisse, expectatorem beneficij eius non raptorem fuisse, neque ad intempestiuum ætati culmen manus præpropera porrexisse cupidine. Kanutum uero parum priorum exempla secutum, uiolato speciosissimæ consuetudinis habitu, regni ius cum re necdum queat appellatione prȩcerpere, singulare nominis insigne celerius q̄ iustius occupare, iamq; à suis falso regis titulo censeri non erubescere, consultius acturum si regnandi fortunā non in suorū adulatione, sed in extantis adhuc regis occasu reponere, maturumq; præstolari decus, quàm intempestiuū præripere mallet. His atq; consentaneis modis regiæ sibi nuncupationis insigne eripi querebatur. Tunc exurgens Kanutus diu uultū humi intentū habuit, dicendiq; exordiū aliquantisper sudore & suspirijs præcucurrit. Tandem & oculos & animum leuans, gladijq; ut mos est capulo innixus, peccant, inquit, pater qui moderationē tuam suprà quod aut maiestati, aut ætati debes, exasperāt, quiq; pacatissimæ mentis tuæ serenū, mendaciorū procellis incitant, obtrectationum sibilis uexant. Sed onustum mihi ualde est, quod integerrimā animi tui temperantiam aliquid ab alienissima tibi iracundia mutuatā, & quasi sinistro rationis ductu transuersam ferri conspicio. Reijce quæso nugarum auctores mendaciter obstrepentes, falsæq; huius criminationis figmentū respue. Neq; enim iniurioso

C tibi nomine censeri sustineo. Herum me mei, non regem appellant. Itaque cum à Sclauis dominus salutari consueuerim, siniſtri tantæ comitatis interpretes alienæ urbanitatis occasione insimulationis materiam aucupãtur, ipsiq; ueneratiõnis officia negligentes, etiam aliorũ iusta criminantur obsequia. Ego uero non regnum (ut aiſti) uocabulo usurpo, sed temperata nominis dignitate fastuosum salutationis decus fugio, inuidendum honoris fastigium sperno. Ita absque omni maiestatis tuæ præiudicio barbara circa me resultat humanitas. Meam uero inter alienos ueneratiõnem indigne ferunt, qui & mihi lucem, & fidum lateri tuo militem eripere gestiunt. Hos æque tui usus ac mei capitis hostes iudico. Esto uocari me regem: en filium tuum Magnum nuper apud Gothiam regij cultus & nominis insignibus potitum comperimus. Mihi quoq; si par apud Sclauiam fortuna fauisset, certe binis regum obsequijs uti iocundũ ducere debueras, idemq; tuæ quod meæ fortunæ incrementũ existimare. Proprio nanq; parta negocio, tuo q̃palacerrime subiectarem fastigio, foretq; ut inde seruitiorum fructum decerperes, unde aliorum damnorũ aduersa perferres. Itaq; plus amoris quàm odij in mea fueras felicitate repositurus. Adde quod pro tua ac patriæ incolumitate excubare omni sorte lætius, omni studio speciosius duxi. Ipse an efficaciter militauerim, nosti. Littora Dani si placet excolite, æquoribus ædes quantalibet propinquitate iungãtur. Ipsi undas cauete à maritimis, ego uos à prædonibus præstabo securos. Et si ueri confessorem agere non erubescis, ipse iampridem Slesuici consistens, salutem tuam aduersum Saxonum excursationes iugibus excubijs uallare necesse habuisti. Eò si nunc diuertere libitum est, liberas metu noctes exigere poteris. Præterea angustias regni tui sola Daniæ possessione contentas, inusitatis terminorũ augmentis explicui. Quos prius infensos habueras, nunc in tributum acti, tuo per me famu-

D lantur imperio. Itaq; quarum ego rerum sementem ieci, tu fructum absq; negocio messuisti. Et quidem impensam ad militem, emolumentum ad regem redundare par est. Et ne ulterius priuatæ militiæ facta prosequar, etiam in publica aduerso pro te uulnera corpore excepi. Et tamen sic de te meritũ suspicione, & querimonia causabundus aggrederis, ueterisq; militis tui promptissimã fidem & certissimam innocentiã notare deforme non ducis. His ne ergo operibus merui, ut aduersum me æmulationẽ tuam in concione destringeres? Hæc ne ex labore præmia, ex militia stipendia decerpam, ut cuius beneficentiã sperabam, indignationem experiar? Aliena à te sit ingrati hæc animi labes, ut operum meorum beneficijs, inuidia atque obtrectatione respondeas. Verum totam hanc insimulationis uim ab inuidia profectam, non tuæ, sed tuorũ malignitati imputandam existimo. At in regni fastigio collocatos, difficiles accusatoribus aures præbere conuenit. Diu paternum hoc imperium gere, feliciterq; & nominis & regni insignibus utere. Hæredem tibi quem natura dedit, fortuna conciliet. Ego uero in quocunq; me fortunæ habitu continuero, nunquam celsitudinem tuam fide uel obsequio colere supersedebo. Permulsus oratione rex, placidiorem oris habitum induens, offensam falso instinctu conceptam in ipsa repente concione deposuit, exoratus eos qui simplicitatem eius scurriliter attentassent, seq; deinceps aduersum huiusmodi criminationum susurros aures obseraturum promittit. Cumq; Henricus omnem obtrectationis suæ molem prudentissima Kanuti responsione subuersam uideret, familiaribus regem minis aggreditur, summa illum regni affectatione teneri inquiens, incertamq; Magno regni potitionem futuram, si populo iudice de summa secum foret controuersiam habiturus. Quippe Kanutum cæteræ nobilium turbæ popularium suffragijs præferendum. Quamobrem debere patrem successionis ius proprio potius quàm alieno mandare iudicio, destinatumq; hæredi locum æmulo uacuefacere, dum filij rebus consultum esse uelit.

Itaq;

A Itaq; ſapere eum ſi ſuſpectam Kanuti fortunam ferro præcurrere ſtudeat. Hæ uoces ſæpius laceſſiti regis animum ſolicitudinibus implicatum, grauiori quàm ante ſuſpicione torſerũt. Tunc Magnus perinde ac fortunæ ſuæ cõſulendi, tollendiq; æmuli, à patre licentiam nactus, accitos qui ſe ſuperius Henrico ſceleſtiſſimi conſilij collegio ſociauerant, iurare coëgit, fidum ſe cõmiſſi ſilentiũ acturos. Adiectus eſt his Haquinus cognomine & genere lutus, neque uoci eius ulla ex parte diffiſum eſt, quanq; Kanuti ſororem in matrimonio habere noſceretur. Igitur coniurati diu ſecum taciteq; luſtrantes quibus periculorũ procellis, quóue exitij pondere diuinũ Kanuti caput obruerent, peſtiferi conſilij laqueos, humi decubando nectebant, ut ſi rem caſu detegi contigiſſet, nunq; ſtando, ſedendóue ſaluti ipſius inſidiatos ſe eſſe tutò iurare quirent, præſidioq; ſitus innocentiæ ſibi munimentũ conciſcerent, ignorantes uerborũ artificio iuramentũ ædentem, periurio obnoxium fore. Quorũ fucoſa atq; errabunda ſimplicitas, plus criminis in uocis quàm actus impietate repoſuit, non in manuũ ſed labiorũ temeritate religionis uiolationem conſtituens. Cum autem Haquinus lutus cœpti modeſte ſermonis exitum, Kanuti ne ſaluti inſidioſum aduerteret, protinus collegio ſe peſtiferæ conſpirationis abrupit, conclaueq; exceſſit, ne latronis potius quàm neceſſarij partes egiſſe uideretur. Igitur à coniurationis autore ne iuriſiurandi uinculum perrumperet, monitus, neq; fautorem conſilij, neq; proditorem ſe futurũ reſpondit, quanq; ſatius eſſet immerentis periculũ indicio præcurrere, quàm ſilentio tolerare. Vt autẽ Magnus inſidiarũ contextum familiaritatis præſidio obſcuraret, cunctamq; ſuſpicionis notam calliditatis acumine uitaret, ante omnia conſultum duxit, ut cum eo cuius ardentiſſime cruorem ſitiebat, fictam amicitiæ æqualitatem iuriſiurandi pa-

B ctione conſereret, perinde ac religionis pondere propinquitatis uinculũ aſtrictus. Et ut cunctam malignitatis notam ſanctitatis ſimulatione præcurreret, nihilq; perfidum aut obſcurũ uoluere putaretur, iniquiſſimã molitionem ſuam inſidioſa religionis adumbratione contexit. Quippe contracta apud Sialandiam nobilium frequentia, Kanutoq; circa diuinũ natalis ſolenne conuiuandi gratia Roskildiam uocato, ſacræ ſibi peregrinatiõis amorem inceſſiſſe perhibuit. Præterea coniugis ipſum ac liberorũ tutorem ordinat, eiq; pleniſſimam rei familiaris ſuæ cuſtodiam mandat. Et fortè tunc Ingiburga conſilij cognitionẽ conſciorũ indicijs apprehenderat, ſtatimq; uirum ut præparatas capiti ſuo uitaret inſidias, miſſis literis monendum curauit. Ille nunciũ non tam à deprehenſionis certitudine, quàm à muliebri pauore profectum exiſtimans, monitionẽ reſpuit, ſeq; non minus fidei in Magni quàm uxoris præcordijs reponere dixit. Quem ſi fortuna æque ac coniunx conſilio inſtruere uoluiſſet, obiectos perfidiæ laqueos conſultius uitaſſet, necq; credulitatẽ ſuam alienæ malignitatis hamis implicandã præbuiſſet. Interea magnatibus apud Roskildiam, quatuor ſolenniũ dies continuò feriatis, Kanutus ac Magnus, publico iam cõuentu ſoluto, ſacri tẽporis reſiduũ diuiduo peregêre cõtubernio. Eodem fortè tempore quidam Kanuto admodũ ſanguine coniunctus, in eius conſpectu diſſidentẽ ſecum militem fuſte percuſſum interemit, atq; ob id curia abire iuſſus, Magnum petiuit. Prouidens autẽ Magnus, ne per eum ullum conſilij ſui indicium ad Kanutũ manaret, nocte qua ad deteſtabile carnificis miniſteriũ peragendum cõtendit, cæteris ſe ſequi iuſſis, ſolum hunc priſtina Kanuti familiaritate ſuſpectũ comitem recuſauit. Conſilij deinde participes iureiurando obſtrictos fidem facere compulit, ſilentio ſe cuncta tecturos. Poſt hæc militem latebra claudit, inſidiasq; circũſpecta locorũ obſcuritate diſponit. Mox Kanutum apud oppidum Haralſtadium, ab Erico Falſtriæ præfecturæ uiro domi exceptũ, per coniuratorũ quendã genere Saxonẽ, arte cantorẽ, ſine arbitris ſibi obuiũ uenire iubet. Occurſus locũ apud citimũ uillæ nemus denũciat. Ille nihil in re doli ſuſpicatus, duobus

C tantum militaris ordinis uiris totidemq; equisonibus in comitatum assumptis, ar-
mis uacuus equum petiuit, neq; lateri suo ferri munimentũ adciscere curæ habuit.
Quem cum è famulis quidam gladio uacuũ incedere uetuisset, nequaq; se in salu-
tis tutelam ferro opus habere respondit. Tantũ enim fiduciæ & pacis in Magni so
cietate reposuerat, ut in occursum eius ne ense quidem utendum putaret. Moni-
tore uero ne ferrum omitteret insistente, ægre gladiũ sumpsit. Tunc cantor quod
Kanutũ Saxonici & ritus & nominis amantissimũ sciisset, cautela sensim instruere
cupiens, cum iurisiurandi religio quo minus id ageret obstare uideretur, quia li-
quidò nephas ducebat, sub inuolucro rem prodere conabatur, integritatẽ suam
inter fidum arcani, & pium innocentiæ seruatorẽ partitus. Igitur spectosissimi car
minis contextu notissimam Grimildæ erga fratres perfidiam de industria memo-
rare adorsus, famosæ fraudis exemplo similium ei metũ ingenerare tentabat. Sed
nullis monitorũ ambagibus securitatis eius columen quassare potuit. Tantum
quippe fidei in Magni propinquitate repositum habebat, ut salutem suam pericli
tari, quàm ipsius amicitiã notare mallet. Quem cantor certioribus adhuc indicijs
aggredi perseuerans, loricæ quam sub ueste gestabat summa detexit. Sed ne eo
quidem suspicionis irritamento refertum fortitudine pectus, ignauia astringere
ualuit. Ita solidæ industriæ satelles fidem suam & periurio uacuam, & innocentia
plenam præstare uoluit. Iamq; Kanutus primos syluæ aditus subibat, cum à Ma-
gno occiduum arboris truncum insidente, falsa oris hilaritate, & fictis osculorum
blandimentis excipitur. Cuius ut astrictũ amplexibus pectus ferro tectum agno-
uit, quid ita eo cultu esset perquirere institit. At ille dissimulandæ fraudis cupidi-
ne munimenti rationem referre cupiens, esse uirum, inquit, uitæ rusticæ, cuius po
pulari penates uellet. Kanutus & rei atrocitatem, & temporis religionem sanctè
D æstimans, quippe Epiphaniæ sacra gerebantur, ne priuata ira publicum solenne
macularet, orabat. Quo, neq; se ultionem remissurũ, neq; proposito cessurum iu-
rante, ipse satisfactionis iusta promittere, suamq; pro eius correctione sponsionẽ
offerre cœpit. Obstrepentibus deinde qui insidijs addicti fuerant, oculos in par-
tem circũferens, quid sibi militum hæc manus uelit interrogat. Cui Magnus, iam
de regni successione & rerum summa agendum respondit. Tunc Kanutus, ut pa-
tris eius maiestas diu lætis fortunæ uelis prosperũ cursum teneat, exoptat. Tem-
pestiuam uero talium mentionem incidere negat. Hæc dicentis uerticem exiliens
Magnus obiurgantis more corripuit. Igitur Kanutus patente iam dolo manũ ca-
pulo inserens, uagina ferrum abstrahere conabatur: iamq; gladium mediotenus
destrinxerat, cum eum Magnus capitis media diffissum exanimat. Cæteri coniu-
ratorũ prostratũ crebris confodêre cuspidibus. Sanguis eius terræ redditus salu-
tarem fontis scatebram perpetuis usibus mortaliũ administrat. Cuius cæde com-
perta Skyalmonis filij, quibus multa ad eum ex educationis cõmunione familia-
ritas erat, petitum ilico regem ut ipsum in Roskyldensium monumentorũ area
tumulari patiatur exorant. Ille loci copiam negare, ciuitatẽ tanti mali aspectu ex-
asperandã dicere, eosq; à quibus funebris Kanuti pompa duceretur, indignatio-
nem suam aduersum inuisam Magni præsentiã acrius destricturos. Quapropter
exequias potius seditiosum pugnæ strepitum, quàm pium humanitatis obsequiũ
habituras. Hic mihi pauorem specie, reuera odium exhibuisse uidetur, curasseq;
ne specioso occisi funere tetrior interfectori labes accresceret. Reuersi qui regi
supplicauerãt, miserandum amici corpus tenui funere Ryngstadium extulerunt.
Nec diuina laborãtibus beneficentia defuit. Siquidem locum in quo pausantibus
gerulis funebris eius lectus constiterat, repentino fontis ortu signauit. Alijs quo-
que cõpluribus rerum indicijs ingens sanctitatis eius splendor eluxit. Facinoris
fama, promiscuũ patriæ lamentum exciuit, omniq; penates plangore compleuit.

Populus

A Populus enim cum calamitosum de nece eius nunciũ accepisset, protinus conui-
uiorũ quæ ea tempestate gerebantur, hilaritate deposita, morem tempori impen-
sum mœrore mutauit, inq; eo lamentando, uterq; sexus unius gemebundi amici
uocem habuit. Cuius funus publico luctu elatum, quantus eius amor omniũ ani-
mis insitus esset, indicio fuit. Itaq; cuius uitam patria charitatis officijs excoluerat,
morti quoq; testes grati animi lachrymas erogabat, ut Kanutum eiulatibus, ita ra-
ptorem spiritus eius ualidissimis execratiõibus insecuta. Magnus uero ob impiæ
cædis euentum profuso in gaudium animo, Roskildiam repetit, regnumq; quasi
sublato iam æmulo spei firmitate complexus, erubescendam facinoris fortunã tri-
pudio prosequi deforme non duxit. Quinetiam sanctissimis Kanuti uulneribus
quibus plenas pœnitentiæ lachrymas debuerat, uoluptate ex facinore concepta,
per ludibrium insultare sustinuit. Ne autem sanguis cœlo terraq; egregie meriti
propagine uacuus interiret, hæredem deus extincto subiecit. Nam octaua post
hæc luce, Ingiburga Kanuti conceptum ex eo marem enixa proditur, cui & ma-
terni aui nomen inditur. Tunc Haquinus quem superius Sunniua ortum signi-
ficaui, cumq; eo Petrus matre Botilda natus, & filij Skyalmonis, facinoris atroci-
tatem graui querelarũ contextu prosequuti, indignam amici necem in populariũ
ubiq; concilijs deplorabant, aduersum iniquissimũ percussoris actum uulgi iram
erigere cupiendo. Quinetiã tunicam eius crebris foraminibus absumptã omniũ
oculis in concione subijciebant. Nec parum luctuosam eorum actionem laceræ
uestis irritamentũ adiuuit. Quippe compluribus ingentem ultionis cupiditatem
tam fœdæ lacerationis spectaculum ingenerauit. Sed & sanctitas Kanuti crebris
signorũ indicijs prodita, ac diuinis uulgata miraculis, incredibili cladis eius con-
questoribus adminiculo fuit. Haraldus quoq; interdum declaratam apud Ryng-
B stadium concionem, maiore regni quàm ultionis affectatione petiuit, ibiq; tristis-
simam fraternæ necis querelam peregit. Ericus uero insularũ à Kanuto præfectu-
ra donatus, sola uindictæ meditatione solicitus æstuabat. At Nicolaus popularis
inimicitiæ metu periculosum cõcionis aditum suspicatus, suamq; uel filij copiam
multitudinis uiribus offerre non ausus, Lundensium antistitis Asceri consilium
aduocat. Quo edoctus, Magno Roskildis relicto, Ryngstadium petit, sperans se
per absentiam filij pacatiorem plebis frequentiam reperturũ. Verum quia haben
dam in collibus concionem tutò petiturus non uidebatur, in oppido acquiescere,
quàm incertã populi fidem discrimine suo tentare maluit. Cumq; Kanuti fratres
fatum eius apud concionem pari fuissent querimonia prosequuti, populus lachry
mosa eorum actione permotus, tam innocui sanguinis carnificẽ publica damna-
tione mulctauit, sentẽtiamq; suã aduersum tam pij spiritus oppressorẽ destrinxit.
In regem uero pristina adhuc fortuna uenerabilem, tanq; de eius incerta cõsensu
seuerius consulere passus non est, ne noxam & innocentiã in æquo ponere uide-
retur. Itaq; patriæ parentẽ honoris pariter eius atq; ætatis æstimatione uerecũdius
habita, ab hoc animaduersionis genere immunem reliquit. Orta tandem de regis
absentia mentione, subitis cõsternationis furijs incitatus, laxato concionis ordine,
intra suos eum penates opprimere gestiebat, prefatus iuste regẽ ab his adiri, quos
prior ipse petere noluisset, præsertim cum præsentiã suam concioni quæ per eum
uigere debuerat, in uicinia constitutus negasset. Quod cum rex ex his quos ad co
gnoscendas cõcionis uoces direxerat accepisset, Ascerũ emittit, qui reuerentiã &
nobilitati suæ, & sacerdotio debitã iræ uulgi irrumpentis opponeret. Ille plebis in
occursum cõtendens, conspecto Erico, dexterã habenis eius equo delapsus inse-
ruit. Quẽ diu ac multũ ut iram cõceptã temere, remitteret precatus, pro Magni fa
cinore decretã lege correctionẽ, pro patris eius innocẽtia statutã defensiõis iustitiã
promittebat. Quinetiã detracto pileo, cõsternatæ multitudini capitis sui maiestatẽ

C obiecit. Tantum autẽ eius apud Ericum precatio ualuit, ut regi non modo ſalus, ſed etiam in proximo petendæ concionis licentia deferretur. Quanquã enim populus ardentiſſimo ſtudio in Kanuti ultionem ferretur, autoritatem tamen antiſtitis quæ inter Danos ampliſſima erat, ante oculos præponens, plus eius precibus quàm ſuis ſententijs indulgendũ putauit. Itaq; rex concione ſine filio petita, non aliter defenſionem ſibi conciliare permiſſus eſt, quàm ut ſe Magni præſentiam uitaturum, eumq; domo ac patria exceſſurum, nec ante receptam à populo ueniam reuerſurũ iuraret. Cæterum ne uulgi iram exaſperaret, diuiduum cum eo concilium habuit, internunctijs partium mandata geſtantibus. Arbitrij ſiquidem regis facultatem exilij quod Magnus apud Gothiam cuius rex eſſet agere poterat, intuentes conditione utendum monebant, futurum rati, ut interim in omnium animis odij eius habitus exoleſceret, ipſeq; prolixioris abſentiæ beneficio mitiorem patriæ ſententiã reperiret. Populum quippe exilij eius miſeratione mouendum, iram quam ſceleri inflixerat, pœnitentiæ remiſſurũ ſperabant. Ita pacato populario motu, rex Iutiam, Magnus Gothiam exilij ſpeciem præbiturus petiuit. Huius pactionis obtrectatores amici regis fuere: quippe qui Magno occidendi Kanutum cõſilium dederant, conditionis habitum execrantes, teterrima ſibi ratione regem conſuluiſſe dicebant, ſatius affirmantes ut ipſe rerum ſummã deponeret, quàm unicum filium & in ſpem regni procreatũ, ob leues agreſtium minas exilij deformitate damnaſſet. Quamobrem oportere Magnum reuerſionis ius paterno potius quàm populari arbitrio ſubiectum habere, citiſſimoq; reuocationis beneficio patriæ & propinquis inconſulta plebis malignitate reſtitui. His uocibus irritatus Nicolaus, miſſis qui Magnum accerſerent, abdicatam eius cõmunionem inimica religioni charitate repetijt. Nec penſi duxit cum contemptu periurij damnatam ſanguinis ſui præſentiam amplexari. Cuius indulgentiæ temeritas pro-

D cellam Magni diſceſſu pacatam, reditu concitauit. Enimuero Ericus ac Haraldus Nicolaum, cui eatenus indemnitatẽ detulerant, utpote uoce ſacrilegum, conſilio parricidam, deteſtabili filio damnationis conſortione iunxerũt, ſcelere pares pœna æquandos exiſtimantes. Neq; enim ulterior iurationi eius fides habita eſt, qui iam præpropera filij reuocatione conſpicuũ cunctis periurium ædidiſſet. Verum ne populus regio ductu uacuus regem inceſſeret, ſub certis ſignis militare conſtituit, fragiles conatus & propoſiti irritos iudicans, quos nulla auſpicia procuraſſent. Itaq; regem ex conſueta potiſſimũ familia petiturus, præterito Haraldo, Ericco quod huic ſtirpi affinis eſſet, & nomen, & regias uires ſuffragijs detulit. Siquidem facilem ex his electionẽ morum inæqualitas faciebat. Non ſolum enim auaritia Haraldi, ſed etiam libido flagitijs obſita, à regno repelli meruit. Huic coniugalia ſacra ſpernenti, frequens concubinis cubiculũ extitit. Quippe matrimonio non contentus, genialem torum pellicum uſu pollutum habuit. Quarum partus ſingulis in cunabulis excepti, & in aula liberis matrũ officijs educati, triſte nuptæ ſpectaculũ fuere. Igitur ob inuiſos parentis mores, ſuſpecta quoq; poſteritas erat, nec ſolum præſens patris, ſed etiam futura liberorũ metuebatur impietas, quod filiorũ affectus paternis ſoleant ingenijs reſpondere. Eapropter cuncti ab Haraldo oculos auertentes, benignis Ericum animis reſpicere maluerũt. Ipſe uero plus propriæ moderationi quàm alieno fauori indulgendũ exiſtimans, oblatum à popularibus honorẽ ſumere recuſauit, ornamentũ eius uiribus quærere, regnumq; armis præcurrere cupiens. Igitur & ultioni ſtudendum, & imperio ante partam uictoriam abſtinendum putauit, ac primũ Iutiam imparatæ expeditionis uiribus petit. Quem contexta acie procedentẽ Toro Riparum antiſtes compoſitis perfidiæ cõmentis excepit, ſummã regis innocentiam prędicans, eumq; iurationis ſuæ tenorem deinceps executurũ promittens. Verbis deinde magnam præ ſe excuſationem

A ſationem præferentibus, preces de pace multiplicat. Ericus obſecrantis animum ſimpliciter æſtimans, ſecuritate ex eius mẽdacio concepta, cõtinuò reuocatis aquiliferis, ſubſiſtere copias iubet. Cuius mora Nicolaus ex ſpeculatoribus cognita, profuſos in ocium hoſtes nullo negocio fugauit. Ita dux antiſtitis commento ludificatus, ſtolidæ credulitatis ſuæ pœnas pependit. Cumq; ob hoc datum ſibi iuſtum belli titulum animaduerteret, ſed ob rerum anguſtias regio apud Yſoram nomine inſigniri nequiret, Sialandiam reuerſus, eius Scaniæq; ſuffragijs recuſatum prius honorem accepit, omniq; diſſimulatione reiecta, acrius in fratris ultionem erigitur. Inde literas ad Lotharium facit, amici necem ulciſcatur orat, parricidij à Magno pœnas expetat, eumq; in ſocietatem belli tum precibus, tum etiam præmij pactione ſollicitat. Imperator maiore potiendi regni quàm exigendæ ultionis cupiditate perductus, ſecus Iutiæ mœnia gradum Romano militi ſtruxit: etenim propoſiti ſpem non tam in uiribus ſuis, quàm interno diuiduæ regionis motu reposuit: cui ſe Ericus apud Sleſuicum claſſe obuium dedit. At Magnus utriuſq; hoſtis aduentum accurrata ualli munitione præcurrens, ualidum portis præſidium applicuerat. Interiectis diebus Nicolaus citeriora ualli immenſo Iutorum agmine circumfudit: cuius tantæ copiæ erant, ut imperator acie manum cum eo conſerere formidaret, ſed neq; claſſe Erici ad copias ſuas in urbem traijciendas uti præſumeret. Cumq; nec aggerem oppugnare, nec militem nauigijs mandare tutum duceret, inaniter tempus à ſe teri conſpiciens, pacis conditiones excogitauit, quibus ſpecioſam ſibi ſoluendæ obſidionis rationem conſciſceret. Ericum itaque cui intergerrimam opis ſtabilitatem ſpoponderat auerſatus, pactum cum aduerſæ partis principibus habuit, ut obſidioni ipſe parceret, Magnusq; Romani imperij militem ageret. Qui cupide cõditione uſus, ſupplex Lotharium ueneratus eſt, ſed in-

B ſidias parabat obſequio. Ille ex pacto copias trans Eydoram recepit. Quo accepto Ericus Cæſarem nauigio petitum per ſummam Theutonicæ perfidiæ execrationem exprobratione leuitatis inſequitur, futurum affirmans, ut Magnus tali ſe circa ipſum fide gereret, qualem nuper in excolẽda Kanuti ſocietate præbuerat. Nec uana aſſertio extitit. Imperatore ſiquidem Eydoram remenſo, Adolfum extremos ab eo curare iuſſum, Magnus per inſidias adortus, non ſolum copijs ſpoliauit, ſed etiam arma deformiter abiectantem nando fugam capeſſere coëgit. Ericus imperatoris ope defectum ſe uidens, per ſummam animi ægritudinem orientalia repetiuit. Superueniunt legati à Magno rege Noruagienſium miſſi, maiorem Kanuti filiam ſed nondum nuptijs tempeſtiuam, eius coniugio petituri. Quorum legatione Ericus contrahendarum uirium ſpe fauorabiliter habuit, excepit alacriter, cupiens finitimorum auxilia affinitatis beneficio comparare. Ipſe quoq; bellis ocium interpellantibus, adhuc cõiugio uacuus, nouercam Magni Noruagienſium quondam reginam, utpote dignus hac nuptiarum uiciſſitudine fauente eiuſdem priuigno ſuſcepit uxorem. Hybernis itaq; per quietem exactis, recidiua belli tempeſtas efferbuit. Nam Nicolaus occaſiuum Daniæ militem contrahebat. Ericus Chriſtierni ſplendidiſſimo inter Iutos loco nati promiſſis euectus, orientis auxilia pugnæ comparat. Is Magni odio à Nicolao deficiens, enixe ſe Erico affuturum ſpoponderat. Petrus uero Roskyldenſium pontifex Ericum corpore, Nicolaum animo comitabatur: metu alterum, alterum charitate complexus. Sed Haraldi fauor inter ruborem & odium uarie fluctuatus eſt. Vt enim Nicolai caſtra uerecũda pudoris meditatione uitabat, ita fratris prælationem peroſus, militiã eius inuidia detrectabat. Itaq; partes eius cum duobus ſpectatæ indolis filijs, ſpecie magis quàm beneuolentia proſequebatur. Neq; enim ei parcius aduerſum germanum, à quo ſe in regni petitione ſuperatum uidebat, quàm in fratris interfectorẽ odium erat. Interea Chriſtiernus neceſſariorum manu cõtracta, acie regem aggredi ſtatuebat.

C Cuius Nicolaus non ſolum defectione, ſed etiam hoſtili molitione comperta, copias quas aduerſum hoſtes contraxerat, inter naualem terreſtremq; partitur exercitum. Quinetiam Chriſtiernum acie excipere parat, Magnum claſſe præfectum Erico obuium deſtinat. Iam uero Ericus ad inſulam, cui Syra nomen, appulerat. Quo ignorato Magnus aura quàm euẽtu proſperiore ab Aruſia ſoluit, nauigijsq; alijs alia præcurrentibus, ſparſa incompoſitaq; claſſe proceſſit. Cuius Ericus aduentu præcognito, ſcafa exceptus, nunc ſingulos, nunc uniuerſos claſſis ſuæ magiſtros, maximeq; Petrum & Haraldum, quorum dubiam ſuſpectamq; fidem habebat, impenſioribus pugnæ hortamentis ſollicitat. Neq; enim repente cum tota Magni claſſe manum cõſerere cupiebat, ſed nauigia ut cuiq; celeritas curſum dederat accedẽtia ſigillatim nautarum internicione uaſtauit. Quorum Magnus eminus pericula ſpeculatus, confeſtim demiſſo uelo, nauigium ſuum anchoræ quàm auræ credere præoptauit, diſiectamq; pelago claſſem lituo recinente contraxit. Igitur ignauis fugam, fortioribus pugnã apprehendentibus, Ericus cum nauium numero præſtaret, arctiſſimo earum cõtextu hoſtem cõcluſit, ac ueluti claſſe claſſem obſedit, atrocitatemq; pugnæ augebat neceſſitas. Cumq; lutenſes neq; uictoriæ facultatem, neq; fugæ copiam fortunæ ſuæ ſuppetere uiderent, duci quàm ſibi conſulere præoptantes, ſalutẽ eius proprijs ſeruauere periculis. Quippe cõſertiſſimæ claſſis cuneum irrumpẽtes, quia uictoriam Magno præſtare non poterãt, uicto fugam quærebãt. Nam eidem Mioparonẽ ingreſſo, ueluti quandã elabẽdi ſemitam ſecuris periculorũ animis extruebant. Quo dilapſo nihilominus pugnãdi pertinaciam retinẽtes, aut morte, aut captione finiuere bellũ. Cumq; uictores ſpolijs deuictæ claſſis incũberent, inter egeſtam nauigijs prædã, quendam uelo implicatũ conſpiciũt. Cuius ex deformitate latebræ formidinẽ æſtimantes protinus ob ignauiã

D eum laqueo cõſumpſerunt, uti fœdo mortis genere ſpiritũ redderet, quem pugnæ fortiter impẽdere dubitaſſet. Interea Chriſtiernus manu cum Nicolao infœliciter conſerta, per ingentẽ ſuorum ſtragẽ capitur, & in oſtij Sleſuicẽſis ergaſtulum relegatur. Ericus uero recẽtis pugnæ ſucceſſu elatus, ſed eorum quæ circa Chriſtiernũ gerebãtur ignarus, potiendæ lutiæ ſpe mare Lymicum claſſe compleuit. Vbi cum expoſitis incaute copijs, & Chriſtierni fugã & regis aduentationẽ nuncio didiciſſet, plus amici fortuna concuſſus quàm propria recreatus, recepto milite reuerti maturauit. Ex cuius agmine complures tardius nauigia repetentes, ab imminenti regis exercitu trucidantur. Hunc euentum ſecutus Haraldus, ad Nicolaum occultis ſe promiſſionibus inuitantem defecit. Plus ſiquidem indignationis ex Erici dominatione, quàm iræ ex Kanuti internicione conceperat, eiq; frater fratris oppreſſore onuſtior erat. Quinetiam Magnus ut lætum hoſtilis militiæ incrementum, ita triſtem ſuæ defectum aſpiciens, fraterni commilitij ſocietatem labefactare tẽtabat. Haraldum itaq; quem Erici partes dubia fide ſecutum nouerat, promiſſis dignitatis incremẽtis urgebat. Nam & Haraldus quanq; iram obſequio tegeret, incitatiore odio aduerſus Ericum, quàm Erici impugnatorẽ ardebat. Itaq; non ſolum eius arma deſeruit, ſed etiã quò ualidiorẽ Nicolao opem impẽderet, caſtellum quod in Roskyldẽſi ſuburbio molitus fuerat, impẽſiore munimẽto uallauit, inuidiã fraterna prælatione cõceptã, perfidia defectionis exſatiãs. Idẽ cum Ericus magna Sialandẽſium manu per obſidionẽ clauſiſſet, uallicq; firmioribus obſtaculis conatus ſuos admodũ interpellari uideret, à Saxonibus qui Roskyldiæ degebant tormẽtorum artificia mutuatus, domeſticas uires externis cumulauit ingenijs. Quippe noſtrorũ adhuc militariũ rudes, raro talium uſu callebãt. Primũ itaq; ſaxum parum ueget o iactu machinamẽto egeſtũ, citraq; ualli propinquitatẽ collapſum, ludibrio ca ſtrenſibus fuit. Siquidem irriſa tormẽti ui, ulteriores eius impulſus irritos auguraბantur. Secundum incitatius actum ac mirifico cuidam tecto ſuperne impactum pondere

A pondere & incuſſu ſuo fundítus penetralía tranſuerberauít, ædemq; magno cum fragore collíſit. Quæ domus fundamẽti loco lígnea tantum baſe ſubnixa, eídemq; uelut cardíni imminens, leuí attactu quamlíbet in partem circumagí poterat. Quo uíſo Haraldus fiduciam quam exprimi iactus defectu conceperat, in ſecundí proceſſu deponere coactus, cum neque ſe domi obſídionem laturum, neque foris auxilía accepturum ſperaret, noctu maritima aggeris parte perfracta, quod ab hoſte negligẽtius obſideretur, equos per prærupta demiſſos, pedes cum ſuis inſequí cœpit. Cumq; totis in caſtris tumultus exoriretur citato acrius equo, comitibusq; ut Haraldo occurreretur de induſtría uociferari iuſſis, non Haraldus ſed Haraldi inſequutor creditus, inter medios perſtrepentium globos facilem fugæ meatum habuit. Itaq; non minus fictæ fugientium uoces, quàm temporis habitus hoſtium exiſtímationem fefelliſſe credũtur. Fuere tamen ex Theutonibus qui hunc in ipſo fugæ procurſu, ſagittis à ſe confixum aſſererent. Ita uafrí ingenij dux obſídionem arte, periculum callíditate fruſtratus, reperta rate Iutiam petit. Quem Nicolaus perinde ac partibus ſuis in Sialandía propugnantem non ſolum regalí beneficentía proſecutus, ſed etiam primis inter amicos honoribus ueneratus eſt. Nec tamẽ ſuſpicione uacua familiaritas fuit. Quippe & repentína fratris deſertio, & ſubitaneus transfugæ notabatur aduentus. Interea Sueones quod Magnum domeſtícis bellís occupatum audíerant, Suerconem quendam mediocrí inter Sueones loco natum regem conſtituunt, non quod illum tantopere díligerent, ſed quía externi homínis ímperium recuſarent, ceruíces indigenam ferre ſolítas peregríno duci ſubmittere formidantes. Hic Suerco Vluuildam Noricam quam Nicolaus in matrímonium emortua Margareta receperat, amatorijs prímo legatiónibus ſollicitatam, mox uiro furtím abſtractam ad ſuum uſque connubium perduxit. Cuius coB tu pro coníugío uſus, Karolum ex ea, quí & poſt ipſum in Suetía regnabat, ſuſcepit. Per eadem tempora díui Kanuti filía iampridem regí Noricorũ deſponſa, per legatos ab eo in Daniam míſſos nuptura deducítur. Peractís hybernís Nícolaus diutinam deficientís à ſe regni ulcíſci cupiens íniuríam, crebra Iuticarum partium claſſe Sialandíam appulit. A quo Ericus apud Vueram pontem grauíſſimo prælío ſuperatus, cum uxore quõdam Noruagiæ regina, filioq; paruulo Suenone quem ex pellíce procreauerat, neceſſitudínis fiducia Magnum petíuit, eiusq; humaníſſimam prímo hoſpitalítatem, mox dolum atque fallaciam expertus eſt. Interea Nícolaus Haraldí Theutonicorum ſupplícia exigentis precíbus inclínatus, Roskyldíam írrupit, comprehenſosq; in urbe Germanos incentoris arbitrio mulctandos dimíſit. Quos Haraldus tum quía tormentorum opífices, tum quía de falſa nece ſua gloríantes audíerat, extrema narium parte præcíſa deformes reddídit, percontatus an Haraldus eorum fuerit iaculís interfectus. Tunc quídam ex hís applicatum ori ſuo cultrum aſpíciens, parcendum ſibí quod doctus eſſet aſſeruit. Haraldus hominem líterarum perítum exiſtimans, reuocato líctore ad epiſtolas perductum, ipſas (ut fieri aſſolet) ſolennium nũcupatione uerborum dedícare præcepit. Cui captíuus ſuendi ſe, non ſacrandi profeſſorem reſpondit. Haraldus homínis acumine delectatus, impunitatem aſtutiæ tribuit, íramq; quam deceptus abiecerat, correctus repetere erubeſcebat, ne errorem ſupplício emendare uíderetur. Per eadem tempora Haraldus Hybernícarum partium oriundus, florentiſſimum Noruagíæ ſtatum ueluti fulmen alíquod ac tempeſtas incuſſit. Qui cum ſe Magno Hyberníæ populatore procreatum aſtrueret, affírmationi ſuæ fidem diuini examinis argumento præſtare iuſſus, ſuper candentes lamínas nudatís plantís (nam íd ab eo experimentum poſcebatur) inceſſit. Hiſdemq; nulla ex parte corruptioribus, complures Noruagienſium líquido incolumitatis miraculo, ad aſſertionis ſuæ credulitatem perduxit; ex cuius gremío omnis Noruagicorum bellorum

C Iues manauit. Interea Nicolaus per insidias æmulum opprimere statuens, Magnũ Noricum in eius necem mercedis pactione sollicitat. Ille lucri irritamento latrone corruptior, hostisq; ex hospite effectus, impensioris obsequij simulatione curam Erici exactissima satellitum custodia uallauit, officijsq; fallaciam texit. Ericus uero per reginam cuius patruus erat insidias obsequio subesse doctus, amicis quos in Lalandia habebat propositũ regis cum remedij precatione denunciat. Nec segnis Lalandẽsibus ad opitulandum animus fuit. Solo quippe nauigio Noruagiam petentes, occulto nuncio aduentum suum Erico significant. Qui quod Noruagienses summam in potionis magnitudine uoluptatem habere nouerat, applicatam sibi custodiam temulentia ludificandam putabat. Igitur stipatorum sobrietatem crapulæ delectamento adorsus, instaurata comessatione crebris custodes poculis attentabat. Quibus ut bibendi cupiditatem augeret, irritamentum ebrietatis aleam cyphis interserit. In qua posito cum quibusdam pignore decertans, etiam prospe-
rum tesserarum iactum inerti lusu de industria prosequebatur, uti collusores fortuna lucri illectos ad lasciuiendi cupiditatem, ludendiq; perseuerantiam incitaret. Postremo perinde ac prolixioris uigiliæ tædio fatigatus cubitum excessit, sacerdotemq; exilij socium aleæ pro se curatorẽ reliquit. Ille rem sobrie prosequutus, temperantiam eorum multiplicatis poculis quantulacunq; restabat subuertit, interq; mero ac somno sopitos medium cubandi locum habuit. Interea Ericus perrupta cubili parte cum clientela ac coniuge furtiuo ad mare discessu peruenit, repertaq; in littore nauigia, quò tutius fugam caperet, in sentinis perforanda curauit. Hæc tractanti succurrit filiolum hospitio dormientem fuisse relictum: adeò obliuijs animum festinatio implicat. Quippe quò occupatius, hòc negligẽtius humanum esse ingenium consueuit. Quanquam uero præstolationi periculum inesse non dubi-
D taret, sanguinis tamen sui curam deformiter abijcere passus non est. Missis igitur qui adolescentem exciperent, tarditatis molestiam eximia filij charitate cõtempsit. Quo allato in altum processit. Diluculo quibus Erici cura mandata fuerat, pulsatis hospitij foribus, an hesternam adhuc temulentiam discussisset, interrogant. Nemine uero respõsum ædente, taciturnitatis admiratione crebris idipsum clamoribus prosequuntur. Tandem silentio attoniti, cõuulsis ianuis, uacuam hospitibus ædem inueniunt. A quibus uafre sibi illusum uociferantes, euẽtum domino trepidi nunciant. Qui protinus petito littore, detractisq; in altum nauigijs, fugacem intercipi iubet. Quæ cum uitiatis lateribus undarum plena conspiceret, subducta refici curauit. Ijsdemq; rursum in mare detrusis, ad accelerandam nauigationem uelo pariter ac remis incubuit. Adeò promissum in mortem Erici præmium affectabat. Interea Ericus grandem pelagi partem emensus, magno hostem interuallo præcesserat, ideoq; facile ab insequentibus occupari nequibat. Cumq; Magnus nauigationem diutile gestam propositi irritam animaduerteret, reuocato remigio domũ reuertit. Ericus uero fidissimam sibi Lalandiam repetens, intercepti Vbbonis suspendio, quem Nicolaus minorum insularum præfectum creauerat, clarum reditus sui indicium dabat. Audito deinde regem diuini natalis die Lundiæ feriari debere, aduentum eius petita Scania præcucurrit, totamq; regij apparatus impensam præripuit. Quod audiens in Sialandia rex, alimentis publica administratione contractis procedere supersedit. Aestate uero præter Scaniam omni Danica classe contracta, ad Fotam sinum appulit, pedestremq; propter littus aciem statuit. Quæ cum centuriatis parumper ordinibus constitisset, aduentante Erico excitum equorum ungulis puluerem in speciem nebulæ eminus exhalare cõspiciens, paulatim ad naues gradum retulit, Sed inter eundum aduentantis equitatus fragore perculsa, incessum ad fugam conuertit. Quam superueniens Ericus fortuna, non prælio superatam impune cæcidit, incruentamq; deo parricidium uindicante uictoriam habuit.

A habuit. Magnus cum aliquanta fortium manu cedere ueritus, cæteris terga obuer
tentibus, aduerso hostem corpore repellebat. Quippe cum fugã parum liberam
cerneret, animosum sibi consciscere exitum, mortemq; suam pugnãdo clariorem
efficere egregium duxit. Quinetiam ne pristinum fortitudinis suæ splendorẽ ob=
tereret, fatum quàm fugam amplecti maluit. Postremo ut insigni pugna, ita multa
aduersariorum strage ædita, super prostratorum à se cadauerum struem unà cum
Petro pontifice Roskyldensi consumptus occubuit: quem ut fati comitem, ita tu=
muli quoq; consortem habuit. Nicolaus admoto sibi per uillicum equo, nauem pe
tiuit. Maior fugientium pars cõprehensa per foros nauigia conscendere cupiens,
ingenti quadam mole mersabat. Igitur qui primi introrsum euaserant, tardiorum
manus nauigijs insertas absque societatis respectu ferro truncantes, ferociores in
suos quàm in hostes fuere. Calamitosa nimirum illa facies erat, cum pendulis naui
gia brachijs amplectentes, hinc hostis urgeret, inde ciuis repelleret. Quo experi=
mento quantum quisque salutem suam alienæ præferret, fortuna detexit. Taceant
nugaces adulantium uoces, quæ spiritum amicorum proprio chariorem astruere
non erubescunt. Crediderim hanc uictoriam humanis parum uiribus partam, sed
deo pijssimi uiri interitum ulciscente concessam. Neq; bellum aliud crebriorẽ pon
tificum cruorem absumpsit. Quippe Petrus Roskyldensis, & Henricus Suetica=
rum partium põtifex, omnesq; Iutiæ, præter unum, antistites hoc prælio oppressi
traduntur. In cuius apparatu Magnus Saxonis filius Erici miles singulare fidei spe
cimen ẽdidit. Nam cum Nicolaus maritima Sialandiæ loca nẽ quis ad Ericum trãsi
ret à militibus obseruari iussisset, per Stethinnensis promontorij prærupta à satelli
tibus fune demissus, noctu scafam conscendit, eaq; Scaniam petens, gratam Erico
opem attulit. Post hæc Magnus Noricus nudati consilij sui cõiugem arguens, reie
B ctam à se Erico remisit, dignam repudio ratus, quæ coniugali charitati consangui=
neum prætulisset affectum. In cuius contemptum temerata matrimonij religione
seipsum nuptijs spoliare tristè non duxit. At Nicolaus fuga Iutia elapsus, & tan=
quam ad fortunæ ludibrium reseruatus, æstimato pariter & orbitatis suæ, & ætatis
habitu, non ut sibi successorem sed ut æmulo hostem relinqueret, Haraldum regni
post se declarat hæredem. Deinde Slesuicenses ob Magni iampridem facinus in=
fensos ad habitum pacatæ mentis reducere cupiens, de componenda secum pace
sollicitat, eosdemq; & ætatis suæ & fortunæ miseratione acturos existimãs, sumen=
dorum obsidum gratia oppidum intrare constituit. Rursum cum caput suum in=
exploratæ fidei ciuibus obijcere dubitaret, Beyonis cuiusdam summam inter op=
pidanos autoritatem gerentis hortatum secutus, salutem simul cum suspicione de=
posuit. Portas siquidem de industria patefactas ingressus, ut pium cleri, ita ferocẽ
plebis occursum repperit. In excipiendo nanq; eo diuiduum ciuitas animum ha=
buit. Clericis quippe eum sacræ processionis officio uenerãtibus, cætera uici pars
ut hostem excepit. Qui cum inter plateas aduersis sibi signis obuiam iri conspice=
ret, amicis ut in ædem Petri confugeret exhortantibus, aulam petiuit. Et ne cruen=
ta corrixatione diuini fœdarẽtur penates, regia sese quàm templo tueri maluit, pa=
terno in lare quietius obiturum præfatus. Nec defuit militibus prompta mens ad
eius salutem suis cladibus defendẽdam. Diu siquidem intactum eum animosis cor
porum suorum obiectibus seruauerunt. Neque tristè duxerunt pro tuenda illius
incolumitate, suam ultimis implicare periculis. Quorum Slesuicenses primum san
guine profuso, ad ultimum & regium absumpserunt.

HISTORIAE DANICAE LIBRI DECIMI
TERTII FINIS.

C  NTEREA Ericus deſtinata in lutiam claſſe, cum ad Syram inſulam appuliſſet, nũcium de regis oppreſſione ſuſcepit. Et forte in ea rerum colluuione Ericus ac Bero natu inter Haraldi filios primi, deſerto patre fidelius ſe quàm felicius Erico iunxere. Iidem noctu clandeſtina patris legatione petiti, ſilenter accepta geſſerunt. At Ericus nihilominus legationis indicium nactus, experiendæ eorũ fidei gratia aliquãdiu ignorantiæ ſimulatione ſilentium egit. Quibus ſecretum paternũ tegere perſeuerantibus, cum ſe nullam ex eis arcani cognitionem ſuſcepturum putaret, deſperato uoluntariæ cõfeſſionis indicio, uocatos in mediũ uehementi perfidiæ exprobratione pulſabat, quod rem à patre mandatam parum lucide pertractaſſent. Interrogati quoq; quam ad eos pater legationẽ habuerit, conſultos ſe quid agere eum potiſſimũ expediret, ut ad Noruagiam exularet reſpõdiſſe dicebant, ideoq; non ante cõſilium fateri uoluiſſe, quàm ei à conſultore obtemperatũ agnoſcerẽt. Quorum affirmatio quanq; uera eſſet, fidem non habuit, quod inuita potius quàm ultronea uideretur. Igitur eorũ experiri Ericus aſſerta cupiẽs, ambos arctiſſima apud caſtrũ Sleuicẽſe cuſtodia aſſeruari præcepit, uti ueritatis cognitiõe ſuſcepta, aut innocẽtiæ prẽmiũ, aut reatui pœnã referret. Cui poſtmodũ idem forte caſtellũ intrãti, memorati iuuenes cõpeditis ſemet inceſſib⁹ obtulerũt, ſupplicesq; eius genibus aduoluti, prẽtentis innocẽtiæ meritis, captionis remedia flagitabãt. Quorũ Ericus ut fortunæ miſertus, ita fidei gratulatus: quippe fuga patris filiorũ affirmationẽ adiuuerat, ſicut erat mero pcalefactus, & calamitati lachrymas dedit, & ueracitati ſalutẽ ꝓmiſit. Quod cum forte Chriſtiernus ex aulicis cognouiſſet, antelucano tẽpore petẽti ſacrarium
D Erico obuius factus, heſternæ eum temulẽtiæ laſciuia concitatũ intẽperate muniſi cum extitiſſe ridebat, qđ Daniam hoſti dono dare ſuſtinuiſſet. Rationẽ quoq; dicti lucidiore ſentẽtia perſecutus, Fore, inquit, ut Haraldi filius maior uinculorũ ſuorũ q̃ abſolutionis reſpectus inceſſeret, odiũ liberatori pro gratia relaturis. Quid enim aliud Ericus eorũ ſaluti parcẽtem agere, q̃ Haraldo robuſtorũ iuuenũ auxilia reſeruare? His uocibus inclinatus Ericus, à promiſſo ſuo q̃ ab amici cõſilio recedere maluit, profectãq; à crapula indulgentiã ſobria animaduerſione caſſauit. Huic clementiæ ſtudiũ in crudelitatis exhortatione deponere rubori non fuit. Itaq; quorũ ſpes ad uitã intẽderat, ſalus aquis cõſumpta eſt. Eodẽ tẽpore Noruagiæ primoribus Magnũ Haraldo, qui æque rege genitus eſſet, dimidiũ regni cedere poſtulãtibus, eoq; hominẽ ignotis ortũ parentibus admittere recuſante, in agro Fridleuino ferro certatũ eſt. Interea Haraldus repetita lutia, Vrnicę cõcionis ſuffragijs rex eſt declaratus. Quo cõperto Ericus nauigijs glacietenus (nam gelu undã durauerat) in altũ uſq; pertractis, lutiã tacite petiuit, Haraldumq; apud Scypetorp uicũ noctu cum ſuperſtitibus filijs interceptũ, diluculo cõclaui extractũ, abſq; reſpectu fraternitatis capitali ſupplicio affecit. Ex quibus Olauus clauſum armis cubiculũ uidẽs, mutata cum fœminis ueſte, ſalutarẽ inter hoſtes egreſſum habuit. Ea tẽpeſtate Haraldus Noruagia pulſus, ut ab Erico aliquid uirium cõtraheret, in Daniam peruehitur. Quem Ericus ob relictũ ab eius æmulo matrimoniũ ſupplicẽ recepit, oblatumq; ſibi ſpecioſum pugnæ titulum gauiſus, auxilijs eum proſequi ſtatuit. Haraldus autẽ excepta liberalitate, nullam animi ferẽ dotem adeptus, crebra corporis uirtute pollebat. Cuius uiribus fretus apud Helſyngam oppidũ pignore cum Erico poſito, an cum lectiſſimis eius equis curſu cõtendere potuiſſet, duobus in certamẽ admiſſis utroq; metã prior tenuit. Geminis ſiquidẽ inter currẽdũ bacillis innixus, crebris corpus ſaltibus concitabat. Aliud quoq; inuſitatæ agilitatis ſpectaculum

ædere

A ædere cõſueuerat. Sæpe etenim inter nauigandũ puppi exiliẽs, in protã per exer
ta remorũ capita decucurrit, indeq; curſu in aliud nauigij latus reflexo, per reliq;s
remorũ ordines locũ quo exceſſerat, repetiuit. Qui ſi parem animi uirtutem à na
tura traxiſſet, nequaq; ſe inter amplexus pellicis æmulo obruendũ dediſſet. Huic
Ericus tametſi opitulari uellet, Sclauis domeſticã pacem interpellãtibus, animum
opere comitari nequiuit. Igit omiſſis amici rebus, propriis curã iniecit, cõtractaq;
aduerſum Rugiam claſſe, quò gnauius bella cõficeret, maritimæ Danorũ expedi=
ioni primus equos adiecit, quaternos ſingulis nauigijs mandãs, eumq; morẽ dili
gens poſteritatis cura ſeruauit. Claſſis eo numero digeſta, mille & centũ nauigijs
frequẽs reperta eſt. Quibus Dani ad Rugiam appulſi, urbẽ Archon aduerſum ſe
ualido præſidio firmatã inueniunt. Quam ne finitimorũ auxilijs iuuari ſinerẽt, tra
ctum qui Archonenſiũ fines propemodũ Rugia abſciſſos cum cõtinenti commit
tit, ligonibus conciſum in uallũ opacæ admodũ altitudinis redegerũt. Tuitio eius
Hallendẽſibus credita, ijſdemq; Petro parere iuſſum. Quos Rugiani quæſito per
uada trãſitu, noctu inopinatos adorti, cõpluribus cæſis, à cætero repellũtur exer=
citu. Igitur Archonenſes cum nec uires conſerẽdi belli haberẽt, neq; locũ ad con=
trahenda auxilia ſuppetere cernerẽt, neceſſitate uicti, ſalutẽ & in Chriſtiana ſacra
tranſitionẽ pacti, ſtatua quam uenerabãtur retẽta, Danis ſe tradũt. Erat enim ſimu
lacrum urbi præcipua ciuium religione cultum, crebriſq; finitimorũ officijs cele=
bratũ, ſed falſò ſacri Viti uocabulo inſignitũ. Quo aſſeruato oppidani ueterem ſa
crorum morẽ penitus abrogari paſſi nõ ſunt. Primũ itaq; ſolenni ritu prolui iuſſi,
ſtagnũ maiore pellẽdæ ſitis, quàm initiandæ religionis ardore petẽtes, ſub ſpecie
ſacrorum feſſa obſidione corpora refecerũt. Datur Archonenſibus pariter rerum
diuinarũ antiſtes, qui & eis cultioris uitæ formã perſcriberet, & nouæ religionis
B rudimenta cõtraderet. Sed poſt abſceſſum Erici, cũ antiſtite pulſa religio. Siquidẽ
Archonenſes abiecta obſidũ charitate, priſtinũ ſtatuæ cultũ repetẽtes, qua fide di
uinum ſuſceperũt, prodiderunt. Poſt hæc Ericus ordinatis in Dania rebus, amici
curam importunitate omiſſam, accepta rerũ tranquilitate reſumpſit, iuuãdiq; gra
tia eius urbem aſylo Magno deuotam primo diripuit, mox igni ſubuertit. Interie
cto anno Haraldo eidẽ opem iterato poſcenti, uniuerſam Daniæ claſſem pro ſup=
plemento tranſmiſit. Collato bello uiribus, Magnus inferior capitur. Quem Ha=
raldus uita frui permiſſum, oculis ac genitalibus carere præcepit, ne aut luminum
uoluptate regnũ appeteret, aut Veneris uſu ultricem ſui ſobolẽ procrearet. Cæ=
catus igitur caſtratusq; cum interrogaretur quem ex ſuis pœnã ſecum oculorum
ſubire uellet, paucos ea re delectari reſpõdit. Tunc quidã & forma ei ſimilimus,
& militiã eius ſingulari fide complexus, ne ex tanta clientela deeſſet, qui cum do=
mino compati uellet, ultrò ſe ſupplicio obtulit, præfatus ut uidenti ſimilimũ, ita lu
minibus orbato futurũ. Qui quũ uirtute uenerationẽ meruerit, apud improbos
pœnam perſenſit. Magnus uero nõ tam animi uirtute, q; corporis debilitate con
tinentiæ religionẽ amplexus, de ſceptrato cucullatus euaſit. Interea Ericus quæſi=
tam armis pacem iuſtitiæ ornamẽtis excolere cupiens, cõditas à maioribus leges,
ac tunc penè ingenti bellorum tempeſtate ſubuerſas, ad priſtini uigoris habitum
reuocauit, utq; fortitudine fuerat, ita iuſtitia inſignis apparuit. Irrogatas minori=
bus iniurias ſuperiorum ſupplicijs penſabat, nihilq; familiaritati aut neceſſitudini
parcẽs, aut ferro, aut laqueo inconſultã maiorũ auaritiam caſtigabat. Quo ſtudio
& principum odia, & plebis obſequia cõtraxit, euenitq; ut & potẽtibus formido=
loſus, & popularibus percharus exiſteret. Idem rerum à ſe geſtarũ uirtutẽ tantis
laudibus proſequi conſueuerat, ut ueri interdum fidem excederet. Semel quoq;
Erici ſalus ſatellitis eius ſomnio ſeruata proditur. Nam cum ex freto Sleſuicẽſi Sia
landiam petere ſtatuiſſet, quidam nautarum per quietem exiſtimauit per inculta

C montiũ iuga lafciuo admodũ equo ſe prouehi, eoq; curſum citante inter uallium opaca præcipitatũ crebris noctuarũ unguibus laniari. Quod cũ mane per iocum ſodalibus retuliſſet, Ericus ea uiſione ueluti periculi præmonitus, ne eum nauiga tionis comitem haberet, in aliud ſe nauigiũ contulit, eoq; tutus ſocijs naufragio pe reuntibus permãſit, lætatusq; eſt quod ſalutẽ ſuam alienæ rati, q; propriæ credere maluiſſet. Fortè autẽ inter ipſum, Roskyldẽſemq; pontificẽ Eskyllum inimicitiæ primũ, mox ſeditiones adoleuere. Qua in re antiſtes Petri Botyldæ filij collegiũ nactus, autoritate quam primã inter Sialandẽſes habebat, in regis eos odiũ conci tat, uiribusq; publicæ cõſternationis adiutus Sialandię eum terminis pellit. Quo exacto prouincialẽ populũ in ſocietatẽ factionis ſub titulo libertatis adſciſcit, à ſu ſpectis obſides petit. Solos uero Skyalmonis filios ſeditionis cõſortiũ detrectãtes ad populare cõcilĩũ euocat, & ni ſtatuta die obſides tradãt, bonis carituros minat. Illi uero ad concionẽ peruecti, nec minis uicti, nec bonorũ pœna mulctati, ſolidũ tenuere propoſitũ. Sed ut ad eos impunitas redũdauit, ita ad Eskyllum pœna con ceſſit. Rege enim cum lutica claſſe reuerſo, patris ac patrui interuẽtu uſus, uicena auri talenta mulctæ nomine perſoluit. Petrus uero fatis ſuis ultionem præcurren tibus, pœnã quæ à rege parabatur, effugit. Per eadem tempora decedẽte Aſcero Lundenſi, de nouí antiſtitis ſuffectione diuiduum regis ac populi ſuffragium fuit. Siquidẽ Scanienſes ob egregia Aſceri merita Eskyllum arctiſſima ei conſanguí nitate iunctũ, ne pontificium à familia diſcederet, ſuffragijs amplectũtur. Rex ue ro rubore fugationis ammonitus, neq; ſuorũ in Eskyllo dedecorũ oblitus, Riko nem Sleſuicẽſem, qui nuper Albero ſucceſſerat, quod in potiẽdo regno familiari eius opera uſus fuerat, eorũ arbitrio præferebat. Nec tamen hæc uota palàm ad lí tem & controuerſiã progreſſa fuerãt, Scanis metu ſententiã occultãtibus. Eodem
D tempore Plogus quidã claro inter lutos loco natus tametſi regis militiam profite retur, latẽtes capiti eius inſidias cõparabat. Ad quẽ Rypam ueniẽs, militiæ titulo ſtipendium poſtulabat. Quo recepto, datum ſibi cladis eius præmiũ reputabat. Et fortè Ericus inter quoſdã populares acrius diſſidentes regali iudicatione compo nere rogatus, publica id cõcione exequi ſtatuebat. In qua quum Plogus cuidam ex plebe de ſe querenti ſatisfacere iuberetur, dicendi ſimulatione facta nõ ſine lan cea progreſſus, auditũ ſibi præberi petiuit. Stabat autẽ & rex haſtæ innixus, tur bantiq; ſilentium populo manu ne obſtreperet innuebat. Quem Plogus loricam ueſte tectam gerere exiſtimatũ diu curioſis ſpeculatus oculis, ut inermem depre hendit, lancea tranſuerberauit. Et ne timidius dicere quàm facere uideretur, regẽ à ſe proſtratum uociferans, cæteros ad militum internitionem hortatur. Aulicis itaq; paſſim metu dilabentibus, Ericus Haquini filius, cui ex patientia cognomen obuenit, egregium fortitudinis exemplum prębuit. Diu ſiquidem exanime regis corpus gladio protexit, ſocijsq; in fugam lapſis, ſolus ex tot cõmilitonibus intre pidum mentis habitum tenuit, dignus ut ei in regnum ſucceſſor fieret, pro quo etiam extincto pugnam gerere perſtitiſſet. Iamq; uacantem Daniæ poſſeſſionem nemo ſanguinis uirtutis ue fidutia aut petere, aut rapere præſumebat. Quippe Sueno Erici, Kanutus Magni, & Vualdemarus Kanuti filius nondum regno tem peſtiui fuere. Chriſtiernus uero Vualdemarum paterno cuius ultionem adiuue rat regno digniſſimum prædicabat. Quem honorẽ mater multis & grauibus pe riculis obſitum, ac uix quidẽ adultis geſtabilẽ pernicioſum paruulo futurũ aduer tens, poſcenti puerum Chriſtierno tradere recuſauit, maioribus id munus deberi præfata. Poſtremo pertinacius inſiſtentẽ iureiurãdo obſtringit, in regẽ eum eligi nõ paſſurũ. Quo Chriſtiernus ad populũ & concionẽ uſq; perlato, patris eius be neficia memorat, ut domi leges & iura ſtabilierit, ut foris hoſtẽ repreſſerit, ut fur tis rapinisq; patriã uacuefecerit, ut Daniam pene exhauſtã & exanguem Sclauiæ magiſtram

A magiſtram reddiderit, ut etiã unicuiq; per uim amiſſa ad integrum reſtituerit, utq; cunctis his operibus ſanguini ſuo regnũ deferri meruerit. Verum cum filius eius nondum maturos imperio annos acceperit, neq; Danis ſub auſpicijs puerilibus rem gerere militarem expediat, uirum debere circunſpici, qui uſq; ad prouectam pupilli ætatem tutorio regnum nomine procuraret. In quod munus aptius nemi nem quàm Ericum ſuperioris Erici ex filia nepotẽ, quod audacia ac pietate præ ſtaret, maternumq; genus ex regibus duceret, adciſci poſſe, adulto rerũ ſummam pupillo ceſſuram. Ita Erico & populi fauor, & pueri maieſtas uires regias dedit. Hic præter ſolam animi fortitudinem nihil à natura dotis acceperat, ſicut pruden tia uacuus, ita parum amœnus eloquio. Cæterum adeò ſalutis ſuæ prodigus eſſe conſueuerat, ut bellũ commiſſurus ne ſingulariter in hoſtem procurreret, arctius à ſuis obſeruari ſoleret. Tunc Eskyllus cognito regem apud lutiam deceſſiſſe, re pente in Scaniam maioris ſacerdotij affectatione peruehitur. Ericus uero infectũ antedeceſſoris propoſitum circa Ryconem explere cupiens, pontificalis ei digni tatis incremẽta tribuere geſtiebat. Scanienſes autem ultima quæq; perpeti, quàm pontificium in nouam transferre familiam præoptantes, bellum aduerſum regem decernunt. Quo ille cognito, ne multorum inimicitias unius uiri familiaritate con traheret, propoſito ſuo cupide ceſſit, Eskylloq; ſedẽ mutare permiſſo, Rykonem Sialandiæ præſulem mediantibus cleri ſuffragijs, creat. Interea Olauus Haraldi fi lius Noruagia reuerſus, patrimoniũ ſuum inter bella ciuilia à patruo occupatum hæreditatis titulo repoſcit. Cuius petitioni Ericus illam antiquitatis legem oppo ſuit, qua reis patriæ bonorum pœna decernitur. Patrem ſiquidem eius peregrino milite aduerſum patriam uſum, decretam hac lege ſententiã incurriſſe. Igitur Ola

B uus perinde ac iuſtum belli titulum accepiſſet, cupidius oblatam ſeditionis occa ſionem amplectitur. Siquidem acceptam repulſæ contumeliam ad nouarũ rerum licentiam tranſtulit, deq; priuati patrimonij repetitore totius regni inhiator eua ſit. Verum diſſimulato odio, per inſidias regẽ opprimere ſtatuit. Quem in Arna Lundenſi hoſpitio diuerſantẽ noctu adortus, primum à uigilibus clandeſtinum eius aduentum ſpeculatis excipitur. Qui mox reflexis equis ſepultos ſomno mili tes clamore eminus in arma concitant, primiq; portas tueri parant. Auxilijs de inde ſuperuenientiũ ſociorũ adiuti, hoſtilem repulere conatum. Olauus perinde ac ſuo propoſito uictus in Suetiam cõtendit, ſed mox Erico Scania excedente re uertit, concionemq; in ualle Arnenſi ſub edicto contractam liberioris uitæ pro miſſis aggreſſus, regium ſibi nomen illecto populariũ fauore conciuit. Quod indigne ferens Eskyllus, bellum ei Lundenſi manu cupidius quàm proſperius infert. A quo ſuperatus primum mox in urbe ad quam ex prælio confugerat ob ſeſſus, poſtremo neceſſitate uictus, obſidibus datis, fideq; ſub ſacramẽto promiſſa ſalutem paciſcitur. Sed poſtmodum ex Olaui diſceſſu competẽtem fugæ copiam nactus, Erici charitatem & obſidum, ſaluti & iuriſiurandi religioni ſpecioſa teme ritate præpoſuit: neq; nefas duxit extortum ſacramenti uinculum uoluntariæ ami citiæ cultu conuellere. Cuius affectum atq; conſtantiam rex ad ſe in Sialandiam uenientis ampliſſimi ruris uicorumq; complurium datione penſauit. Verum Sca nia impenſius Olauum fouente, ipſe ueluti in antiſtitis fuga per abſentiam uictus, reparandæ fortunæ gratia ad littus more gentis Landora appellatum, expeditio nis nomine crebra claſſe peruehitur. Cuius loci ſuſpectam admodum fortunam habebat, fabuloſæ cuiuſdam opinionis credulus, qua reges id littus aggreſſi in annum duraturi negantur. Sed dum per præſentiam fata metuit, abſens uicto ria caruit. Siquidem tellure perinde ac fatali malo abſtinens, neque ferri, ſed ru ris uiolentiam in metu reponens, copias in aciem dirigit, easq; Eskyllo proferen das committit. Qui pontificaliũ ſacrorum quàm rei militaris peritior, perſimilem

C priori fortunam expertus, triſte regi ſpectaculum fuit. Cuius mali intuitu diſcere Ericus moneriq; poterat, plus uiribus ſuis duces, quàm fœmineis debere figmentis. Quibus ſuperſtitionum laqueis, quo ue credulitatis errore animum tunc eius obſeſſum putemus, cum ipſe qui aliàs adeò manu ſtrennuus exiſtere conſueuerat, ut ne temere in hoſtem ſe mitteret, à militibus contineri neceſſe haberet, tunc ueluti metu pugnam detrectãs, in uicino ſe per abſentiam ſuperari conſpiceret? Qua uictoria Olauus ueluti ipſum iam Ericum deleſſet ſupra modum erectus, pontificales opes æque ac regias abſq; reſpectu religionis inuadit, & in contumeliam Eskylli, à quo bis ſe prouocatum meminerat, cuidam eiuſdem nominis ſacerdoti pontificij geſtionem aſſignat. Deinde tanquam uniuerſas æmuli uires ſuperiore prælio contudiſſet, omnibus corporum munimentis apud Lundiam relictis, aliàs locorum & metu & armis uacuus proficiſcitur. Quo accepto, rex contractis undique leuibus & quæ fors obtulerat nauigijs, noctu è Sialandia traiecit exercitum, amicis è Scania nauigationi ſuæ ductum eminus ſcintillarum ſilicibus excuſſarum ſplendore præbentibus, fortiſſimos quatuor Olauianæ militiæ uiros domi interceptos, aquis obruendos curauit. Adulterinum pontificem à ueri ſacerdotij ſacramentis exutum, ſuſpendio finiuit. Arma deinde hoſtium gratam militibus prædam occupauit. His denique uſus, Olauum apud Glumſtorp uicum conſerto prælio ſuperauit. Qui in Gothiam confugiens, interiectis diebus per Blekingiam reuertit, itemq; ab Erico fugatus cum ad montium anguſtias peruenisſet, eorum præſidio frætus proxime inſequentes deleuit. Partem quoque exercitus in oſtium terga traiecit, eaq; manu propemodum Lundenſes abſumpſit. Super hæc omnia fugam capeſſit. Deinde ueluti rebus in Scania parum feliciter prouenientibus bellum in Sialandiam transfert, fortunam loco mutare cupiens.

D Vbi ab incolis Rykonis ductum ſecutis, apud Bythingam amnem bello uictus in Hallandiam excurrit. Ex qua rurſum Sialandiã petens, cum ex agreſtibus antiſtitem in uico Ramloſa moram habere cognoſceret, noctu tacitus in uicinia manſit. De cuius cubiculo certior per matutinum eius officium factus, oſtio militem inuehi iubet. Ad cuius tuitionem procurrentes cubicularij in limine trucidantur. Antiſtes ipſe extremæ neceſſitatis periculis obſeſſum ſe uidens, religione ſaluti poſtpoſita, ceruicem ſcuto ſubiecit, adituq; hoſtem inſigni pugna prohibuit: clericis interim qui & epiſtolarum eius & anuli curam habebant, conuulſas penè ianuas admoto puluinorum cumulo reprimentibus. Igitur ædem Olauus quia armis non poterat, flammis attentabat. At pontifex enſe quàm igni conſumi ſpecioſius ratus conſerendi cum Olauo ſermonis pacem efflagitat, benignaq; eius promiſſione firmatus, exſerto foribus capite trucidatur. Igitur Olauus ultionem parricidio conſecutus cupide in littus decurrit, utq; nauigia tacitus deſeruit, ita concitus eadem repetiuit, antè fuga & nauigatione uſus, quàm rex nuncium facti qui tũc in uicinia morabatur acciperet. Quo cognito Romanus antiſtes acerbiſſima aduerſus eum execratione uſus, cæteris per Europã põtificibus ſimiliter in ipſum pronunciandi detulit poteſtatem. Mandatum quoque ad uniuerſos lutiæ pontifices dedit, ut ſententias aduerſum ſacrilegam eius impietatem debita animaduerſione deſtringendas curarent, indignum uſu ſacrorum exiſtimans, qui celebrem eorum miniſtrum oppreſſerit. Ericus uero comperto Olauum Hallandiam petere, feſtinatò poſt eum peruehitur. Cuius aduentu Olauus apud Aryſtadiũ nunciato, uicini põtis beneficio fugæ cõſuluit, eoq; poſt tergum abrupto, in proxima ripa tutus conſedit. Pauci ex militibus eius quibus ob uirtutẽ aut torporem fuga tardior erat, à ſuperueniẽtibus occupati funduntur. Tunc Ingimarus quidam uetus Erici miles, æmulum eius non bellorum impẽdio, ſed leui inſidiarum momento tollendum ratus, illectusq; ſiue præmij ſpe, ſiue gloriæ cupidine, transfugæ titulo

A tulo Olauum petiuit, eumq; transitionis simulatione secutus, tandem in publico pergentem equi pernicitate frætus, telo trajcere destinauit: complesset q; uotum, ni Olauus repente equo delapsus, imminens iaculum industria corporis declinatione uitasset. Deinde citatum acrius equum, dum incautius fugæ compendium quærit, in paluſtre cœnum præcipitem agit, eiusq; uoraginibus implicatus opprimitur, proposito parum respondente fortuna. Post hæc Ericus nuptiarum solicitatus affectu Bremorum antistitis Haruuici germanam uxorem duxit, natu quidem nobilem, sed non tam pudicitia quàm parentela conspicuam. Cuius instinctu uetera regum latifundia in eos maxime quorum forti opera aduersus Olauum usus fuerat, dono contulit, neque regijs opibus quo minus suscepta pro se pericula repensaret, pepercit: quasi ad hoc tantum eas recepisset ut in alios largitione transfunderet, totasq; stipēdij loco militibus erogaret. Postremo æmulum apud Thiutam amnem cum maiore copiarum parte bello deleuit. Verum non eadem uirtute peregrina ac domestica bella cōfecit. Expeditiones enim quas aduersum Sclauos ductabat, non tam timori eis quàm ludibrio fuere. Adeò enim apud eum inertia omnia solutaq; fuere, ut ne à uiro quidem ædita putarentur. Infimi cuiusq; in soluenda militia arbitrium sequebatur. Sæpe lixarum redeundum uociferantium clamorem secutus, classem dimisit. Ob cuius mollitiem animata Barbarorum atrocitas, non solum eum foris peruagantem contempsit, sed etiam domi consistentem inuasit. Qui cum in Fyoniam forte è Sialandia nauigatione contenderet, piratas post tergum imminere conspiciens, auide petito littore, armamentisq; omnibus in prædam relictis, non sine rubore & metu nauigio cessit. Interiectis annis cum apud Sialandiam febri se implicatum sentiret, Fyoniam usque cuius erat oriundus concessit, spiritum ubi acceperat redditurus. Illic despe
B rato languoris remedio quia corpori non poterat, spiritui consulere cupiens, regiam uestem cuculla permutat, uocataq; militum cohorte palàm regno renuntiat. Creditum enim est, & à sacrorum peritis traditum, nihil abolendis piaculis pœnitētiæ religione ualentius reperiri. Tunc Elyuus à uico Vuisingo, qui & ipse ægro cum alijs assidebat, cunctos de creādo rege circunspectos esse suffragijs iubet, utpote præsenti iam militia liberos. Quæ uox uitam regis quantulacunque restabat absumpsit, ægre ferentis adhuc uiuo sibi successorem inquiri.

Defuncto Erico ambiguum plebis de regno suffragium fuit. Quippe Kanutus in Iutia, Sueno apud Sialandiam, Magni alter, alter superioris Erici filius, ingenti ambitu regnum petebant. Siquidem hunc paterna, illum auita merita uenerabilem faciebant. Suenone itaque Sialadensium suffragia ambiente, ac plerisque petitionem eius fauorabiliter accipientibus, Olauus cognomine Balbus prisci moris æmulatione permotus, cunctos qui regium ei nomen tribuerent, ipsumq; si reciperet execratus, adduci se posse negabat, ut in hanc uocem inconsulta patriæ maiestate procurreret, aut regium honorem priuato præter publicum regni consensum deferret. Siquidem electionis locum Sialandiam esse, ius uero penes popularis arbitrij communitatem consistere memorabat. Hæsitantibus cunctis, atque à sentētia aliquantulū cedentibus, Steno quidam spreto ueterum ritu, Suenonē occultis à se promissis aggressum, regio primus nomine censuit, maioremq; concionis partem ad similē uocis ausum induxit. Itaq; sententiam eius prosecutum uulgus, quod arbitrio suo paulò antè permittere uerebatur: pari mox suffragio cōprobabat. Eodem quoq; autore populus Sialandensis creatum à se regem finitimorum consensu fulciri cupiens, Iacobo Colonis filio singularis facundiæ uiro legationem compositam & subornatam committit, qui Scanienses adulatione dignitatis ad societatem electionis impelleret. Idem Suenoni comes in

C Scaniam datus, accepta dicendi copia, docet noluisse Sialandos quicquam super regio delectu sententijs suis præter Scanicum arrogare consensum, sed hunc sequi in cunctis quàm percurrere malle, sine eo nihil magnæ rei executuros: uerum Suenonis insitam animis charitatẽ habere, eumq; sibi in regem dummodo Scanica allubescant suffragia exoptare, quem præter propriæ indolis claritatem, etiam patris auiq; merita commendarẽt. Meminisse deinde monet, ut soli cæteras Danorum uires obtriuerint, ut patri eius ad extremã penè desperationẽ redacto, nihilq; præter interitum præstolanti imperium dederint, obsecratq; humanitate qua illum exceperant, filium prosequãtur. Ita Sialandensium affectum indicans, sed factum reticens, omniũ Suenoni suffragia conciliauit, quos ad hunc fauorem non solum Sialandensium legatio, sed etiã propriæ eorum uirtutis memoria concitabat. Kanutus quoq; eodem à lutis honore prouehitur, indignantibus Suenonem temeraria geminæ concionis audacia regium occupasse uocabulum. Inde Sialandiam potiendæ eius libidine ijsdem frætus accedit. Post hæc maximũ pontificem Eskillum, eundemq; Suenonianæ partis fautorẽ occultis ad defectionem promissis impellit: quibus incẽsus antistes Kanuto per internũtios mandat, classe Scaniam petat, seq; belli socium pollicetur: ut autem occasionem sibi transitionis consciceret, ac lubricum fidei suæ rationabilis causæ titulo coloraret, acceptas à Suenone iniurias fingit, & quasi cum eo controuersiam initurus, contractis colloquij simulatione militibus, Lundiam quæ & Suenonem habebat petiuit. Vbi dum compositionis negotia falsò gerũtur, Kanutum ex ijs quos ad speculandum eius aduentum præmiserat, adesse cognoscit. Nec colloquium soluere moratus, ignotum cæteris consilium suum eadem hora repente detexit. Siquidem elatis signis, præcipiti in littus equitatu cõtendit. Cuius aduentum Kanutus nauigatione

D præcurrens, littori copias mandare noluit, sed in altum nauigia reijciens damnata promissoris fide Sialandiam reuertit. Ita præsens consilium nõ cedentibus ex sententia rebus fortuna delusit. Sueno uero properantem ab urbe pontificem subsecutus, reuertentem bello superat, captumq; quia publica custodia nõ suppetebat in excelsam Laurentianæ ædis partem attollit, eiq; templũ ergastulo fecit. Eapropter execrationis (quæ suprema pontificum ultio est) censuram metuens, non solum eum captione eruit, sed etiam agresti uico, magnaq; Burgundæ insulæ parte, quò synceriorem eius fauorem impetraret, donauit. Post hæc sine ipso apud Slangetorp ruralem Sialandiæ uillam bellum cum æmulo facit, eumq; cruentissimo prælio superatũ insula pellit, uictor in Scaniam redit, Kanutus in lutiam refugus cessit. Per eadem tempora Romanus antistes Barbaricæ tempestatis procella rem diuinam penè obrutam euersamq; conspiciens, datis per Europam epistolis, uniuersos Christianæ credulitatis hostes ab eius cultoribus oppugnari præcepit. Singulæ autem catholicorum prouinciæ confinem sibi Barbariem incessere iubebantur. Ne ergo Dani priuatæ militiæ rebus, publicæ religionis officia detrectarent, sumptis sacræ peregrinationis insignibus imperium amplectuntur. Igitur Kanutus ac Sueno inuicem obsidibus datis, depositisq; inimicitiarum exercitijs, reimelius gerendæ gratia pacem pro tempore statuunt, reuocatumq; à suis uisceribus ferrum, ad sacrorum uindictam conuertunt. Discordiam itaq; à regni æmulatione profectam sociæ expeditionis fœdere castigantes, iunctis uiribus Sclauiam petunt, Germanis ex condicto diuersam eius inuadentibus plagam. Iuti Kanuto duce, Hetbienses Suenone, hostilem occupant portum. Superueniunt extremi Sialandenses ac Scani, priorem q; classem prout cuiq; locus patebat sua circumcludunt. Occurrunt in littore Saxones & ipsi uindicandæ religionis cupientissimi, militiæ socij Danis futuri. Mox Dobinum insigne piratica oppidum, ab utroque circunsidetur exercitu, omni Danica multitudine præter paucos classis custodes

nauigia

A nauigia relinquente. Quorũ raritate cognita Rugiam primam obsessis opem inimicæ classis oppressione porrigere statuunt. Mox Scanos quos ordo proximos offerebat adorti, fermè omnes fuderunt. Iutis iocundam eorum cladem ducentibus, necp̃ socios computantibus quos duce à se diuersos nouerant. Sed & forensis nondum pugnæ memoria exoleuerat, & recens partium odium æstuabat. Adeò quos priuatæ iræ agitant, publica nunquam communio fœderat. Ascerus uero Roskildensis qui classis à rege curã acceperat, suo repente nauigio per ignauiam cedens mercatorum cymba aduectus conscẽdit, eoc̃p latebram nactus, quos speciosa pugnæ exemplo ad fortitudinẽ incitare debuerat, deformis fugæ spectaculo territabat. Primum autẽ Scani ne timidioribus fuga suppeteret, communibus uinculis arctius naues in classem sociãt, mox uicti nexus industriè procuratos fortuitis ruptionibus lacerãt, parsc̃p ferro perijt, pars necem sibi inter undas præcipitio maturauit. Cumc̃p Rugiani complures ob magnitudinem naues captu difficiles animaduerterẽt, multitudinis specie metum eis ingerere cupientes, classem suam abductis cæsorum nauigijs duplicant, eademc̃p perinde ac remigum plena tentorijs instruunt, uacuitatem umbraculis obscurantes. Vsi sunt & alio non minore mentiendæ classis ingenio. Noctibus enim tacita nauigatione in altum pergẽtes, diluculo referuntur imaginem recentis classis, & superuenientiũ auxiliorum effigiem præbituri. Sed crebro id agentium frustra callidꝭtas fuit. Interea Danis obsidionem arcentibus, eorum classis piratico bello nunciatur oppressa. Hac fama reuocati correptis nauium reliquijs Rugianos resistere formidantes, portu propellunt, sociorumc̃p stragem fuga hostium ulciscuntur, ob interfectorũ cadauera parum adhuc nauigabili ponto. Suenoni uero nauiqua uenerat spoliato, suam cedere Kanutus Liburnicam uoluit, sed suspecta æmuli humanitas erat, oblatumc̃p

B notabatur obsequium. Nam cum eius partes incolumes, suasc̃p propemodũ exhaustas uideret, alieno nauigio reditum experiri fisus nõ est. Sleswicum deuectus interiecto tempore prior Kanuto Sialandiam occupat, Roskildiamc̃p mœnium inopem receptaculi gratia uallo fossaq̃ cõplectitur. Cuius custodia Ebboni mandata, in Scaniam pergit. Kanutus uero Scanensium damnis benigne secum à fortuna actum existimans, eamc̃p tantũ sibi uirium addidisse, quantũ æmulo depressisset reputãs, ne res eius proxima clade corruptas, ocio recreari permitteret, Sialandiam tam sibi quàm hosti diuidua ope familiarem, Iutis præcipue frætus ingreditur, ei potissimum cessuram ratus à quo primum occupata fuisset. Vbi comperto Roskildiã desciuisse, portasc̃p sibi Ebbone filio Skialmonis autore clausisse, Sunonem quendam sola loquacitate insignem, nec tam cõsilio gnarum quàm amœnum eloquio, qui eam ad deditionem hortaretur præmittit. Is cum ad oppidum peruenisset, primum ante uallum lasciuè & discursim obequitans, mox compositi uolubilitate sermonis propugnaculis insistentes aggressus, legationis mandata facundius quàm felicius explicabat. Quem Ebbo de industria blandis ac mitibus uerbis excipiens, emissis deditionis simulatione iuuenibus prendendum curauit. Quorum unus paulatim ei propior factus, ius fræni uiolẽtius occupat, cæterisc̃p equum à tergo pulsantibus, captum ciuibus ligatũ adducit. Is primo compedum pœna coërcitus, postmodum superueniẽte Suenone luminibus spoliatus improuidæ exhortationis pœnas pependit. Hæc audiens Kanutus potiendæ urbis diffidentia, in Iutiam reuertit, utc̃p rerum cõmoditas affuit, Sialandiam spe reparandæ fortunæ, parte qua maris anfractibus interluitur inopinatã intrauit, improuidam quoque Roskyldiam capit, & penates Ebbonis ad Suenonem elapsi incendio diruit. Vnde ne impensarum inopia arctatus discederet, publico stipendio alimentorum ei subsidia decernuntur. Par Scanensibus circa Suenonem affectus incesserat. Ne enim labente sumptu ueluti ciborum pœnuria afflictus arma deserere

C cogeretur, publicæ eum collationis commeatibus prosequũtur. Tanta inter partes uirtutis & gloriæ æmulatio fuit. Interea nobilissimi Iutorũ, & in rebus bellicis singulari militiæ laude conspicui, duabus Suenonem Liburnicis petiuerũt. Quorum uiribus succinctus assumpto Eskillo, manũ in Sialandiam traiecit, ac prope Thorstam uicũ bello cum Kanuto concurrit. Vbi inclinata suorũ acie timidiorum fugam secutus, fortiorum uictoria reuocatur, & dum uinci credidit, uictor repentinus euasit. Kanutum uero sui, siue quod tenera adhuc ætate esset, siue quia belli eum implicare periculis nollent, in aciem descendere passi non sunt, pro duce pugnæ spectatorẽ effectum. Interiectis diebus Vualdemarus diui Kanuti filius, armis tunc primum per ætatem maturus, sed paterna in Kanuto merita perosus Suenoni se iungit, in eius castris militiæ tirocinium habiturus: cuius fauor plurimum Suenoni uiriũ conciliauit. A quo paternæ præfecturæ dignitate donatus, Kanutum quendam Henrici filium sub Kanuto Magni filio eiusdem beneficij titulis inhiantẽ, crebra belli cõgressione perdomuit. Nec minor ipsis mediocris rei, quàm regibus summæ æmulatio erat. Semper autem ad Vualdemarum uictoria redundauit. Erat autẽ Kanutus insignis facũdia, sed moribus effusissimus. Sueno & fortunæ fauore, & uiriũ incremẽtis accinctus in Fioniam excedit, mox æmulũ apud Iutiam persecuturus: ubi ab exule quodã Ethlero solicitatus bellũ in Holsatios parat, abunde minora ad traijciendum nauigia promittente. Incolæ siquidem quò transitus impeditior foret, pontẽ conuulserãt. Venientibus Eidoram, promissoris incuria binas tantũ nauiculas exhibuerat: quarum altera Sueno suos præcedere cupiens, saniore militum sentẽtia reuocatur, rogatus propositum hostiũ alienа traiectione prænoscere, neq; proprijs rem periculis explorare. Siquidẽ haud procul eis latebram esse, partem copiarum quantum à se superandã crediderint
D irrupturis. Nec falsa prædictio fuit. Holsatij quippe uicinis se saltibus occultãtes, patienter primorum aditum præstolantur: transuectisq; quos à se capi posse confiderent, procursu facto, omnes aut neci aut captioni subijciunt: quanquam Danis in propulsando periculo animus non deesset, utpote qui nec fugere possent, & in regis oculis pugnam ædere necesse haberent. Ita nostros ad uirtutẽ capessendam & salutis desperatio, & præsens ducis incitabat aspectus. Quorũ periculis exturbati scafarum magistri, circa palos medio amne defixos hærebant, neq; residuos transuehere, neq; translatos referre ausi. Itaq; nec regi ad procedendũ, nec uictis ad resiliendũ opi fuere. Interea Kanutus sumptuosis militiæ impẽsis oneratus, nec minorẽ occidẽtis humanitatẽ inuenit, q̃ oriẽtis nuper expertus fuerat. Siquidem agrestiũ placide tractatorũ stipendia contraxit, tali Iutorum beneficio usus, qualepridem apud Sialandios acceperat. Huius Sueno cõgressu uitato, Scaniam reuisit exiguis militiæ reliquijs integram æmuli manũ attentare formidans. Interiecto tempore receptis precio captiuis securus Iutiam adiri constituit. Peragranti Fioniam Ebbonis è uita nũciatur excessus. Cuius fato delectus, relatis in Sialandiam copijs præsens belli propositum deserit, militemq; plangere quàm æmulum incessere maluit. Adeò enim familiariter eo usus, ut nihil in foro, nihil in castris, absque ipsius administratione curaret, inq; priuatis ac publicis negocijs prorsus ex eius arbitrio sententiaq; penderet. At ubi recens funeris mœror exoleuit, bellum nouaturus per Fioniam in Iutiam decurrens, Vuibergenses regiorũ uectigalium immunitatem pactos, ad bella pro se suscipienda perduxit. Huc Kanutus magnis orientis uiribus succinctus aduehitur, uictor haud dubie futurus ni suadentibus amicis equestrem militiam pedestri mutasset. Siquidẽ optimates eius superiorum bellorum admoniti, quibus rem infeliciter equitando gessere, ne fugæ facultas ignauos abriperet, necessitatem sibi inferre tentantes, equorum adminicula submouenda duxerunt, Kanutum cum paucis equitibus peditũ medium faciũt belli

merita

A merita æſtimaturum, nec aliàs Sueno rebus ſuis impenſius diffidebat. Vt autẽ hoſtes ultrò militiæ expedimentis exui uidit, ſumma ſpe extremam deſperationem mutauit. Neq; enim ignorabat equitatu uacuos lentam & ignobilem militiã ædituros, plusq; ſibi præſidij demere quàm duramenti cõſciſcere. Et ne ei ſimilis manus deeſſe uideretur, Vuibergenſes utpote rei equeſtris ignaros, pedeſtri prælio militare præcepit, nõnullos inter ſagittarios & funditores diſpertit. His leuia tormenta ſaxaq; iactilia pro armis fuere. Proxime eis ab utroque latere equites iunxit, mox hoſtium terga preſſuros. Committendi taliter prælij præcipuus autor ei Vualdemarus extabat, corpus annis tenerum, animum induſtria prævalidum habens. Is ſiquidem pedites peditibus opponẽdos, latera autẽ & terga ab equitibus inceſſenda docuerat. Kanutus dupliciter inſtructi hoſtis conſiliũ ex apparatu cognoſcens, opportunitatem inſidijs negare diſpoſuit. Quibus ut copiam demeret, neque ſuos à tergo circumueniri pateretur, opus impetu ratus, totam manum in conſertiſſimos pedites inducit, eosq; paſſim & uarie reſiſtentes penè omnes oppreſſit: nec ea tamen uirtute periculum propulit. Quippe Sueno utrinque ex latere aduerſarios, partito equitatu circũuolat, deturbatisq; equis quos retro aciem fugæ metu locauerat, ancipiti incurſu concluſos exagitabat. Quod ubi uidet Kanutus tranſuerſis aciem principijs inſtruit, reuocatamq; à peditibus pugnam, ad equites tranſtulit. Quippe à tergo inſtantibus ora aduertere neceſſe habuit. Sueno uero cum & armis diffideret, & equorum pericula formidaret, tranſuerſis eos prælijs fatigare, non manum cum eis acie conferere, non pugnandi copiam facere, ſed incerto Marte ludificatos, æſtu ac laſſitudine ſuperandos curabat: eos graui ſſime adortus qui communi acie longius excedentes, audacius ſemet propulſandis obiecere periculis. Varijs igitur irruptionibus laceſſiti, crebroq; impetu &
B obliquis concurſibus lacerati, tandem uirium inopia ad tantam corporis laſſitudinem peruenerunt, ut præter communem belligerandi morem in ipſo certaminis ardore ſeſſione pauſarent. Cumq; nec ad fugam, nec ad pugnam uis ulla ſuppeteret, dum ſolicite ſalutis præſidia circunſpiciunt, oppidum cuius paulò ante incolas fuderãt, compoſita acie paulatim accedere tutiſſimum dicunt, ſubſidij loco hoſtium tectis uſuri. Eo igitur ſeruatis ordinibus inceſſum emouent, procuratis qui à tergo curarent, hoſtemq; retrogradi pellerent. Tanta plerunq; neceſſitatis fiducia eſt. Tunc Barcho quidam promptiſſimus Suenonis miles ab aduerſarijs undique circumuentus, innumeram manum admirabili ſolus uirtute ſuſtinuit. Tandem obfuſis ſudore oculis, pulſo clypeo ambas bipẽni manus inſerere, promiſcue cædẽ facere, hoſtes ac ſocios iuxtà ferire, nulli propius inſtanti parcere. Quo uiſo Vualdemarus cui multa ſecum ex ueteri conuictu familiaritas erat, memoria priſcæ charitatis euectus equo ocius aduolat, extremis amici rebus adeſſe cupiens. Quem Barcho aduerſariũ ratus, relata bipenni inſtantem appetit. Sed Vualdemarus prærepto eo ictum ocior anteuenit. Manubrio ſolo ſcapulæ eius uehementer impacto ferrum excidit. Vix hominẽ inter tot arma, tot hoſtes obnixius contranitentem ſeruare potuit. Diu tandem obluctatum abducit, inuitumq; ſaluti reſtituit. Qui poſtq; ſe ab amiciſſimo ſalutari captione pertrahi uidet, libenter quidẽ eius opem excipere dixit, ſed non ita uti hac uelle ut captiuorũ more clunes equi ſequendo, fœdum de ſe ſpectaculũ faciat.. Verum ex parte Kanuti alij confeſtim fugam facere, pars oppido latebram quærere, nonnulli per medias eius plateas erumpere: Kanutus ipſe per anguſtiſſimas uici partes, equo uectus eripitur. Occupati qui in uicum profugerant, & in unam ædium captiui traduntur. Ad quos introgreſſo rege Helias Ripenſis antiſtes circunſpectis omnibus, hortulanũ regi æmulandũ aiebat, qui utilibus herbis incremẽta conciliat, noxijs locũ uacuefacit. Quod dictũ ſpecie horridũ, ſi quis altius mente perſpiciat ſumma induſtria procu

C ratum fateatur neceſſe eſt. Abciſe enim rem, ſed copioſe diſſeruit. Cui ſi Sueno obſecutus fuiſſet, profectò omnem æmuli fidutiam ſepeliſſet. Qui licet iniuriarum nomine uindictam à captis exigere potuiſſet, ad mitiorem tamen ſententiam ingenita ſibi pietate deflexus, pleriſque redimendi copiam fecit, alioſq; ſacramento, alios ſponſione in fidem acceptos, morte mulctare paſſus non eſt. Ex quibus binos duntaxat peculiaribus flagitijs obſitos, alterum quia terram latrocinijs uiam egerat, alterum quod optime de ſe merentem uirum per inſidias dormientem oppreſſerat, capite pœnas ſoluere iuſſit: in neutro belli, in utroque ſceleris negocium puniens. Complures ex ſuperioribus tributæ ſibi ſalutis immemores, acceptum ab hoſte beneficium repetita Kanuti militia neglexerunt, eisq; priſtina fides recenti charior erat. At Kanutus ab Alaburgo Liuthuſium petens, apud uitricum Suerconem exul aliquandiu demoratus eſt. Huc ſiquidē occiſo, Magno Kanuti mater coniugio obuenit. Tunc uero laceræ Danorum res diſiectæq; fuere, cum interius ſociali bello flagrante, exterius piratica peſtis ingrueret. Cuius propulſandæ cauſa, Sueno toti Sclauiæ bellum crebrius quàm proſperius inferebat. Neque enim tanta illi in prælijs perſeuerantia, quantus furor atque impetus fuit. Nam cum receptui conſulere debebat, tam auide littus repetere conſueuit, ut par fugæ reductio uideretur. Neque ſuorum ei res curæ fuere, dummodo prior ipſe nauigium rapuiſſet. Quæ regis ignauia tantam Sclauis audaciam dedit, ut crebro copias eius reuertentes opprimerent. Ipſe quoque Vuibergam adhuc munimenti expertem, quo tutiori ſibi receptaculo foret, terreis mœnibus clauſit, magnisq; eam ſtipendijs inſtruxit. At Kanutus apud Suetiam primum uitrico optatus, mox onuſtus haberi cœpit, ita ut pro comparandis alimentis quicquid illic prædiorum poſſederat uenditaret. Neque enim ulla gens exules aut promD ptius recipit, aut facilius reſpuit. Sed & filius Suerconis Ioannes, ut plurimum ſtrennuus ita parum facetus, irriſorio carmine fugam eius prælia q; retexuit, & quaſi cantilenæ ſpecie pudibundi hominis uerecundiam laceſſiuit: ut enim hoſpitem rubore & contemptu perfunderet, fortunam ipſius ludibrio laceſſere cœpit, aſperſisq; iocis, & ignominioſo uerborum genere, ignauiam ei belliq; triſtes exprobrabat euentus. His Kanutus opprobrijs irritatus, nauigio commeatuq; empto, plurimum in auunculi & materna fiſus neceſſitudine, Poloniam profugit. Quem illi maternæ rei nomine regni conſortionem appetere rati, cæteris in locis admiſſum, munimentis excipere nō paſſi ſunt. Ad ultimum eum ne placida ſatis fronte cōſpiciunt, inſontem notantes, cum propinquo charitatem deberent. Augebat hunc metum recens maioris eorum fratris depulſio. Itaque receptus quidem, ſed nullam, ut dixi, urbium intrare permiſſus, ad præfectum Saxoniæ Henricum peruehitur. Apud quem minorē ſpe ſua fortunā expertus, Hamburgenſem antiſtitem Hartuicum accedit, iampridem Danis iuridictioni ſuæ exemptis infenſum. A quo humaniſſime habitus, belliq; tandem ſubſidia mutuatus, domeſticorum militum fidem, tacita legatione pertentat. Reſponſum eſt omnes ad eum ocyſſime tranſituros, datamq; Suenoni fidem, priſtina mutaturos. Qua promiſſione ſecurior factus, peregrina manu lutiam intrat. Sed & ſuis nec humanitas Suenonis, nec obſidum charitas, nec periurij reſpectus, quo minus ad eum ſigna referrent obſtaculo fuit. At Sueno ubi de eius aduentu cognouit, uirium diffidentia apud Vuibergam recentibus à ſe munimentis excultam, obſidionem ferre conſtituit. Vbi ad ſuſtentandam ſumptuum neceſſitatem, bona eorum qui ad Kanutum conceſſerant rapinis exhaurit, prædatuq; ſtipendia contrahit. At Kanutus ex proximæ pugnæ euentu, urbem oppugnare diffiſus, formidata eorum fortuna, procul mœnibus caſtra conſtituit, operiri uolens quoad æmulus protelatis diebus alimentorum egeſtate uexatus, aut turpiter fugam, aut temere

bellum

A bellum arriperet. Ea Kanuti ſpes Suenoni uictoriæ fuit. Eodem tempore Bruno quidam qui & Kanutum ipſe è Saxonia ſecutus fuerat, ſiue Suenonis inſtinctu corruptus, cum quo uetuſta ſibi ſocietas erat, ſiue delati belli tædio ſatiatus, impe trata utcunq; licētia cum aliquot Ripam ſeceſſit. Sueno uero cum rem familiarem magnis in urbe ſumptibus exhauſiſſet, neq; trahendi diutius belli materiam cir cunſpiceret, audendum aliquid cum periculo ratus, noctu magnis it neribus ta citus ad hoſtium caſtra contendit, eosq; mane diuina curantes, improuidos irrum pit. Quibus repentino metu perculſis, ut cuiq; animus erat, alijs fugam, alijs ar ma capere negociū fuit. Medius horum interfluebat riuus occultis uoraginibus frequens, ſed uno duntaxat uado meabilis, quod Suenonianis incognitum, Ka nuticis notum prior loci inſpectio fecerat. Exiguus idem & obſcurus olim, nunc belli inclytus fama. Igitur qui irruperāt ignorātia loci inuias riui partes aggreſſi, præcipitatis equis improuidi impetus pœnas dedere. Experti periculum eminus inſtant, fundisq; ac iaculis prouocant congreſſum, prohibente lacuna. Tunc Sa xones oſtentandæ uirtutis auidi, ne rebus locus officeret, equis uadum inſiliunt. Vualdemarus poſtquam ad loci equitabile uidet tanquam hoſtes tranſitu prohi biturus, eò freno conuertit, aduerſoq; cum eis equo concurrēs, impactam uni lan ceam ingenuo militandi more perfregit. Sed contrà in ipſo gurgite ita quaternis ſimul haſtis excipitur, ut equus in clunes conſideret, ipſe tamen ob egregiā equi tandi peritiam ſella pelli nequiret. Quintam inter frontem galeamq; defixam, ad acto capulo colliſam auulſit. His malis liber, arrepto equo cum paucis uadum ſu perat, & ne ſecuturis anguſtias faceret, procul riuo ſecedit, ibiq; facta acie pugnā capeſſit. Quinetiam totam hoſtium turbam quoad omnis ſociorum permeaſſet exercitus, parua manu ſuſtinuit, Suenoniq; certiſſimus autor uictoriæ fuit. Quo

B opem ferente, Kanuti partes fugā fecere. Grandē quippe ex ſuperioribus prælijs metum hauſerāt, eorumq; memoriam abijcere nequeuntes, ægris ſemper, infra ctisq; animis erant. Adeò enim Kanuticorum animos res aduerſæ corruperāt, ut maiore fortitudinis parte defecti, perſeueranter hoſtem ferre nequirent, nimioq; timoris captu hebetatis animis, faciles ſemper in fugam exiſterēt. Saxones uero quibus agitatio militaris familiarior erat, equeſtri exercitatione uſi, crebro equo rum reiectu uictoribus inſultabant, ita fugam moderantes, ut eam nō ſine ordine & regimine dirigere uiderentur. Promptiſſimus horum Folradus eo prælio ca dit, neq; captorem reperire quiuit, quanquam obrutus prendi ſe plurimum pre caretur. Cæteri interdiu male fugientes oppido nocte manſerūt, ubi à fugæ perſe cutoribus intercepti, hoſpitio necantur. Condixerant enim uictores nemini par cere deuictorum, tum Saxonū odio, tum quia proximo bello captos & à ſe redi mendi poteſtate donatos, denuo hoſtes experti fuiſſent. Kanuto Saxonia refugio fuit. De cuius fuga Ripenſes uti acta erat ab intermeantibus edocti, quò plus ui ctori placerent, confeſtim Brunonem capiunt, Suenonis in breui iudicio præſen tandum. Quem Sueno oblatum aliquādiu familiarius habuit, mox donatū abire permittit. Quæ res ei apud conterraneos ſuſpicioni primum, mox cladi atq; exitio fuit. Fuere enim interfectorum propinqui qui crederent eum pecunia à Suenone corruptum, ſociorum ſalutem iniquiſſimo ſubuertiſſe conſilio: declinati belli argu mento doli coniecturam trahentes, neq; aliud beneficentiam regis, quàm fraudis præmium extitiſſe putantes. Cui cum de perfidia diem dixiſſent, omnemq; accu ſationis ſuæ uim ualidiſſima eius defenſione eluſam uiderent, inuictū foro inſidijs occupant. Sueno perinde ac priuatis periculis liber, ad publica propulſanda ani mum induxit. Locis marinis natura munitis, cōplura agreſtiū præſidia condidit. Bina caſtra, alterum in Fionia, in Sialandia alterū propter fretum molitur, quæ pi ratis timori, incolis uero receptui forent. Sed à Sclauis utrunq; cōuulſum prodit.

C Bellum cum ipſis magna apud Foiniam uirtute geſſit. Quorũ copias ita cæcidit, ut pleriſq; militũ palmas ferro præroſas habẽtibus, media digitotũ caro crudeſceret. Eo tẽpore propter incurſus qui à maritimis crebri prædonibus ædebentur, apud Roskildiam Vuethemanno autore piratica cœpit: cuius hæc diſciplina, hi mores fuere. Nauigia piratæ magis idonea ſibi uiſa, abſq; poſſeſſoris permiſſu aſſumẽdi poteſtatẽ habebant, octaua acquiſitorũ parte naulum daturi. Nauigationẽ orſuri, apud ſacerdotes præteritæ uitæ piacula deplorabãt, eorumq; religioſa animaduerſione puniti, perinde ac ſtatim deceſſuri, diuina altaris libamenta ſumebant, cuncta proſperius ceſſura rati, ſi ritè Deum ante bella placaſſent. Paruo uiatico ſumpto, onera & impedimenta uitabant, armatura ac cibo ſimpliciter contenti, nihilq; quod nauigationem moraretur amplexi. Multæ illis uigiliæ, multaq; parſimonia erat. Remorum manubriis conſidendo innixi, ſomnum carpebãt. Quoties propter littora illis nauigatio erat, eadem antè ſpeculatoribus perluſtranda mandabant, ne quid incompertũ fortè uel improuiſum occurreret. Inſulas ad quas uento afflarentur petebant, miſſis qui loca procellis auerſa percurrerent, quod peregrina claſſis trãquillis ſoleat portubus delectari. Crebrũ eis cum hoſte certamen, ſed ubique facilis, ac penè incruenta uictoria fuit. Prædam ex æquo partiebantur, nec maior gubernatoris portio quàm priuati remigis erat. Chriſtianos quos expugnata claſſe captiuos repererant, amictu donatos ad propria dimittebant: tanta eis in cõterraneos humanitas erat. Octogenas & binas piraticas puppes uarie & uiciſſim cepere, nunquam ipſi claſſem uiginti duabus frequentiorem habentes. Stipendiis defecti, impenſas à ciuibus contrahebant, præmij loco prædæ dimidium recepturis. Hic piraticæ cultus, ut dixi, Roskildiæ cœptus, ab urbis gremio etiam ad agreſtes manauit, ab omni fermè Sialandiæ parte ſubſidia mutuatus.

D Enimuero anguſtus primum ac tenuis, magna breui incrementa contraxit. Sed neq; ante redditam terris pacem ulla ex parte remiſſior fuit. Interea Kanutus Friſiam minorem, quæ & ipſa Danicarum eſt partium, cum paucis exilij comitibus petit. Diues agri prouincia eſt, pecoribus opulens. Cæterum confinis oceano patet humilis, ita ut eius interdum æſtibus eluatur. Qui ne irrumpant, uallo littus omne præcingitur: quod ſi fortè perfregerint, inundant campos, uicos & ſata demergũt. Neq; enim illic locus natura alius alio æditior extat. Plerũq; agros ab imo conuulſos aliò loci tranſciunt, locum eorum occupante lacuna, in quorum conſederint præſidijs poſſidendos. Inundationem comitatur feracitas. Gramine tellus exuberat, torrefacta in ſalem gleba decoquitur. Hyeme cõtinuò celatur æſtu, ſtagni ſpeciem præbentibus campis: unde & in qua rerum parte locanda fuerit, pè ambiguum natura fecit, cum alia anni parte nauigationis patiens, alia aratrica pax exiſtat. Incolæ eius natura feroces, corporibus agiles, anxiam & grauem armaturam contemnunt, ancilibus utuntur, miſſilibus dimicant. Agros ſcrobibus cingunt, ſaltus contulis ædunt. Penates in æditum ſubiecto glebarũ aceruo prouehunt. Hos à Friſonum gente conditos, nomine & linguæ ſocietas teſtimonio eſt. Quibus nouas quærentibus ſedes, ea fortè tellus obuenit, quam paluſtrem primum ac humidam longo durauere cultu. Adminiſtratio deinde prouinciæ ſub noſtris regibus eſſe cœpit. A qua Kanutus cum fortè præſidium imploraſſet, prompto omnium fauore ſuſcipitur, pollicitus ſe eis aliquid de conſuetæ penſionis onere laxaturum. Auidi promiſſionis Friſi, intuitu exilis præmij, immani ſe negocio onerant. Ac primum mœnia propter Mildam fluuium, quis eum recipiant, condunt. Tantulo ſtipendio ingens militia ſtetit. Sueno reditus eius opinione accepta, lutis in equitatum digeſtis à Sialandis & Scanis claſſem adſciſcit. Ex qua nonnullas naues Sleſuici ſubductas ad Eidoram uſque ſolotenus pertrahendas curauit, ne ea pars hoſtibus elapſui foret. Quæ res ei impendio magis

quàm

A quàm uſui fuit. Inde cum copijs ad recēs oppidū pergit. Id inter paludes amnemq; ſitum natura quàm opere munitius erat. A latere ei Milda fluuius fuit anguſtis alueis, ſed placide manantibus aquis. Quod quia rex ob anguſtias exercitu circumuenire non poterat, locis ex copia idoneis caſtra defigit. Deinde cæſis uirgultis, quæ nemus proximum offerebat, ad peragrandas paludes conſtramenta fieri iubet, quibus cum opportunum foret, uelut pontibus uterentur. Interea quidam ex Friſica iuuentute, ſiue moræ impatientes, ſiue uegetioribus animis uirtutis iactandæ cupidi, prouocandi gratia, riuum qui inter caſtra medius erat conſueta arte tranſiliunt, uagumq; eminus hoſtem inceſſunt. Nec laceſſentibus obuij defuerunt. Complures ex utroque agmine huic ſe certamini ingerunt, ſuorum quique pericula propulſuri, neutris communis fortunæ negocium patienter inſpectare ualentibus. Itaque paulatim creſcente pugna, adeò omnium huc animi confluxerunt, ut ex eo belli præſultu, totius uictoriæ ſumma pendere uideretur. Quo uiſo, filius Thorſtani Petrus, omnium regis archanorum particeps, non ignarus Friſicæ temeritatis, confeſtim armari exercitum, præſtolariq; caſtris paratum iubet. Huius rei inſcij Friſones, tota amnem manu repente tranſuolant, rati ſine paratu regem in caſtris eſſe. Ita audacius quàm prudentius omnis eorum irrupit exercitus, inopinatum hoſtem opprimere auidus. Sed Suenonianis non ſegnius occurſantibus, ad notas ſibi refugere paludes. Quas mox equites factorum à ſe pōtium ſtramentis uſi facile ſuperant, tranſlati que fugam acerrime perſequuntur. Aliud quoque ferro ſibi cōpendium ſtruunt. Nam tanta in fugientes ſtrages exercita eſt, ut conſtratis cadaueribus, amnis mox à uictoribus permeari potuerit. Fuſis Friſonibus, Kanutus cum paucis exilij ſocijs eques elabitur. Reliquis fugæ expertibus oppidum receptui fuit. Cui Sueno Kanutum ineſſe ratus, obſeſſos quàm poterat

B infenſus aggreditur, ſperans obtentione eius totius belli finē futurū. Saucios integris mutat, feſſis requietos ſuccedere iubet, diurno prælio nocturnū ſociat, omniq; inſtantia curat ne laſſis quies remedio fiat. Addebat obſeſſis animum recens captiuorum occiſio, nec cuiquam à uictore toties læſo uenia ſperabatur. Contrà rex ſi pugnam remitteret, neque mox oppido potiretur, Freſos auxilio obſeſſis futuros timebat, ideo que perſeuerantiore prælio opus ducebat. Sic metus utrinque pugnandi pertinaciam fecerat. Nec interdiu dimicaſſe contenti, noctem quoque bello contribuunt. Tunc uero anceps prælium erat. Cum fortè Vualdemarus clamore cominus orto, Freſos inſtare ratus, in partē qua ſtrepitus exaudiebatur cum ſignis accurrit, ſociosq; perquàm ſtrenue repugnantes, errore noctis eluſus oppreſſit. Ita fortiſſimi animi dux temporis habitu circumuentus, quibus opem ferre decreuerat, cladem atque exitium irrogauit. Oppidani aſſiduis plagis & continua laſſitudine exhauſti, nullumq; pugnæ ſupplementum habentes, cum nec uires, nec uulnera ullo momenti ſpacio recreare quiuiſſent, deſperatis rebus dedidere ſe regi. Cuius fidem atque clementiam, ultrà ac rati fuerant, experti ſunt. Tum uero rex & in Plogo, qui Ericum occiderat, ſingulare pietatis ſpecimen dedit. Neque enim à patris interfectore pœnas exigere uoluit, plus deditionis moribus, quàm ultionis aculeis debiturus. Cæteros quoque nec morte nec captione mulctatos abſque redemptione dimittit, præfatus ſe eorum obſequia ac odia iuxtà æſtimaturum. Nihil enim ijs proſpere ceſſurū, qui toties mobili fide & ſacramento fuiſſent. Dimiſſi cum duce exilium amplectuntur. Id enim gratiæ apud ſuos Kanutus habebat, ut nulli unquam fortuna eius faſtidio eſſet. At Freſones mulctæ nomine duo milia librarū regi cum obſidibus pendunt. Poſt hæc ſiue rubore fugæ, ſiue naturæ ſtoliditate compuncti, Vualdemarū obſecrant, precetur regem, bellum cum eis hac lege iteret, ut uictor æquam priori ſummam recipiat: uictus, ex ueteri penſione quantum Kanutus ſpopōderat, remittat. Ille precantium temeritatem incer-

C tosq; pugnæ euentus solertius æstimans, extremæ dementiæ uoces consilij sui sa-
lubritate cohibuit, perquam stultum affirmando uictos, à uictore noxias belli con
ditiones expetere. Interea Kanutus apud Germaniam Fridericũ Romano recen-
ter imperio functum auxilij imploratione sollicitat, promittens se patriæ procura-
tionem in eius beneficio repositurum. Imperator cui & summa naturæ callíditas,
& maxima proferendi imperij cupiditas esset, tantum alieni in ditionem suam redi
gere auidus, Suenonem ueteris amicitiæ & cõmilitij monitum, promisso honoris
incremento ad colloquẽdum sibi simulatione charitatis inuitat, eximiam sibi uisen
di eius cupidinem incessisse significans, sed Romanæ maiestatis amplitudinẽ quo
minus eum accedat obsistere. Quippe Sueno adolescentiæ tempore militaris rei
perdiscẽdæ gratia, Conradi Cæsaris clientelam ingressus, cum Friderico adhuc pri-
uatæ fortunæ, quem & ætate & ingenio æquabat, diu sodalitatis officia gesserat.
Itaq; non quod fallacissimi hominis cõmentis crederet, aut æmulo asylum demere
uellet, sed ut sola se Germanis fama cognitum etiam spectandum subijceret, præ-
sentemq; famæ suæ miratoribus exhiberet, cultiore pompa instructus mandatum
exequitur. Nec parum gloriæ apud curiam magnificentia clientelæ & apparatus
ostentatione contraxit, totiusq; in se Germaniæ oculos ob uirtutis admirationem
cõuertit. Mersburgum oppidum theutonicæ nobilitatis frequẽtia completum in-
gressus, ab imperatore primum ueneranter habitus, mox uario accusationis gene
re uexatus, disparem promissis fidem expertus est. Cui demũ cõditiones huiusce-
modi proferuntur, ut imperatoris ipse, eius uero Kanutus renuntiata regni affecta
tione militem ageret, beneficij iure Sialandiã recepturus. Alioqui imperatoris ui-
res Kanuto obtẽtui fore, expeditamq; cum eo manum in Daniam esse mittẽdam,
quæ uel Suenonis præcurreret reditum, uel cõfestim impugnaret aduentum. Sue
D no in re tam anxia, aut periclitandum sibi, aut parendum fore cognoscens, simula-
ta assensione paterna bona quibus in Sialandia abundabat, tanquam peculiaria ã
conditionis tenore sublegit, ne uiolandæ pactionis omnis domi deesset occasio.
Quod quia Germanico iuri familiare erat, admissu facile fuit. In hoc Kanutus pacti
parum credulus, Vualdemarum qui cum Suenone aderat sponsorem efflagitat, fi
dem eius integritatemq; tutissimum rerum suarum pignus existimans. Neq; enim
alium ex regio comitatu, pari constantia pro capite suo excubiturum putauit. Ille
Suenonianæ perfidiæ conscius, cum uanam ac lubricam compositionis fidem ad-
uerteret, ne alienam in se labem recidere pateretur, sponsionẽ pertinacius abnuit.
Tandem rege compellente, uix atque ægre uadimonium dixit, præfatus se si Sue-
no pactum perrumperet, Kanuti partibus accessurum: probata utrinq; conditio-
ne discessum est. Reuersus in regnum Sueno, deq; æmulo comitem nactus, re-
missis è uestigio literis, fidem Cæsaris aperta fraudis exprobratione damnauit: iniq;
tasq; cum eo pactiones, obsequij negatione subuertit, in eas se conditiones falla-
ter adductum affirmans, in quas Danicorum adhuc regum nemo cõcesserit. Præ-
terea Kanuto iusta petenti, prouinciali duntaxat administratione concessa, regios
penates à cætera se conditione secreuisse dicebat. Fraudatus pacto Kanutus, ua-
dem sollicitat. Qui quum regem deserere, uel sponsionem corrumpere, æque fœ
dum putaret, utrobique famæ periculum contemplatus, mutare pactum quàm
euertere maluit, statuens ut quum rex Sialandiam commeatui suo necessariam du
ceret, aliud pro ea Kanuto stipendium assignaret, nec fructu parcius, nec spatio
contractius, nec honore defectius. Assensus conditioni rex, tripertitam Kanuto
præfecturam constituit, eiq; in Iutia, Sialandia, ac Scania, peculiare beneficium
tradit, interciſam loco dominationem minus solidæ potestatis gesturam existi-
mans. Huius rei Kanutus Vualdemarum denuo prædem exposcit. Quem uelut
antea repugnantem Sueno condendi fœderis auidus, sponsionem iterare coëgit,
negans

A negans ſi pacto obuiam iſſet, eius Kanuti uue defectionem ægre laturum. Hoc fretus pignore Kanutus, cupide conditionibus fruitur. Igitur Sueno perinde ac bellorum metu ſolutus, in ſuperbiam lapſus patrios mores, quod parum ſibi uide rentur exculti, tanquam agreſtes & inconditos, petita à finitimis urbanitate muta uit: ſpretoq; Danico ritu Germanicum æmulatus eſt. Nam & cultum Saxonicum ſumpſit, & ne eo inuidioſius uteretur, militum ſtudia ad ſimilem ueſtis uſum addu xit, ruſtici moris tędio, comptioris famulitij grege palatium inſtruens. Quinetiam epulandi ruſticitate depulſa, externas mēſis comitates adſciuit, comeſſationumq; ritus cultiore miniſterio gerendos inſtituit. Nec ſolum cultum nouauit, ſed etiam edendi bibendiq; facetias tradidit. Idem ſtudij in nouanda clientela, aſciſcendisq; ſatellitibus geſſit. Honores quippe nobilibus dēptos, hiſtrionibus deferebat: ma gnisque & illuſtribus uiris à latere ſuo ſepoſitis, in eorum locum turpium & ef fœminatorum familiam ſubrogabat, ut abiectu maiorum, minorumq; prouectu, prorſus eximias potentiæ ſuæ uires oſtenderet, ditatiq; fortunam ſuam beneficio regis, non generis imputarent. Nec inſolentiæ eius auaritia defuit. Siquidem lu croſa ſibi illorum fata, quorum bona auxiſſet conſtituit, pupillorum que paren tibus emortuis expilator euaſit. Neq; nephas duxit eorum liberos egeſtati ſubi gere, quorum opera regni opes ipſe ſuſceperit. Ipſos quoq; milites prius à ſe locu pletatos, ad uilem paupertatis ſtatum beneficij ſui pœnitentia adductus reiecit. Quinetiam ingentis clientelæ uoracitate compulſus, prouincialia miniſteria, im penſasq; ab agreſtibus arctius exigere cœpit. Itaque dum militum luxui conſulit, plebis fauorem amittit. Præterea controuerſiarum iura eatenus ſacramēti religio ne ſubnixa, ad palæſtras & palmas athleticas relegauit, iudiciumq; rationis ſpecu

B lationi debitum, in ſola corporum exercitatione conſtituit. Et ne quid faſtui deeſ ſet, in communibus ſuggeſtis cōcionari faſtigio ſuo indignum ducebat. Quam ob rem æqua uulgarium alloquia contemnendo, ædilitioribus locis occupatis, ſuppo ſitæ plebi ſuperne ius dicere conſueuit. Crebræ quoq; ei cum Lundenſi pontifice ſimultates, maiore fructu quàm iactura fuere. Ea tēpeſtate Karolo Hallandiæ præ ſide prouinciam egreſſo, coniugem eius, ſororemq; uiduam Suerconis filius Ioan nes excellentis earum pulchritudinis opinione corruptus, ad libidinis commer cium raptas in Suetiam uſque deuexit, Quibus tam contumelioſe uſus proditur, ut eas in ſtupri uices noctibus euocaret alternis, ingenuæ pudicitiæ fœminas, ob ſcœniſſima fœditate proculcans: neque aut huius matronalem torum, aut illius cœlibem caſtimoniam, quo minus uoluptatum ſuarum ignibus indulgeret re ueritus. Ad ultimum patriæ & populo tantæ temeritatis facinus execrante, utran que remiſit. Quod flagitium Sueno perinde ac commune probrum in omne Sue onum regnum ulciſci ſtatuit, publicum ruborem communibus armis ſubmo uendum exiſtimans. Sed nuptiarum apparatu præuentus, quippe Saxonum ſa trapæ Conradi filiam nuper deſponſam uxorē ducturus erat, propior priuatæ co pulæ, quàm publicæ uindictæ militiam retentabat. Per hanc Suenonem in pere grinos ritus adductum falſa plebis opinio referebat, eiusq; ſuper conſuetudinum nouitate conſilium accuſabat. Per eadem tempora Nicolaus urbis Romæ cardi nalis Britannicum permenſus oceanum, Noruagiam Lundenſium adhuc ditio ni parentem, immunitate conceſſa, maximi pontificatus titulis inſigniuit. Quod in Suetia quoque legationis poteſtate peragere cupiens, Sueonibus & Gothis de urbe, & perſona tanto muneri idonea concordare nequeuntibus, certami ni decus negauit, rudemq; adhuc religionis barbariem ſummo ſacrorum ho nore dignatus non eſt. Verum inſpecto temporis habitu, cum per oceanum re uerti hibernæ nauigationis metu in periculis duceret, Daniam reditui ſuo per commodam arbitratus, offenſam eius ex Noruagiæ promotione contractam be

C neficij deliniamento ſedare conſtituit. Eskyllum igitur mandatis aggreſſus, plus
nouæ dignitatis quàm ueteris amiſerit, recepturum promittit, definiens ſe ereptæ
Noruagiæ damna, Suetici primatus munere penſaturum. Rapuit promiſſum Eſ-
kyllus cupideq; legati copiam flagitat. Qui ueniens apud ipſum futurum Suetici
ſacerdotij inſigne depoſuit, dandum ei in quem concors Sueonum Gothorumq;
ſuffragium conueniſſet. Statuit quoque ut quicunque maximi Sueonum pontifi-
ces creandi eſſent, pallio à curia dato, per Lundenſem inſignirentur antiſtitem,
eamq; ſedem perpetuo uererentur obſequio. In hoc priuilegio dato confirmatio-
nem à curia adſciſcendã promittit: quod effectu perfacile fuit. Siquidem Romam
reuerſus, decedente Eugenio maximus pontifex ſubrogatus eſt, peregitq; publi-
cæ religionis præſul quod priuatæ legationis miniſter annuerat. Qui mox uſurpa
tione poſterorum firmatus, ſub hoc uſque tempus, antiqui tenoris obſeruatione
perfruitur. His peractis Nicolaus nondum Dania egreſſus, Suenonem Suetica
meditabundum bella, Romana induſtria à propoſito reuocare conatus, locorum
difficilium, inopis regni infructuoſæ uictoriæ habitũ prætendebat. Siquidem eius
militiæ negocium ingens, fructus exiguos fore, priusq; ei cum uaſtis & immani-
bus ſcopulis, quàm cum hoſte certandum. Quo uicto nihil præter ignobilem præ
dam, & ſordida ſpolia uictoribus occupãdum. Poſtremo cum ſtolidam regis per-
ſeuerantiam conſilij ſui ſapientia ſuperare nequiret, inertiam eius facetiſſime cauil
latus eſt. Nam araneam eum æmulari dicebat, quæ telarum figmentis cum diſcri-
mine uitæ, & uiſcerum ſuorum egeſtione conſertis, quid niſi ſcarrabeos putres &
uilia prenderet animalia? Cuius exempli euidentia, araneæ regem, militiam telæ,
uictoriam uenatui conferebat. Ita auidum ducem exiguæ rei cupiditate ſeipſum
uiribus exinanientem inutili bello delectari monſtrabat. Cuius Sueno dignita-
D tem potius quàm monitum ueneratus, abeuntemq; eum ad regni fines uſq; com-
meatibus proſecutus, deſtinati olim belli ſtudium animo reuocauit: quippe quem
magis potiendæ Suetiæ cupido, quàm aut iniuriæ dolor, aut pudoris irritamen-
tum accenderat. Maximam ſiquidem inuadendæ eius opportunitatem, tum ob
ſenium imbelliamq; Suerconis, tum ob factiones inter eundem & plebem recen-
ter ortas (nam Ioannem agreſtes concionantẽ occiderant) arbitrabatur. Spe quoq;
tam rata uictoriam complectebatur, ut ante militiæ exordium inter milites ſuos
Sueticarum iura prouinciarum, tanquam belli præmia partiretur. Duo quoque
ex proceribus eius ad opinionẽ unius Sueticæ uirginis libidinis æmulatione cor-
repti, magnis inter ſe iurgijs diffidere cœperunt. Cuius nuptias rex in beneficio
ſuo reponere par æſtimans, capta Suetia fortiori cõnubium pollicetur. Quo pro-
miſſo libidinis æmulis magnum uirtutis certamen ingeſſit. Tanta apud Danos
fruendæ Suetiæ fiducia fuit. Interea Suerco belli metu crebras ad eum de pace le-
gationes direxit, ſed nullis conditionibus ad eam impetrandam aſſurgere ualuit.
Igitur fruſtra fatigari ſe uidens, non ſe prælio offerre, non arma, non expeditionẽ
parare, ſed ignotos locorum receſſus quærere, ſummamq; belli Sueonibus cre-
dere. Vt autem Sueno difficillimorum itinerum euitaret anfractus, inſtrumen-
tum belli hyemis expectatione ſuſpendit, ab aſtrictis glacie paludibus profectio-
nis compendium petiturus. Hyberni itaque temporis beneficium nactus, expe-
ditiora legit itinera, rapinisq; & incendio Finniam prædabundus aggreditur. Oc-
currunt indigenæ ſupplices, patriam ſeq; dedentes: nec ſic ſe ſubtraxiſſe contenti,
etiam commeatibus præbitis, hoſpitalitatis eum obſequijs proſequũtur. Poſt hæc
Vuerendiam intrat. Vbi ab incolis neque Marte neque deditione exceptus, flam
mis omnia, ferroq; peruadit, uiris ac fœminis paſſim ſolitudinum inacceſſa peten-
tibus. Sed & prælatæ niuium moles totis fermè campis inceſſerant, frigorisq; tan-
ta uis erat, ut uberibus admoti infantes, algore hebetatis membris inter ipſa lactis
alimenta

A alimenta decederent, matresq; simili fato propinquæ, extincta pignora moribun-
dis complexibus attrectarent. Dani quoque eadem aëris inclementia afflicti, non
in castris noctes exigere, non militares excubias obseruare, pars foco sibi, pars te-
cto consulere, aëris non armorum sæuitiam in metu reponere, cuncti plus cœlum
quàm hostem cauere. Vuerendenses autem quoad regis gratiam pascisserentur,
iter intercipere cupientes, cæsis minoribus truncarum arborum coaugmentis, fau
cium quas permeaturus esset angusta præcludunt. Tantis siquidem circumiacen
tium rupium anfractibus claudebantur, ut absque ingenti dispendio à latere præ-
teriri nequirent. Quorum ausu rex inter cœnitandum accepto, moræ omnis impa
tiens, discussis mensis equum inuolat, militibusq; adesse iussis, ad rupem concitus
fertur, indigne ferens cœptorum suorum cursum uilibus agrestium obstaculis re-
tardari. Rogatus à Nicolao quodam iræ parcere, incertamq; admodum rem cu-
riosius explorare, interpellanti se, uxoratum quemq; timidissimum esse respondit,
ad eius nuptias alludens qui ducta cõiuge postridie militiam ingressus fuerat. Ille
ob contumeliosam monitorum suorum repulsam ira percitus, facturum se breui
quod Sueno non audeat, subintexuit: exprobratamq; sibi ignominiam, inuicem
in eum reiecto meticulositatis opprobrio uindicauit. Quæ uox ab iracundia profe
cta, celerem ipsius obitum ominata est. Vbi uentum ad fauces, delapsi equis mili-
tes, quanquam tenui armatura essent, quod eis festinationis ardor periculorũ con
temptum ingesserat, arboream struem oppugnare cœperũt, indigenis qui ad eam
defendendam conuenerant, ingenti pacem clamore poscentibus. Tunc Nicolaus
acceptam à rege contumeliam conspicuæ probitatis operibus demere cupidus,
ne magis uxorius quàm strenuus uideretur, dum conserta truncorum robora ob-
stinato ad pericula gradu superare conatur, ab agrestibus è strue tanquam ex mu-
B ro propugnantibus caput hasta traiectus opprimitur. Similis aliorũ conatus saxis
fudibusq; repellitur. Sueno propinquitate noctis, impetusq; preproperi pœniten
tia reuocatus, signo receptui dato prope aggerẽ castra constituit, luce postera ma
iore ui ac paratu præliũ exequuturus. Verũ hostibus noctu sibi diffugio consulen
tibus, mane uacuum propugnatoribus iter nullo negocio superauit. Vuerendos
deinde resistẽdi fiducia defectos, in fidem accepit. Igitur cum pleraq; sibi ex uolun
tate respondere cognosceret, felicibus fortunæ experimentis euectus, in omnem
se Suetiam effundere statuit. Sed nimietas frigoris equorumq; ex asperitate itine-
rum inopiaq; pabuli coorta debilitas, processum negabãt. Tunc qui ex equitibus
ad pedites redacti fuerant, commilitonum equos suis oneribus instrauere, eosq;
præ se onustos agentes ignaro rege domum dilabebantur. Qui tandem furtiuum
militiæ discessum expertus, clandestinam eius elapsionem data reuertendi licentia
præcurrit, statimq; compendiaria ad Scanicam uia cursum reflexit. Igitur Karo-
lus cum Kanuto fratre receptorum obsidum fiducia spem liberæ tutæq; reuersio-
nis præsumens, cum Hallandiæ propemodum confinijs accessisset, à Finnensibus
insidias hospitalitate tegentibus conuiuio exceptus, maiorem noctis partem com
messationibus extraxit. Temulentia grauis in horreum annona uacuum, pari-
ter se & comites sobrietate exutos cubitum recepit. Quibus altiore somno spi-
rantibus, Finnenses foris ualuas obicibus obserantes, igni sparsere tectum. Iamq;
maior eius conflagrauerat pars, prius q; ædes in cinerem prope collapsa fuerat,
quàm pressos mero sensus uis ardoris expungeret. Postremo propiore flamma-
rum feruore correpti, dum nudi ualuis erumpere gestiunt, forinsecus eas obclu-
sas cognoscunt. Vrgebat intus incẽdium, foris hostis uetabat egressum. Sed præ-
sens pœna sequentis metum leuabat, instantis q; mali periculum futuro tristius
ducebatur. Quo euenit ut Dani ferro quàm flammis opprimi præoptantes, uali-
dius conniſi præiecta foribus claustra conuellerent, utq; unum periculorum effu-

C gerent, in aliud ruere non dubitarent. Egregiæ indolis pueri quos ſibi in clientelam Karolus reſpectu propinquitatis adſciuerat, abſq; ætatis miſeratione ſub Nícæ amnis glacíem nudatís corporibus barbarorũ ludibrio merſi, in eodẽ alueo fatum ac tumulum recepere. Ita paucorum agreſtium fraude maximæ expeditionis labor exinanitus eſt. Interiecto tẽpore, plebs Scanica à principibus diffidens, concione lecta in Arnam uallem armata ſucceſſit. Quoties enim in ea prouincia intolerabilia uulgi onera ducebantur, publica ui iniurijs occurrebatur. Adeò cum intolerabilis plebis ſeruitus ducitur, publicis armis libertas expetitur. Veritus ergo rex ne is tumultus ad grauiores regni motus progrederetur, coërcendi eius gratia ad Scaniam è Sialandia traijciens, militaris manus fiducia agreſtium cõcionem acceſſit. Inermis ipſe equitibus utebatur armatis, ut uim metuere potius q̃ ſtruere uideretur. Cedẽte de induſtria uulgo, coronam ingreſſus multis & grauibus querimonijs exceptus eſt: ſed obſtrepente multitudinis clamore, defenſionis poteſtatem dicendi ue copiam impetrare nequiuit: flagitandi ſilentij gratia dextram uulgo obtendens crebros lapidum iactus excepit. Adeò cõſternationis furor in contemptum maieſtatis exarſerat. Tunc Toko matre Sygne ortus, uir natu & facundia, iuxta nobilis, primaq; regis amicitia prẽditus, in medium uulgi ſe prorípit, obtentaq; omnium taciturnitate, imperitum concionis fragorem doctæ uocis autoritate compreſſit: ita ſuam temperans actionem, ut & præfectorum partes diſſimulanter protegeret, & manifeſtum patrocinij impertiret. Reuerſis ad propria agreſtibus, rex tantæ contumeliæ deformitatem ſumma indignationis moleſtia proſecutus, complures Scaniæ uicos exuſſit, eamq; fermè totam perinde ac maieſtatis ream, rapinæ ſubiecit. Ipſos conſternationis autores ſpiritu, uel bonis priuauit, factioſos paupertate aut morte mulctandos iudicans. Nec Tokonem cuius ſalutari
D eloquio uſus fuerat, tametſi linguæ eius beneficio uulgi iram uitaſſet mulctæ expertem reliquit, plebem aduerſum ſe occulto eius conſilio concitatam affirmans. Ita ſæuiſſimis iracundiæ furijs prouocatus, odia ac familiaritates iuxta penſabat. Ea Suenonis irruptio Kanuto nouandarum rerum ſpem fiduciamq; reſtituit. Sed hunc auſum præcipue Suenonis ac Vualdemari concordia caſtigabat. Nam quantum regis odium, tãtam ducis apud omnes gratiam intuebatur, alteriusq; flagitia, alterius uirtute redimi denotabat. Arbitri quoq; Kanuti prius ſodalem regi quàm ocium eripiendum rati, eius cum Vualdemaro concordiã connubij affinitate componendam duxerunt. Cuius efficiẽdi gratia uterinam Kanuti ſororem Sophiam, apud Vualdemarum eximia pulchritudinis laude de induſtria proſequebantur. Sed Vualdemarus quo minus ad hanc copulam intenderet, inopiam uirginis obſtare dicebat, quod patre Ruteno procreata, nullorum in Dania bonorum hæres exiſteret. Quanquam enim ſuaſoribus tacite pareret, plus ſe tamen paupertatem puellæ fugere, quàm ſpeciem ammirari fingebat. Igitur à Kanuto totius patrimonij ſui parte tertia ſponſalium loco promiſſa, puellam deſpondit, eamq; matronæ cuidam Hotildæ aduſq; maturam toro ætatem educandam committit. Quam ob rem neglectum ſanguinis uinculum, ac diu funeſtis odijs laceratum, tanta animorum integritate refectum eſt, ut nulla ueterum inimicitiarũ macula quas uel ipſi, uel eorum parentes geſſiſſent, nouæ ſocietatis habitum infuſcaret. Quorum amicitia quo inuicẽ purior, hoc regi ſuſpectior extitit. Sed eos & tacite cauit, & palàm offendere metuit, quod maximam à ſe uirium partem cum Vualdemaro migraſſe cognoſceret, cuius fortunæ ſuam incumbere non dubitaſſet. Itaq; licet amborum fidem notaret, ſuſpicionem tamen ne odium proderet obſcurauit. Illi regiæ diſſimulationis haud inſcij, accepta commeandi licentia, quaſi bona ſua apud Suetiam inuiſituri, regem eius Suerconem accedunt. Re autem uera Kanuto Suerconis filiæ poſtulandæ negocium fuit. Quorum præſentiam Suerco tanta affectione amplexatus

A plexatus est, ut præteritis liberis futuræ affinitatis spe hæredes eos nũcupare proponeret. Quod uotum ei siue filiorum inertia, siue excellẽtis proci nobilitas insẽminabat. Reuersi itaque hoc inuisiores regi, quo hosti cõcordia iunctiores fuere. Kanuto deinde in lutiam digresso, Vualdemaro uero Ringstadiũ inuisente, Sueno post eum contentius pergit, conuentumq; diu perfidiæ & proditionis probris euerberat. Neganti, conflictas à se literas tradit tanquam ab amicis porrectas, sed titulo de industria uacantes, quæ eius ac Kanuti initã cum Suercone concordiam nunciarent. Quo commento Vualdemarus, quanquam iræ parcissimus esset, supra modum accensus, linguã nimio indignationis haustu repletã in contumeliam arguentis effundere nõ dubitauit: perfidiæ quoq; in eum exprobratione reiecta, non iam redargutione, sed cõuitio agebat, egregios operum suorum labores nugaci mendaciorum obiectu pensari uociferans. Adeoq; regem responsi sui libertate permouerat, ut tentus ab eo esset, nisi milites operam suam in eius captionem negassent, quorũ fauor impensius ipsum quàm regem excoleret. Quam iniuriam postea apud lutiam querimonia prosecutus, graues regi inimicitias peperit. Inde cum Kanuto magna totius lutiæ classe in Sialandiam recessit, non quod bellũ regi inferre proponeret, sed ut nouis conditionibus tutiorem eius circa se fidem efficeret. Quo apud Sundby maritimum uicum cum armatis obuio, diali colloquio de concordia actum. Composita pace, rex concubia nocte Roskildiam reuertit. Interea Sclauorum expeditio ad orientales Sialandiæ partes inusitatæ multitudinis classe nunciatur ingressa. Qui quoniam rus ante uastarent, cuncta prædæ uacua prætergressi, inopinatam aggredi Roskildiam statuũt. Igitur ne fumi indicio proderentur, incẽdio penitus abstinebant. Accedebat eorum audaciæ, quod ex speculatoribus ociosam urbem regemq; procul ex ea profectum acceperant. Quo

B nuncio instructi, intacto rure, eam contentius petebant. Ex quibus nonnulli pernicioribus equis suburbium prope liminaq; ciuitatis accesserant. Rex ipse dum nocturnã uigiliã sopore auidius redimit, sero paratu tanti discriminis nunciũ excipiebat. Primus ex Danis Radulphus equestris militiæ apprime peritus, promptioris equi beneficio in hostem occurrit. Sed cum solitarius esset, nunc euitando hostes, nunc persequendo, opem ab exercitio mutuatus est. Quoties inculta camporum offenderat, ob armaturæ molem ægrius fugam conficiebat. Nam Sclauos simili pondere uacuos liberior equorum pernicitas adiuuabat. Quo uiso, plus uiribus equi quàm uelocitati confisus, cursum ad cultiores agros de industria dirigere cœpit. Igitur caballi quibus uires parum suppeterẽt, officiente stipula præstantem robore equum imitari non poterant. Ita dum agilitatis equinæ certamen ad uirium conamen transtulit, ab instantibus occupari nequiuit. Quippe densior seges plus uilium iumentorũ, quàm robusti animalis cursum debilitauit. Interrogatus quis esset: mercatorem, respondit. Percontantibus quasnam merces haberet: respõdit, arma quibus equos commutare soleret. Sed & eum quem insideret, hoc sibi mercimonio obuenisse subiunxit. Regem quoque Roskildiæ esse, rogatus asseruit. Illis eum necessarios suos allocuturum urbe nuper excessisse dicentibus, egressum quidẽ eum sed reuersum astruxit. Quod quia cum speculatorum affirmatione non cõueniebat, in mendacijs duxerunt. Idcirco autem Radulphus circa regis statum ueris utendum putauit, quod si qua à se ueraciter æderentur, contrario modo hostibus credidit existimanda. Interea regij equites, ut quisq; apparatu uelox ac manu strenuus erat, Radulpho admixti in unam cohortem se receperant, incursaturi ilico hostem, ni Radulphus intuitu paucitatis auxilia sociorum expectanda duxisset. Tantam eis uictoriæ certitudinem assidua bellorum felicitas suggerebat. Contrà Sclaui reuocatos à præda socios in aciem corrogãt. Radulphus ubi primum excitati puluueris indicio regem affore deprehẽdit, superue

C nientis auxilij fiducia prælium facit. Cedentibus Sclauis cum pedites necarentur, equites seorsum in globum cõtracti, prius uelut ex consulto terga uertebant, mox imminentem à tergo regem, equitum eius paucitate conspecta, cõuersi fugarunt. Quos Radulphus intermissa peditum strage cum suis adortus, in ueram & præcipitem fugam coëgit. Sed ab ijsdem longius insectandis, quod equis præstarẽt reuocatus, admixta regia cohorte, ferrum ad pedites retulit. Fugientibus tanta adhuc prædandi cupiditas inerat, ut occisorum arietum corporibus pellem cursitando detraherent. Quantum in illorum pectoribus auaritiæ clausum putemus, qui inter extrema pericula, abiectis armis, ignobilem prædã & uilia fugæ impedimenta quo melius sibi consulerent, deserere passi non sunt? Paucissimi ex eis in littus elapsi, per lubricum pelagi nando nauigia petiuerunt. Nõnulli fuga cupidius inita, cæco metu undas aggressi passim exanimati sunt, præcipitato in mare spiritu, quem ab hoste seruare studuerãt. Interea Sclauorum equites uelut ex abdito prouolantes, uictoriam regi è manibus per insidias eripere conabantur. Igitur Dani, dum ad finem pugnæ peruentum autumant, prælium iterant. Quorum uirtute uicti Sclaui, fuga auidius sumpta adeò salutem suam ferro subtrahere gestiebant, ut per maritimæ rupis ardua, semet cum equis effœminato pauore præcipitantes, uitam finirent, & inter scopulos spiritum deformi corporum ruina deponerent, quem audacter in acie profundere dubitassent. Abducendis igitur nauigijs ob ingentem nautarum stragem, ægre remigia suppetebant. Iisdem temporibus effusis piraticę habenis à Vuandalicis finibus Eidoram usq;, omnes per orientem uici incolis uidui, ruraq; culturæ expertia iacuere. Sialandia ab ortu & meridie, marcida situ uastitate torpebat. Siquidem agrestiũ inops patriæ loco prædonibus fuit. Fioniæ nihil residuũ præter paucos incolas piratica fecerat. Falstria spacio quàm uirD tute contractior, incolarum fortitudine paruitatis damna pensabat. Quippe tributarij ignara iugi, aut pacto hostem, aut uiribus submouebat. At Lalandia tametsi Falstriæ granditate præstaret, pacem tamen pensione petebat. Cætera uastitas occuparat. Itaq; non armis, non urbibus cõfisum, anfractus equorum, quò minus piratas admitterent, prælongis palis ac sudibus exstruebãtur. Aduertens igitur rex nutantes patriæ res, & iam penè collapsas, se proprijs uiribus à piratica uindicare nequire, Henrici ducis cuius insignes ea tẽpestate uires fuere, aduersum Sclauos opem pecunijs promerendam putauit. Cui mille quingentas argenti libras mercedis nomine pollicitus, publica collatione summã expleuit. At Henricus cuius uænalis magis quàm utilis amicitia esset, pecuniam assecutus, uel quia noluit, uel quia nequiuit, parum stabiliter in promisso se gessit. Ita rex non accepta pace, dum patriæ rebus consulere quærit, miseriã eius dedecore cumulauit. Quæ res aduersum eum popularium iram acrius destrinxit, deforme ducentium pacem censu non armis exquiri, communemq; patriam regis uitio esse deceptam. Igitur Sueno despe ratis malorũ remedijs, à piraticis periculis propulsandis ad ciues usq; cauendos cu ram retorsit. Renouatisq; suspicionibus, Vualdemarum occupare animum intendit, tanquam altero sibi onustorũ sublato, facilius reliquũ aggressurus. Quod insidijs quàm bello commodius gerendum ratus, perinde ac coniugis dotem exquisiturus ad socerum iter instaurat, interq; delectos comites Vualdemarũ profectionis sequacem adsciscit: quia domi eum tutò relicturus non uidebatur, in carcerem Conrado seruãdum tradere cupiens. Quem dolum Vualdemarus amicorum sibi complurium literis indicatum, uenienti Slesuicum regi, memoratis quæ pro eo fideliter ac strenue gesserat, cum exprobratione perfidiæ palàm obiecit. Neganti in eum à se crudeliter esse consultũ, susceptos apices abscisis indicũ uocabulis ostendit. Meminisse deinde monet, ut præcipuam ei bellicorum manum conciliauerit, ut corpore aduerso diras pro eo plagas acceperit, ut secum maiorem semper uicto

riæ

A riæ partem traxerit, egregijsq; meritis suis gratiæ loco dolum ac fallaciam erogari conqueritur. Comitatum nihilominus pollicetur, præfatus sciturum eum peracta fraude, nequitiam sibi non astum effectui fuisse. Contrà Sueno suspicionem leuare summa dissimulatione tentabat. Neq; enim ad deponẽdam perfidiam, tantæ fidei meritis adduci poterat. Irreuocabilis itaq; propositi pertinacia, Stadium aduectus, à præsule Bremorum Hartuico domo suscipitur. A quo cum ulterioris uiæ ducem exposceret, non impetrato, Vualdemarum quem ei perfamiliarem sciebat, preces iterare compellit. Quo pontifex clàm uocato regij cõsilij commentum aperit, confessus se de industria negare, quod ei pernicioſum aduerteret. Vt autem regi satisfacere uideretur, dissimulata potestate, ductum ab Henrico, quod potentia ac dignitate præstaret, commonet expetendum, uerum has preces suo Suenonisq;, & Vualdemari nuncio committẽdas. Quibus Henricus auditis cum & regis dolum calleret, & Vualdemaro cõsulere uellet, quod à socero commodius accipere posset, frustra Suenonem à se flagitare respondit. Abductum deinde Vualdemari legatum, quam noxia mittenti precetur, edocet, ipsumq; ni redeat, apud Conradum extrema passurum denunciat. Igitur Suenonis nuncius collegarum utroq; dimisso, Conradum accedens, nunciat suspectos regem habere propinquos, quos pridem inimicitias exercentes, connubij recentis affinitas concordes effecerit. E quibus unum ei fraudulenter accitum in comitatũ cessisse, quem apud ipsum nouarũ rerum metu, uinctũ haberi cupiat. Præterea procedendi gratia, profectionis ei debere præstari ductorem. Quærente Conrado quo pacto regem æmulus comitaretur, fidem eius secutum asseruit. Tunc Conradus Suenonis consiliũ execratus, dedecere senem se, inquit, quod iuuenis fugisset, admittere. Nempe deforme uetulo esse, de integritatis duce perfidiæ fautorem euadere, notamq; quam eatenus ca
B uerit, sub ultimum tempus sibi conscisceret. Malle igitur se generum, filiamq; cum nepote ex ea suscepto cruci subfixos uidere, quàm fidei & synceritatis opinionem tot annis seruatam, extremæ ætatis infamia corrumpere, alienæq; fraudis propositum impijssimi fauoris prosequi nutrimento. Tum demum affuturũ se, subsidiaq; laturum, si gener omissa fraude, palàm quos metuat, impetat. Ad huius uocis nuncium, Sueno rubore perfusus, ulterioris uiæ tutatore negato, in regnum reuertit. Breui morarum processu, Kanuto & Vualdemaro Vuibergi moram habẽtibus, occulto traiectu in Fioniam è Sialandia accessit, confisus inopinatos prendi posse. Detecto dolo mandat utriq;, allocutum se eos nõ occupatum uenisse: suspiciones deponant quas falsò conceperint. Illi indicijs dolũ præcurrentibus, eius de se propositum speculati, nihilq; iam bonæ spei ex regis promissu çapientes, Iutorum suffragijs, regium sibi nomen cõscisçunt. Tunc rex apud Othenas (nam eò fortè loci diuerterat) cõtractis in regiã militibus, nunc singulos, nunc uniuersos arctius percontari cœpit, qua fide præsens bellum ingredi uellent. Respõdentibus alacriter, non cõtentus simplicitate promissi, sacramento fidem efflagitat. Illatis sacris, Suno siue uetusta Vualdemari charitate, siue priuato iniuriarũ dolore permotus, regia solus excedit. Emissi qui eum reuocarẽt, causam tam subitę egressionis efflagitant. Rogatus, regredi ob paternæ uillæ ereptionem cõqueritur. Rex restitutionẽ promittit. Suno, seram hãc iusticiam inquiens, in aduersis usurũ se negat, quo in prosperis fraudatus fuerit. Quam ob rem potioris partis amplexu solitariam transitionem non ueritus, ab iniurioso sibi rege salutari consilio desciuit. Itaq; iustum defectionis titulum secutus, Vualdemarũ auitæ paternæq; familiaritatis respectu trãsfugio petiuit. Cumq; Sueno roborata suorum fide in Sialandiam redijsset, consequenter ab æmulis Iutorum classem mutuatis, impetitur. Qui tũc fortè Roskyldiæ situs, Eskillum sæpe dictum antistitem, præsidiaq; Scanorũ accersit. Quibus præ tentatis, Petrum cui pater Thorstanus erat, omnium consiliorũ suorum arbitrum,

C qualiter rebus consulendum esset, interrogat. Is, consultãtem olim regem qualiter tutò regnare posset, iussisse fertur, ut aut equestrem plebeiumq; ordinem, quo se tutius aduersum æmulos gereret, beneficijs impensioribus coleret, aut ab ijs saltẽ ad propinquos placẽdi studium transferret, eosq;, sola cõtentus specie, re uera reges existere pateretur. Si neutrum egisset, haud dubium quin breuẽ regni usum habiturus esset, edocuit. Rex uero neq; salubritatẽ consilij, neq; sapiẽtiam responsi debita animi sententia prosecutus, utilissimos monitus deliramentorum loco habuit. Enimuero obfusum iracundia animum, salutaris æstimatio subire nequiuit. Concepti itaq; furoris impatiens, quoad unum sibi scutum suppeteret, id se Petro oppositurum iurauit. Tum Petrus, meũ semper, inquit, pro te clypeum gessi, sed uereor ne citò cunctis scutorum tuorum copijs opus habiturus sis. Quod rex aua rè dictum existimans, percontatur num adhuc satur esset. Respondit, saturum se, sed uereri ne satietatem parum salubris digeries sequeretur. Tunc quoque quid facto opus esset rogatus, in Scaniam migrandum edocet: tutiores illic uires, in Sialandia pauciores amicos quàm hostes esse. Pręterea lutos haud facile insecuturos, forensis adhuc pugnæ memoria trepidos. Si nautem in Scaniam prævenerint, gentis aduersum eum auxilia cõtracturos: quam si petere superseditsset, ad æmulos defecturam non dubitaret. Quem Sueno secus æstimaturum inquit, nisi Vualdemarum, cuius concubinarij filij pædagogum ageret, penatibus suis parsurum speraret. Aliorum uero bonis si patriam hosti cessissent, nullum peculiaris amicitiæ beneficium præsidio futurũ. Ita alieno consilio spreto, propriũ amplexatus, Roskyldiæ hostem opperiri constituit. Rarescentibus alimentis, regios uicos complures cõparandi sumptus gratia uenditabat. Tandem multi ruris absumpto precio, cum exercitum nimijs impensis onerosum dimissurus uideretur, Eskillus defectionem
D prouidens, artem excogitauit, qua periculum ad fructum cõuerteret. Primũ enim ampla defectionis præmia ab aduersarijs occultè pascisitur. Mox cum conterraneis regem accedens, alimentorum inopiam queritur: dimittat precatur, quos pascere nequeat. Præsertim pietatis ac necessitudinis iura uiolaturos, si in ciues ac propinquos ex aduerso cõtractos pugnatum issent. His dictis tanquam defensionis ratione reddita, cum cohorte Scanica regia excedit, subiungente Suenone, dignum eum qui defectionis pœnas capite lueret. Sed hunc regis furorem saniorum arbitrorum sententia propulit, imminentis belli auspicia scelere, & sacrilegio prohibentium esse sumenda. Iamq; rex maiore exercitus parte delapsa, fugam meditabundus cum reliquijs copiarum, Falstriam uersus cõtentius pergit, ignorantibus etiam arbitris quo proposito tam remotas ab urbe partes accederet. Quem ubi de fuga cogitare compertum milites habuere, ne sine prælio uinceretur orantes, uictoriam si redeat spondent. Præterea scire iubent, eos sibi milites esse qui crebrò parua manu ingentes hostium copias superauerint, neq; paucitatem uereri debere, quam toties in suis uictricem aspexerit. Quinetiam ultimi dedecoris esse fortunam suam antè fugæ quàm bello permittere, eosq; qui uinci possent ultro uictores efficere, alieno metu quàm suis uiribus fortiores. Monẽt deinde ne ex strenuo rege timidus militum desertor euadat, ne unius fugæ dedecore tot uictorias suas maculare sustineat. Cuius perseuerantiam à proposito reflectere nequeũtes, amaris eum conuicijs insequuntur. Nec deformitatem ei peregrinationis exprobrasse contenti, etiam contumeliæ damnationem iunxerunt. Deinde mutua semet adhortatione firmantes, bello hostibus occurrere statuunt. Fore enim ut eorum multitudo passim ac dissolute instandi cupiditate procurrens, sparsum militiæ genus sequendo, facile à paucis intercipi posset. Præterea arma sibi & equos suppetere, nihilq; tot uiris in unius meticulosi ducis absentia nocuisse fortunam. Ita sibi fortitudinis robur ingenerantes, regij dedecoris notam militari spiritu redimere gestiebant.

A bant. Diu itaq; expectato hoste, nec uiso, Petrus soluendum agmen, salutiq; consu
lendum admonuit, perquàm stultum affirmãs prælium absq; duce capessi. Quip=
pe luti Suenonem de industria cessisse rati, insidiarum metu tardius incedendum
duxerunt. Tunc Sialandenses quod indigenæ essent, cæteros commilitonum du=
ctu ac commeatibus prosequebantur, nec cuiquam ex tanto grege pernicios us ad
patriam reditus extitit. Sed eorum postmodum pleriscq; paci transitio fuit. Nam &
fides regibus data, & amicitia pariter obsequio quæsita, Vulf & Thorbiornus spe=
ctatæ in regem fidei, cum hoc ueniæ genus in probris ducerẽt, domi suæ compræ
hensi Suerconiq; regi in custodiam traditi, exilio capita quàm hosti dedere malue
runt. Horum siquidẽ excellentis constantiæ animus, plus gloriæ in uinculis quàm
libertatis in defectione constituit. At Sueno continuato apud socerum exilio trien
nium emensus, ipso defuncto, Saxonum satrapę Henrico datis uadibus pecuniam
pollicetur ingentem, si regno per eum restitui posset. Pactus præmium dux, cum
ad aggerem quam Danorum structuram appellant, summis uiribus peruenisset,
transitu per eum qui portæ præerat, pecunia corruptum, obtento, obsidione cen=
sum à Slesuicensibus extudit. Tunc Hartuicus Bremorũ pontifex qui & ipse post
Henricum expeditionis autor extiterat, meruisse eum, inquit, qui portam patefe=
cerit, cum pecunia simul quam pactus esset suspendi, quatenus ad horrorem con=
similis facti in eodem laqueo proditor, & proditionis præmiũ conspicerentur. Illic
Sueno peregrinam classem prędatus, direptas Rutenorum merces stipendij loco
militibus erogauit. Quo facto non solum aduenarum in posterum frequẽtiam de=
turbauit, sed etiam splendidam mercimonijs urbem ad tenuẽ angustumq; uicum
redegit. Saxones desertũ ab incolis rus nullo resistente permensi, hoc longius quo
licentius ruebant. Nam australes luti paucitatis suæ metu, in septentrionalem par=
B tem quæ multitudine præstabat elapsi, sub specie fugæ bellum parabant. Et qui
prius auxilia Suenoni spoponderant, alienorum uiribus succincto succursum ne=
gabãt, ne peregrinam manum aduersum patriam iuuisse uiderentur. Eadem ferè
tempestate Suerconem regem, seruus qui cubiculo eius præerat, noctu dormien=
tem occiderat. Quod scelus diuinitas haud segnius quàm iustius ulta est. Nam par
uo post tempore, Magnus qui occulta regnandi cupiditate seruo peragẽdi facino=
ris autor extiterat, in eo conflictu quo filium Suerconis Karolum quem patre spo=
liauerat, regno etiam exuere gestiebat, sceleratę machinationis pœnas morte per=
soluit. Ea res Kanutum solandæ matris gratia Suetiæ superiora petere coëgit. In=
terea Vualdemarus apud Sialandiam Theutonici motus opinione susc epta, ad lu
tiam concitus tendit, remisso coæuo atq; collacteo suo Absalone, qui reuertentis à
Suetia, Kanuti post se maturaret aduentum. Tantum autem eius apud Iutos præ=
sentia ualuit, ut & fortibus fiduciam afferret, & ignauia torpentes ad bellum pro
patria suscipiẽdum erigeret. Idem Henricum nobilem inter Saxones uirum cum
quo iampridem affinitatem, data ei in matrimonium cognata, iunxerat, per inter=
nuncios occultius obsecrat, uti ueteris amicitiæ causa ad procedendum socios inci
tet, ducisq; reditum modis omnibus interpellet, breui se cum exercitu superuen=
turum denuncians. Tantam illi fiduciam & numerus militum, & alacritas dabat.
Huius tumultus nuncio Kanutus è Suetia reuocatus, cum delectis Sialandiam in=
trat, extemplo Iutiam petiturus. Sed cum coortæ tempestatis magnitudine transi=
tu prohiberetur, afflicti mora milites, Vualdemarum pacem cum hostibus pepi=
gisse, idq; se per agrestium quẽdam recenti nuncio cognouisse fingebant. Hoc fa
mæ commento Kanutus audito ingrati animi labem exprobrat, parum honestum
de eo sermonem habentibus, qui suum communi periculo caput obiecerit: horta=
turq; si dignis eum laudibus prosequi nolint, saltem linguas ab indigna ipsius ob=
trectatione cohibeant. Hesbernus solus Skyalmonis cãdidi ex filio nepos idemq;

C Vualdemaro ob pueritiæ & educationis societatẽ percharus, transfretare se uelle dixit, quæ apud lutiam gererentur Kanuto renuntiaturum. Igitur ut strenuam, ita periculosam nauigationem feliciter emensus, & quasi cum ipsa rerum natura luctatus, sæuientium elementorum rabiem incredibili remorum certamine superauit. Nuntiatur interea Saxonibus totius lutiæ uires ad Vualdemarum coisse, tantaq; hostes manu esse, ut sine periculo & clade excipi nequeant. Hac dux fama attonitus, Henricum quem apud Vualdemarum affinitatis iure magnæ familiaritatis locum habere nouerat, ubi nam regulus eius degeret, simulato ioco perquirere instituit. Quo latebras eum ac solitudines circumspicere respondente, dux eludi se sentiens, à ficta & ludicra ad seriam & sollicitam interrogationem conuertitur. Repugnantem illum commissaq; tegere perseuerantem, per debitam Romano imperio fidem orat, obtestaturq; ut quæ ab hoste parari sciat, indicio præcurrat: neq; quod ciuibus perniciosum aduertat, silentio cõtegat. Hac Henricus adiuratione permotus, uerum esse quod rumor docuisset, asseruit. Bellum siquidẽ præ manibus esse, quale prius experti non fuerint, superstitesq; recordationem eius perpetuo narratu prosecuturos. Formidolosa cunctis Henrici affirmatio fuit. Idem an hostes expectandi essent cõsultus, omnium animos ad prælium uirili exhortatione prouexit. Ita fidem suam inter amici preces & ducis imperium partitus, ut nec huius mandatum negligeret, nec illius salutem silentio falleret. Quam sententiam publico metu refutante, cupidus reuersionis exercitus, occasionem à tempore mutuatus est. Ne enim ob piscium raritatẽ Veris quod imminebat statum, solenneq; iciunium solueret, remeandi sibi necessitatem imposuit: omniq; simulatione competentium alimẽtorum causabatur inopiam, ignauiæ studium religionis nomine colorando. Quod quidem in eorum abscessu luce clarius fuit. Iter enim quod semeD stri spacio uenientes confecerant, triduo remensi sunt, multa post se onera multaq; impedimenta nimia festinationis cupidine relinquẽtes. Tunc reuersus Hesbernus Kanuti expectationẽ summis ambiguitatis curis implicitã, certo rerum nũtio absoluit. Paruò post tẽpore ui Sclauica tanta apud Fioniam clades incidit, ut si secundam huic similem accepisset, cultu uacua mansisset, resq; eius non afflictæ modo, uerumetiam perditæ fuissent. At Sueno non contentus semel Saxonibus supplicasse, iteratò ad Henricum decurrit, per quẽ Sclauos eius ditioni parentes in patriam se peruehi laborabat. Quorum classe translatus, in Fioniam lætis ciuibus ad urbem Othenas se contulit, salutem suam aduersum innumeros paucorum præsidio defensurus. Sed & pax immunitasq; per Sclauos eius fautoribus promissa. Igitur siue impetrandæ pacis, siue amplectendæ maiestatis intuitu tanta tuendi colendiq; eius apud insulanos cura flagrauit, ut passim ad ipsius præsidium uirorum fœminarumq; turba concurreret, egregium reputantium aduersum eos qui rerum summa potirentur, infractam regis reparare fortunam. Ad hanc cum Kanuto Vualdemarus aduersum Fioniam terra mariq; cæteras regni copias contraxere. Quarum multitudine facile Fionienſium paucitatem oppressissent, nisi Vualdemarus miseratione reliquiarum afflictis insulæ rebus parcendum putasset, ne post nouæ cladis calamitatem populi residuum exhauriendo, plus patriæ quàm hosti nocuisse uideretur. Itaque æmulum cum pernicie tolerare quàm debile patriæ membrum quassare satius ratus, expeditionem ad concilium transtulit. Nam autore eo res in colloquium uersæ, conditumq; ut Sueno cum adscripta sibi clientela Lalandiam concederet, ibiq; propemodum solitarius degeret, quoad inter ipsum & duces de pace plenius conueniret. Die postero Othenas lauandi gratia repetens, Kanuto ob insidiarum metum balnea communicare non ausso, à Suenone eius amicitiam ambiente, elatis obuiam sacris religione processionis excipitur. In Albani deinde ædem ab ipso perducitur, arbitrorum nemine

præter

A præter Abſalonem admiſſo. Tum Sueno intra ſacellum reſidens, ſiniſtra mihi, inquit, iampridē Vualdemare fortuna, cōſortiū tuæ familiaritatis inuidit, quanq; & animū bene de te ſemper geſſerim, & à patris tui interfectore mens non ſolum ultionem exegerit, ſed etiā ſuſcepto aduerſum patruū bello, ſalutē tuam inter parricidales manus ſine cuiusq; præſidio conſtitutam plenis pietatis armis ab exitio uendicauerit. Poſt quem Ericus iunior ne parentis mei cui diutius militauerat cœptum excidere pateret, ut regni, ita tui quoq; curā arripuit. Tertius ego pueritiæ tuæ propugnator acceſſi. Nec mea parcius quàm priorū opera ſeruatum te ſcito. Pro capite tuo nondū in ætatem producto, aduerſum hunc cuius fidē nunc ſocietatēq; exoſcularis, arma ſuſcepi. Quæ niſi felicius auſpicatus fuiſſem, filio Magni immerēs pœnas luiſſes. Qui niſi me tertiū extimeſceret, haudquaq; te ſecundū pateretur. Dum uiuo, uitā tibi aduerſus eius inſidias prorogo. Extinctus ut meū ita tuum quoq; diem finio. Igitur eo tutius ad opem tuam decurrerim, quo plus eam beneficio meo debere cognouerim. Et nūc charitatis tuæ fiducia, arbitrū te pacis in me faciendę cōſtituo. Contētus ero qua me cumq; ſorte donaueris, tantū apud exteros calamitatis perpeſſus, ut priuatus aut egens intra patriæ fines degere, q; exul denuò cēſeri malim. Arbitror quoq;, ut cū ſingula iuſtius æſtimaueris, inter probra ducturus ſis potius parētis tui interfectore q; ultore procreatū, excolere. Hæc & ſimilia replicantē Vualdemarus interpellare nō dubitans, fruſtra meā, inquit, Kanutiq; concordiā caſſare pergis, cum & ipſe paternæ culpæ affinis nō fuerit, & mihi in eius expiationē olim iuſta perſoluerit. Quod autē ulterius tibi militare nō tuli, nō meæ leuitatis, ſed tuæ perfidiæ crimen reputa. Nonne olim me peregrinationis tuæ comitem in carcerē ſocero necandū tradere ſtatuiſti? Atqui niſi prauitatem tuā eius honeſtas uiciſſet, inter uincula moriturus abieram. Quoties
B meam, quoties Kanuti ſalutē per inſidias attentatam, fraudulentis conſiliȝ niſibus obruere uoluiſti? Qualiter autem pares ferre poteris, quos milites habere paſſus non es? Verum ne cum reprehēſione propinquū auertere uidear, res tuas aduerſum caput meū reſtaurare tentabo, plus miſeratione fortunæ tuæ, quàm credulitate promiſſionis inductus. Quam humanitatē cum ſcelere & fallacia repenſaueris, ſimplicitatē noſtram artibus tuis circunuētam ne exiſtimes, ſed potius fidem, pietatemq; periculis locū dediſſe. Tunc Sueno uerbis in ſimulationē compoſitis perfide ſe acturū negare, ſyncera fide eorū amicitiā expeturū promittere, præſertim cum nec ſibi nec liberis cōſulturus uideatur. Eo enim ſe morbo eſſe, ut annum uix conficere queat. Præterea ſine filijs eſſe quibus regnum parare debeat. Quid igitur niſi culpā & ignominiā perfidia quæſiturū? Malle itaq; quantumuis triſtes fortunas excipere, q; maximo famæ dehoneſtamēto ſceleratā ſui memoriā per totū terrarū orbem diſȝcere, breuesq; regni fructus æterna famæ turpitudine comparare. Dimiſſo Vualdemaro Lalandiam ipſe cōceſſit: ubi paucitate ſatellitū non cōtentus, nouos quotidie ſtipatores adſciuit, cliētelæq; grādibus incremētis auctus colloquiȝ diem hoc tutior quo fortior operiebatur, tanq; pacē cum æmulis ex pari facturus. Tempore prænominato, Kanutus & Vualdemarus cum omni Danica nobilitate Lalandiam aduehūtur. Tunc Vualdemarus quod Suenonem familiarius frequentare ſoleret, cum paucis ad eum uiſitandū contendit, Kanuto ſidem perpetua ſuſpiciōe damnāte. Cum quo Sueno Kanutū pariter adeſſe ratus, ſubornat ex ſuis qui iurgantiū more rem in ſtrepitū ſeditionemq; conuerterent, æmulosq; pariter ferro uiolarent. Quem ubi ſine ſocio uenire cōſpexit conſilium reuocauit, parū ꝓficuā alterius ſine altero oppreſſionē exiſtimās. Vualdemarus cognitis inſidijs ſed diſſimulatis, multa Suenonis adulatione uexatus, cum ab eo die poſtero ad familiare colloquiū expeteretur, non aliter annuit, quàm ut uterq; ſolitarius adeſſet. Eo nanque corporis habitu erat, ut cum nemine uiritim con-

C gredi dubitaret. Militibus itaq; procul abesse iussis inuicẽ collocuti, proximo die cõcilium aduocãt. Tũc Sueno siue cognationis fiducia, siue tegẽdæ fraudis studio Kanuto consentiente, Vualdemaro compositionis arbitrium tradit, probaturum se quæcunq; per ipsum taxarentur, affirmans. Igitur Vualdemarus ipsis sibiq; regij nominis usurpatione decreta, trifariam totius regni orbem partitus, lutiæ magnitudinem nõ minus incolarũ multitudine, quàm spacijs abundantem in unam portionẽ secreuit; in altera Sialandiam ac Fioniam, in tertia Scaniam cum attinentibus prouincijs locauit. Cumq; penes ipsum ut partitionis, ita optionis quoq; potestas existeret, primã sibi, secundã Suenoni indulsit: priorq; lutiam ipse delegit. Tunc Sueno cui post ipsum optio debebatur, ne mediũ inter æmulos locum acciperet, Scaniam poposcit. Ita minores insulæ duorum electione prẽteritæ, Kanuto cessere. Fides pacti sacramẽto componitur, ut religionis metu perfidia pelleretur. Deinde manus ad cœlum tendũtur, autor rerum in cautionem uocatur. Nec contenti concordiæ pignus humanis stabilire cõsilijs, Deum simul & pactionis præsidem, & temerationis ultorem efflagitant. Pontifices quoq; censuræ suæ partibus interfertis, ijs qui pactũ rupissent execrationis sententiã intẽtabant. Præterea condictũ delatores mutuò prodi debere, ne mẽdaciorũ obscuritate synceritatis habitus corrũperetur, cõcordiæq; quassaretur integritas. His ita compositis, Kanutus in Sialandiam cuius iam possessionẽ adeptus fuerat, Vualdemaro comitante prẽcedit, Suenonem breui subsecuturum hospitio suscipere cupiẽs. Quem postridie Ryngstadio susceptum expertus, dum in eius occursum bonæ fidei studio pergeret, Ryngstadiæ religionis prælatum cum Radulfo equite Theutonico obuium habuit, affirmantem nunciatũ fuisse Suenoni, cum armatorum multitudine eum uenire. Hausit ergo cum suspitione cautelam, argumentoq; perfidiæ sumpto con
D cionem quæ eo fortè die magna populariũ frequẽtia gerebatur, declinato Suenone petiuit. Vualdemarus uero apud quem fides suspitioni præponderabat, pacti fiducia, Suenonem constãtius quàm cautius petebat. Stabant milites regis gregatim armati, Kanutũ & Vualdemarũ dummodo pariter affuissent necare iussi. Comperta alterius absentia Sueno, reuocatis satellitibus multa uenientem gratulatione prosequitur. Percunctantem illum cur nullo discrimine impendẽte comitibus uteretur armatis, quid rumoris acceperit, edocet. A quo compluribus perfidiæ probris laceratus, consiliũ propositumq; suum summa animi dissimulatione suppressit. Roskildiã deinde, Kanuto cui illic hospitalitatis ius erat inuitãte, procedens, nocte per ludos & comessationẽ exacta, diluculo Thorberni uicũ haud procul urbe situm, cum paucis petiuit, perinde ac paruulæ filiæ quẽ illic educabatur cernẽdæ charitate perductus. Ferũt tunc uxorem Thorberni dixisse, mirari se eum in hanc cõditionis utilitatẽ adductum, ut quod totũ gesserat, eius tertia parte contentus habere sustineat. Quod dictum ab indignatione profectum, Suenoni ingens irritamentum facinoris fuit. Vespera appetente mittũtur à Kanuto qui cœnatum eum accerserent. Quos Thorbernus perquam iucũdæ excipiens, cum super regis mora rogaretur, debilitatem capitis ex balnearum fumo & uapore contractam, tarditatis eius causam astruxit. Sueno uero cum expectationis suæ excusationem afferre uellet, cum filia admodum paruula infantilibus blandimentis iocatum se dixit. Discors causæ redditio percõtatoribus notabilis fuit. Quorum hortatu urbem repetens, inter consortes quasi per ætatem honoratior medio sedendi loco receptus est. Mensis post epulas amotis, cum munitioribus poculis passim & uarie discurrentibus cõuiuij hilaritas augeretur, calculorum ludum poposcit, gloriatus se eius apprime peritum, quod exul hoc maxime iocunditatis genere delectari cõsueuerit. Quod dictum iactantiæ simile, re uera acerba calamitatis recordatio fuit. Sed tabulato non suppetente, ne lusui quidem uacatum est. Inter

cætera

A cætera cantor Germanicus fugam Suenonis, exiliumq; cantilena complexus, uarias ei contumelias formatis in carmen conuiciis obiectabat. Quem ob hoc acrius à conuiuis increpitum, Sueno dissimulata molestia fortunas suas liberius recinere iubet, perquam libenter se post ærumnas, malorum meminisse confessus. Crepusculo appetente, illatisq; ex more luminibus, miles Suenonis Thetleuus, qui paulo antè conuiuio egressus fuerat, reuersus in regiam, occasionem ædēdi facinoris oculis, animoq; tacitus perlustrabat. Cumq; paulisper attonito stupentiq; similis constitisset, Kanutus eum propasso in terram amiculo sedere sibi proximū iubet. Ille tantæ eius dignationi gratias habens, æde excedit, euestigioq; regressus exiguo capitis motu Suenonem accersit. Quem signi tam latētis ignarum, Kanutus à Thetleuo uocatum edocet. Cui cum Thetleuus exurgēti paululum insusurrasset, quotquot Suenoniarum partium affuere eis in colloquium admixti, collatis in orbem capitibus, nemini remotiorum exaudienda tractabāt. Tunc Kanutus perinde ac insidiarum præscius, Vualdemarum brachijs attrectatum osculo petiuit. Causam blandimēti, cum minime sic se aliàs gerere consueuerit, ab eo cui osculū tulerat interrogatus, suppressit. Interea Sueno relictis in æde militibus, per posticum in conclaue diuertit, præeunte puero luminis gerulo. Mox in Kanutum & Vualdemarum à subornatis ferrum distringitur. Sed Vualdemarus ocyus sede exiliēs, manum amiculo obuolutam non solum applicatis capiti suo gladijs obiecit, sed etiā Thetleuum acrius in se ruentem pectoris impulsu humi præcipitauit. Cum quo pariter & ipse collapsus, femur quamgrauissime sautiatus est. At ubi primū pedibus se excepit, recepti uulneris immemor, dum perruptis obstantium globis foribus exiliret, quidā obscuro loco obuius, arrepta cinguli ipsius pensilia, retentare eum conatus, abrupit. Interea alijs (ne noctis errore facinus impediret)
B fenestras reserātibus, Thetleuus humo resiliens, Kanutum dexteram gladio obtendentem à fronte confodit. Excipit semianimem Absalon, Vualdemarum esse ratus, fluidumq; cruore caput manibus ac sinu complexus, inter ipsos armorum strepitus salutē suam quàm regis curam neglígere præoptabat, reliquijs spiritus adhuc in eius pectore palpitantibus. Tandem Kanutum à se teneri cultus indicio expertus, permixtū mœrori gaudium habuit. Dobicus uir prima audacia, dum regis necem in autores uindicare conatur, occiditur. Itaque noctis obscuro nemine discerni patiente, in eos qui ualuas propius accessissent, stricto ferro prorumbatur: quia tenebrarum accessio, hostes, an commilitones adessent, incertos fecerat. Igitur Constantinus qui primo inter Kanuti necessarios loco fuerat, ne exitu prohiberetur, Absalonem in cuius iam gremio complexuq; Kanutus spiritū deposuerat, ad unum ostiorum accedere quo tutior sibi in reliquum procursus pateret, tacite postulabat: parenteq; eo seorsum elapsus, ab ijs qui foris uersabantur exceptus, opprimit. Absalon uero propior eius petitioni quàm suæ saluti, Kanuti corpore reuerenter amoto, securus periculorū in armatos progreditur, crebrasq; eorum interrogationes confessione sui nominis absoluere dignatus non est. Itaq; constantia taciturnitatis adiutus, salutarem inter hostes egressum habuit. Cui Radulphus medio ponte obuius, tam tetri facinoris nō autores modo sed etiam conscios execrabatur, ab eius se culpa alienissimū protestatus. Hunc Petrus cognomine Thema magno secutus impetu, per ludibriū Absaloni cōminando discessit. At ille ad australem atrij portā, quo Trinitatis ędes ambitur, progressus, infesto satellitum occursu præripitur. Cuius caput gladiorum multitudine circunfusum, quidam fortè cum alijs superueniens, non solū ferri, corporisq; sui pio uindicauit obiectu, sed etiā quendam à pectore eum cōfodere gestientē pœnas sibi si nō desisteret daturum minatus, salutare ei diffugium conciliauit. Absalon quoq; tempestiua corporis declinatione percussorem euitans, tunica qua latus eius proxime

C tegebatur, telum excepit. Ita ne Danicæ reparationis ſpes penitus elaberetur, futurum patriæ columen fortuna ſeruauit. Inde digreſſus cum in Ramſo uicũ nocturno itinere peruenisſet, attonitũ ſolitario eius aduentu uillicum, nunciatis quæ Roskyldiæ inciderant, penè exanimem reddidit. A quo uegetiore equo donatus primum ſororem, quam Petrus quidam in matrimonio habebat, deinde matrem petiuit. Quæ cum ex eo Kanutum occiſum, Vualdemarum uero grauiter affectum cognoſſet, plus mœroris ex eorum clade, quàm ex filij incolumitate uoluptatis contraxit. Interea Vualdemarus duos duntaxat è ſuis caſu comites aſſecutus, greſſum femoris debilitate negatũ, uitæ cupiditate prouexit. Igitur inceden di uſum uulnere debilitatum à neceſſitatis uiolentia mutuatus eſt. Adeò corporis dolores, animi metus extenuat. Deinde ſequaciũ ope equo impoſitus, in eum forte uicum caſu ductante peruenit, ad quem fortunæ eius nuncius Abſalon paulò antè præceſſerat. Quem poſtquam ex uillico recẽter ad matrem diſceſſiſſe cognouit, præuijs locorum peritis, poſt eum contendit. Adeò corpoream ipſius debilitatem, duratrix infirmitatis humanæ neceſſitas cõfortabat. Illic procurato uulnere, femoreq; faſcia circumligato, noctis reliquias exegit. Diluculo Sueno collectis ciuibus, nocturnis æmulorum inſidijs appetitum ſe queri, amiculum quod de induſtria confoderat, oſtendere, Kanutum & Vualdemarum hoſpitalitatis uiolatores, periuros, latrones, parricidas appellare, gratias Deo replicare, quod amborum facinus alterius nece propulerit, auxilia aduerſum ſuperſtitem implorare. Aſſertis eius, quia fraus in propatulo fuerat, fides delata non eſt. Deinde ne Vualdemaro maritimæ fugæ locus ſuppeteret, totius inſulæ nauigijs confodi iuſſis, ſolitudines quoq; quibus eum irrepſiſſe crediderat, exquiſitius indagãdas curabat. Igitur Vualdemarus tribus duntaxat comitibus frætus, non per abdita nemorum, aut
D inacceſſa paludum, ſed per tenues admodũ ſaltus errabat, tutiora ratus loca, quæ minus hoſti ſuſpecta fuiſſent. Hesbernus quoq; cum aliquot procul in planiciem mittitur, qui ſe patentioribus interdũ campis, Vualdemarum ſimulaturus, oſtenderet. Complures quoque duce eo uarijs in locis multitudinem ſuam, regiæ tranſitionis ſimulatione conſpiciendã præbebãt. Cumq; demũ lutiã accedi placuiſſet, familiaris ei faber nauigium, quo in eam traijceretur reficere iuſſus, metuens ne Suenoni pœnas daret, operam ſuam ſub ſpecie coactionis extorquendam perdocuit. Igitur Hesbernus officinam eius agreſtium frequẽtia completam ingreſſus, imprimis eum fictæ precis commento ſolicitat. Refectionem abnuenti, inijcit manus, nexumq; deducit: abſtractus artificiũ præbuit. Itaq; ſub iniuriæ ſimulatione & amico utiliter paruit, & apud Suenonem ſibi impunitatẽ ſalubriter conciliauit. Tunc armamentis, commeatibusq; per Hesbernum exhibitis, Vualdemarus noctu cum ſuis nauigationẽ orſus, coorta ſubitò tempeſtate, inuſitatam maris ſæuitiam expertus eſt. Ipſis quoq; militibus immanium undarum aſpergine prolutis, tantũ algoris inceſſit, ut ſingulis corporis partibus hebetatis, ne uelum quidẽ ad nauigationem commodũ circumferre potuerint. Præterea tanta nimbi uis antennam impulit, ut inter undas effracta decideret, nec minus imbrium quàm fluctuum moles nauigium onerabat. Gubernator omnia freto permittens, abiecto regimine quo proram deflecteret ignarus, ſolum uenti imperiũ expectabat. Aër quoque crebris internitentiũ fulminum ignibus micans, ingenti nubium fragore concrepuit. Tandem per ſummam nimborum rabiem inſulæ cuidam errore nauigationis appulſi, detractũ undis nauigium, quod ancora retentare nequiret, circunſtantiũ arborum ramis in foros detortis, quò minus lapſum collideretur, tenacius aſtrinxerunt. Eadẽ nox Sclauos ad Hallandiã mille quingentarũ nauiũ claſſe appulſos, naufragio obruit. E quibus quotquot uiui in littus euaſerant, ferro perclitati ſunt. Diluculo Vualdemarus adminiſtrato per Hesbernum uiatico, militibus

A tibus abunde firmatis, ſecundo mari in lutiam peruenit. Vibergum progreſſus, Suenonisq; dolum pro concione cauſatus, omnium animos ad mœſtitiam lachry moſa fortunæ ſuæ narratione deflexit. Cuius aſſertioni non minus miſerationis quàm fidei, uulneris præſentia conciliauit. Itaq; neſcias miſerior plaga an felicior fuerit. At Sueno fugæ eius opinione accepta, refectis nauibus quas antè quaſſa- uerat, expeditionem in lutiam parat. Tunc mater Abſalonis, & ſoror egregiũ ui- rilis induſtriæ facinus edidere. Siquidem ut regis tranſitum morarentur, nauigia quibus traijcere deſtinabat, nocturno tempore diſſecanda curarunt. Quarũ Sue- no refectioni diutius immoratus, cum redintegratis omnibus in Fioniam perue- niſſet, Vualdemarus ocyus æmulo occurrendũ exiſtimãs, primis eum lutiæ limi- nibus prohibere cõſtituit. Quo cognito in Sialandiã ſe contulit, eiusq; & Scaniæ populo per edictum cõtracto, priuatis armis publica miſcet auxilia. Interea Vual demarus incertũ belli ſuſpicatus euentum, repetito Vibergo, nuptias agit, tum ut eos facilius ſibi qui Kanuto militauerant adſciſceret, tum ne pulcherrimæ ſponſæ caſtitatem hoſtibus fortè delibandã ſeruaret. Deinde expeditione coire iuſſa Ran druſiũ petit, Sialandiã, quod Suenoni receptaculo eſſet, armis attẽtare conſtituẽs. Ex Suenonis quoq; militia cõplures ob immane eum ſcelus peroſi, Vualdemaro ſe iungunt, tanti facinoris reatũ, auxiliorũ fomentis proſequi nefas ducẽtibus. At Sueno qui bellum inferre q; excipere ſpecioſius duceret, magnitudinẽ animi ſui intra unius inſulæ fines cõcludere nequiẽs, nauigijs è Fionia, Sialandiaq; petitis, ad lutiã appulit, ijſdemq; intra Dyurſo fluminis alueũ recipi iuſſis, cum prõptiſſi- mis equitũ ſub dubia oppidanorũ fide Vibergũ cõceſſit. Quod cum Vualdema- rus per transfugarũ quendã expertus fuiſſet, auxiliaribus qua poterat celeritate contractis, ad exturbandã hoſtiũ claſſem, Saxonẽ & Iuriſium cũ naualibus copijs

B mittit. Quorũ autoritatibus moti Sialandenſes, nauigatione reflexa, plus propin- quorũ monitis quàm regis imperio tribuendũ putarunt, eiusq; deſertores, quàm horum hoſtes exiſtere maluerũt. Verũ Fionẽſes apud quos plus regis quàm pri- uatorũ reſpectus ualuit, ſpreti monitus pœnas uapulando luere, pulſatiq; dedere fugam, quam ſoſpites abnuerũt. Nec quicq; Sueno malorũ ægrius tulit. Poſt hæc, Hesbernus hoſtiũ conſilia cognoſcere iuſſus, cum prope Vuibergum ſuſceptæ ſpeculationis gratia peruenisſet, Suenonis Randruſiũ petẽtis obuiũ contempla- tur exercitũ. Igitur ne res diligẽtius q; fortius explorare uideretur, præcedentium quoſdã effuſius obequitantes, haſta ualidius appetitos militari uirtute proſtrauit. Quorũ equos potius comitũ ope, per deuiũ abſtrahẽdos curauit. Tũc Suenonia- ni propinquas hoſtium copias arbitrãtes, armatura propere ſumpta, lectiſſimisq; equorũ cõſcenſis bello ſe præparãt. At poſtq; inæqualia loca Parmẽſis proſpectũ planicies dedit, ſolũ contuẽtes Hesbernũ, poſt eum prõptiſſimos dirigũt. Quibus ille uolucri fiſus equo, tanto ſemet interuallo ſurripuit, ut interdũ quieti deſcẽden do cõſuleret. Cumq; inſecutores fruſtra ſe eius occupatione inhiaſſe cõſpicerent, alloquiũ ipſius ſub fidei promiſſione eminus uociferãdo depoſcũt. Negat eorũ ſe colloquia ſuſcepturum Hesbernus, quod lubrica fide ſerotinis eſſe temporibus conſueuerint, facetiſſime eis perfidiam quam recenter Roskyldiæ patrarant obie ctans. Ex quibus Petrum dũtaxat, cognomine Thema, antiquæ ſocietatis fiducia accepta, fide propius accedere paſſus, cum ſuper Vualdemaro pluribus rogare- tur, reliqui inter ſe equis de induſtria concurrẽtes, inſidias ei ſub exercitationis ſi- mulatione tendebant. Tunc Petrum Hesbernus quid animi ſocijs eſſet aduertere poſtulat. Ille fidem ſuam commilitonum perfidia quaſſandam ueritus, obuerſa ha ſta confixurũ ſe, qui in Hesbernum irruiſſet, exclamat. Quorũ fraudem Hesber- nus per anguſtos diuerticuli receſſus, præpropere pontis cuiuſdam tranſitu præ- cucurrit, intentasq; lateri haſtas cuſpidis ſuæ fruſtrabatur obiectu. Quumq; eos

C identidem dignis perfidiæ conuicijs affeciſſet, procul inde diſcedens obuios forte commilitones de hoſtium inſecutione edoctos, propinquis uiæ fruticibus occultauit, ac protinus ipſe equo diſſiluit. Qui uero in eius captionem intenderãt, nondum hac ſpe depoſita, curſum dirigere perſeuerabãt. Quibus ille procul conſpectis equum inſilit, eiuſq; latera crebris de induſtria uerberibus attundendo, ficto curſum labore confecit. Igitur inſequentes conceptam intercipiẽdi eius ſpem maiori conamine proſequentes, acrius equos urgere cœperunt, haud dubie ab hoſtibus capiendi, niſi inſidiantium quidam expectationis impatiens, per nimiam occurſandi cupidinem ocyus latebris erupiſſet. Itaq; ex unius procurſu datum ſibi inſidiarum indicium exiſtimãtes, ad ſocios impigre relabebãtur, aliena impatientia quàm ſua prouidentia feliciores. Ita Hesbernus niſi ſociorum imprudentia uetuiſſet, callidítate perfidiam ultus fuiſſet. Per quem Vualdemarus hoſtes imminere comperiens, nondum ſe committendi belli uiribus abundare cõfiſus, iunctum uico pontem, ne eis peruius foret, partim diſcindi iubet. Itaq; & tutum militi munimentum, & opportunum cõtrahendis uiribus ſpatium ab amne mutuatus eſt. Cumq; nec Suenoni tranſeũdi facultas, nec Vualdemaro obuiandi uoluntas ſuppeteret, promptiſſimi tamen iuuenum reliquijs pontis præter imperium occupatis, iaculis miſſilibusq; certantes magna fortitudinis experimẽta dedere. Quippe quia cõgreſſionem locus negabat, ad aliquanto mitius pugnæ genus iuuenilium animorum laſciuia decurrebat. Vualdemarus tandẽ gerẽdi fiduciam belli quotidianis copiarum incrementis adeptus, amne aliàs ſuperato hoſtem appetere ſtatuit. Nocte uero quam belli inſecutus eſt dies, frænatos ſtare equos, paſtuq; penitus arceri præcepit, ne ſatietate graues, curſu hebetes forent. At Sueno caſtris ſata complexus ex ipſa agrorum ubertate abunde equos refici iubet, ignarus ſtoma-
D chi farcinã curſui impedimẽto futuram. Cumq; Vualdemarus exercitu in aciem digeſto procederet, cohortẽ armis ſignisq; fulgentem è latere conſpicatur. Quam primo hoſtilem ratus, ex ſpeculatoribus cognoſcit ſocios eſſe quos metuat. Quibus in aciem receptis fidẽtius in hoſtem tendebat. Adeò quippe copijs creuerat, ut ne à decima quidẽ exercitus parte, ſignorũ ordines proſpici potuiſſent. Tunc quibus à Suenone commiſſa ſpeculatio fuerat reuerſi immodicas hoſtium uires edocent, fatigandam ante multitudinem, quàm ſuſtinendam eſſe. Fore enim ut multum ex eius numero copijsq; dies detraheret. Cuius cõſilij ſalubritatem Suenoni admodum gratam Achonis cuiuſdam Chriſtiarno procreati temeritas repulit. Siquidem aut pugnaturum regem, aut à militibus deſerẽdum eſſe dicebat: quippe qui ita ſibi conſulere nolint, ut rem familiarem proprio ſpiritu chariorem hoſti impune potiendam relinquere cupiant. Ad hæc memorem eſſe iubet, quoties exigua manus ingens uictoriæ decus acceperit. Itaq; ſi animos ſuorum nõ numerum metiri uelit, plus fiduciæ ex eorum paucitate, quàm metus ex hoſtiũ multitudine concipiendum fuiſſe. Præterea aciem contemni potius quàm metui debere, quam non militum robur, ſed uulgus inerme cõſtruxerit. Hac exhortatione regem ſalutari conſilio depulſum, pernicioſe parere coëgit. Ex parte Vualdemari iuuentus ferrugineis ſuccincta tunicis, dextrum aciei latus cõfecerat. Quam Suenonici ob eximiam ferri ſimilitudinem uario loricarum genere excultam rati, in eam cohortem exercitus ſui cuneum deſtrinxerunt. At ubi ſpecie deceptos ſe uident, ab his ad regiam phalangem inſultum transferunt. Illud quoq; memoratu dignum, quod Vualdemari exercitum tam crebri coruorum greges interuolaſſe produntur, ut complures ſe erectis militum haſtis feriendos obijcerent. Medius acies interequitabat cantor, qui parricidalem Suenonis perfidiam famoſo carmine proſequendo, Vualdemari milites per ſummam uindictæ exhortationem in bellum accenderet. Congreſſuris ſepes frugum ambitrix obſtabat, quam neutro equitatu

A equitatu propter palorum eminẽtia acumina trascendere præsumente, Vualdemari pedites disiicere aggressi, pugnæ principium ædiderũt. Qua Suenonici leui negocio uicti, ægre fugam moliebantur. Quippe equi nocturno adhuc pabulo onusti perseuerãter cursum intendere nõ ualebant, quod saturitatis moles citam eis lassitudinem ingerebat. Primipilus ipse & equo in hostem cõuersus, sparsosq; fuga socios ad pugnam capessendam hortatus, tandem circũspectis nusquam auxilijs, signũ humi defixum siniſtra complexus, dextra propius accedẽtes obtruncat. Ad ultimũ memorabili pugna ædita, circumfusæ multitudinis uiribus lacessitus obruitur. Sueno cum paucis ad paluſtria fortè fuga perueniẽs, cum luto desidente equi uestigia mergerẽtur, pedes iter arripere conabatur. Sed ne sic quidem cœno onus ferente, etiam arma deposuit. Postremo quanquam suorum humeris anniteretur, suprema uictus lassitudine comitibus aufugere iussis, in arboris unius radice consedit. Adeò quippe eum uires defecerãt, ut ne gradum quidem alieno subnixum adminiculo proferre potuerit. A quo quidam suorũ per ignauiam discedere omni fato tristius ratus, ab agrestibus indagandæ prædæ gratia superuenientibus, ante pedes regis appetitus, occubuit. A quibus & Sueno captus, cum quis esset interrogaretur, regis scribam profitebatur. Agnitus tandem, equoq; ob reuerentiam maiestatis impositus, siue metus, siue spei instinctu Vualdemaro se præsentari poscebat. Hæc orantis caput agrestium quidẽ subitò aduolans securi præcidit. Corpus eius nullis funeris impensis honoratum, ignobili sepulturæ popularium cura mandauit. Vluonem bello captum, Vuibergiq; custodiæ traditũ, Hesberno duntaxat quò minus puniretur obstante, capitali supplicio Kanuti milites affecere, sanguine eius ducis sui manibus parentandum putantes. Prænsus quoque Thetleuus cum ad eculeum abstraheretur, primo culpam apud captores
B excusare pergebat. Postremo cum sine effectu præces esse cognosceret, adeò effœminate se gessit, ut uirum exuere uisus ne lachrymis quidẽ abstineret aut planctu, muliebremq; animum uirili corpore clausum confiteretur. Itaq; prius decore, deinde morte multatus, geminam interfecti à se principis manibus pœnam persoluit. Magnus uero posterioris Erici ex pellice filius, qui & ipse Suenoniani nominis acrior quàm iustior defensor extiterat, cum captus ultima se passurum arbitraretur, supra uota propitiam uictoris clementiam expertus est. Quem Vualdemarus sibi à captoribus præsentatum, sub respectu cognationis nõ spiritu modo, sed etiam honoris ac potestatis incrementis donauit. Cumq; abundè esset impunitatem tribuisse, etiam liberalitatem adiecit: ne districtũ ultorem agendo, plus iræ quàm necessitudini indulsisse uideretur. Itaque tametsi iniuriæ supplicium deberetur, propinquitati salus tributa est. Igitur nõ minus in aduersario affinitatem, quàm in fautoribus fidem atq; obsequiũ ueneratus, hostem amicis præmio æquauit. Burysium etiam ut sanguine sibi, ita animo obsequioq; cõiunctum, quod optima ipsius opera aduersum Suenonem usus fuerat, tum opibus, tum etiam honoribus prosecutus est. Cuius fratrem Kanutum pari munificentia ad præfecturæ fastigium recenter euexerat. Tum uero qui Kanuticæ militiæ comites fuerant nondum hostium cladibus contenti, communiter regem adeunt, ut eos qui Suenoni interficiendi Kanuti consilium dederant proscriptione prosequeretur, orantes. Inter cæteros autem, Thorberni pœnam cupidius expetebãt, quanquam is cum apud Randrusij pontem dimicaretur, præsentibus quorum consilio Kanuti cædes commissa fuerat, huic se perfidiæ affinem negabat, autores eius acerrime deuouens. At rex metuens, ne si tot gentis suæ nobiles exilio multaret, Kanutum, Burysiumq; dubia fide suspectos, proscriptorum aduersum se armis instrueret: ueniam sontibus, quàm æmulis opem afferre maluit. Ad ultimũ instantium perseuerantia uictus, ne à Kanuti interfectoribus remissius ultionem exigere uideretur,

C proſcripturum ſe quos iuſſiſſent promiſit, nec alio pacto patriæ redditurũ, quàm ſi eorum precibus reuocarentur, quorum ſententijs exilio adacti fuiſſent. Sciebat enim facilem humani animi ab odio ad gratiã deflexum exiſtere, ac plerunq; mortales affectus, cum ipſa rerum uarietate cõſentire. Nihil enim in his tam aſperum reperiri, quod tempus aut caſus lenire nõ poſſit. Cæteris eiuſdẽ gregis, ut ijſdem potius bonis militibus uteretur quàm in eos animaduerteret exoratus, ignouit, tantoq; ſe eius amicitia propiorẽ exhibuit, quanto ipſos ab illius parricidalis commenti conſcientia remotiores agnouit. His ita compoſitis, ut regni initia ſtrenuis militiæ operibus auſpicaretur, patriamq; tot annis piratica laceratam, ac fermè tertia ex parte ad ſitum & uaſtitatem uſq; redactam iniuriarum ultione reficeret, publica claſſe Maſnet inſulam, bellum Sclauis facturus, accedit. Vbi dum populum in cõcione exhortaretur, ſeniores quibus pro roſtris dicẽdi mos erat, claſſem tutò proceſſuram negabant. Nam & ſuos cõmeatibus deſici, & hoſtes compertũ regis habere propoſitum. Aucupãdæ ergo opportunitatis gratia dilatu opus exiſtere, quoad melior gerendæ rei facultas incideret. Cæterum nõ paruæ temeritatis eſſe, aduerſum prouidos & præmunitos armorum experiri fortunã. Præterea in eam claſſem Danicum penitus coiſſe robur, quod ſi periclitari contingeret, profectò Sclauos unius uictoriæ beneficio, Dania potituros. Nam ſi res parũ ex ſententia cederent, nonne patriam penitus in eorum funere perituram? Minime igitur uni prælio tantæ nobilitatis uires impendere debere, dum modo uictrices parum gloriæ, uictæ dedecoris plurimũ ſint laturæ. In hanc ſententiã totius concionis ſuffragia conſonabãt. Cuius arbitrio rex expeditionẽ remittere coactus, propoſito ſuo celerius quàm cupidius ceſſit. Apud quem Abſalon in nauẽ regreſſum, deſidiã eius eludens facetiſſime cauillatus eſt. Nam cum ſolutæ expeditionis cauſam perD quireret, dixiſſetq; rex, ne tot fortes periculo obiectarentur, Ergo, inquit, cum ignauis & ignobilibus cœptũ exequere, aut proficue uictor futurus, aut parum damnoſe uincendus, quũ nullo in momento uilium internicio ponenda ſit. Ita lepidi ingenij adoleſcẽs, indignationem ſuam ad inertiæ exprobrationem ſub ioci ſpecie conuertit. Quæ tam faceta eius urbanitas, tacitum regis conuicium fuit. Per eadem tempora Aſcero Roskyldenſium antiſtite decedente, ſuper ſubrogando pontifice plebis à clero ſuffragia diſſidebant. Eadem etiam tempeſtate diuidua Roskyldenſis populi cõiuratione, cum mutuis cædibus ciuitas exundaret, aduenis partim cæſis, partim urbe eiectis, non contenta indigenarum ſodalitas alienigenæ cõiurationis partes protriuiſſe, etiã in eum qui regiũ numiſma adminiſtrabat, non tantũ ædes eius ſolo æquãdo, ſed etiã bona omnia diripiendo ueſaniam ſuæ conſternationis exercuit. Tunc rex ob maieſtatis ſuæ contemptum acrius ciuitati infenſus, cum ad excidiũ eius magna prouincialium manu niteretur, miſſis ad ſe deprecandum legatis, ne armis quæ pro patria ferre debuerat aduerſum patriam uteretur, incolumitatẽ urbi ſuſcepta, pecuniæ pactione donauit. Quam continuò placida mente ingreſſus, Trinitatis ædi inſeruientiũ penates intrauit, eorum de creãdo pontifice ſuffragia, ſuo proſecutus aſſenſu. Quanquam autẽ ei in eccleſia à maioribus cõdita ac dotata, iuris aliquid competere uideretur, nihil ſe tamen aduerſum eam aut illicita affectatione, aut inſolita conſuetudine præſumpturum dicebat: ſacris ſiquidẽ legibus cautum noſſe, ne clerus peculiare eligẽdi ius regali imperio obnoxiũ habeat. Itaq; præſentiã ſuam haudquaq; impedimẽto futuram, quò minus electoribus libera ſuffragiorũ arbitria maneant. Tunc clerus religioſam eius iuſtitiam ſummis gratiarũ actionibus proſecutus, concilio exceſſit, delectum curioſius habiturus. Cumq; tres ſpectatæ opinionis uiros, quibus quartus ob uirtutem Abſalon adijciebatur, circumſpexiſſent, ut ex eorum numero potiſſimus aſſumeretur, Vualdemarus tacita ſingulorũ ſuffragia in unius tabulæ ſegregata

A gata uolumina referri iuſſit, ſyncerioremelectionis habitum ratus, ſi uniuſcuiuſq; uoluntas antè manu quàm lingua proderetur: euenitq; ut omniũ ſcripto in unam coëunte ſententiam, honoris culmen Abſaloni decerneretur. Qui mox antiſtes creatus, non minus piratam ſe quàm pontificem geſſit, parui æſtimans intus religionem tueri, ſi foris eam periclitari pateretur. Necq; enim minus ſacrorum attinet cultui publicæ religionis hoſtes repellere, quàm cerimoniarum tutelæ uacare. Itaq; pontificalibus tectis maiore ex parte ſolo æquatis, quò patriam firmioribus uallaret excubijs, maritimam aſſidue ſtationem peragens, habitationis uſum interdum à ſyluis, frondibusq; mutuari ſolebat. Cuius tam humilis manſio, conuulſos patriæ penates erexit. Eloquentiæ quoq; eius præſidia, Sialandenſes ſalutaria ſenſerunt. Nam domeſticas conciones ad uim & rixam uſque litigioſas, moderatione ſua ad pacatiorem habitũ perduxit. Tantaq; facundiæ eius ornamẽta fuere, ut eos ſemet ſtoliditatis damnare cogeret, qui eum inertem elinguemq; crederant. Nec penſi duxit duratos gelu fluctus hybernis ſulcare nauigijs, ne ullum anni tempus ſalutaribus uacaret excubijs, aut inſignis eius erga patriam pietas neceſſitati cedere uideretur. Itaq; non minus patriæ parentem quàm pontificem egit, militiæ & religionis ſociato fulgore conſpicuus. Prima illi pridie quàm Palmarum ſolenne inſtaret, apud Borlundam uicum aduerſum Sclauos congreſſio extitit. Nunciata nanque eorum irruptione, clientela duntaxat ſua quæ decem & octo militum numerũ explebat, inſtructus, aduerſum quatuor & uiginti nauium copias, ut periculoſo, ita felici certamine dimicauit. Compluribus ſiquidem aduerſæ partis equitum fuſis, pedites fermè omnes oppreſſit. Nec in tanto diſcrimine quempiam ex ſuis præter unum amiſit, pontificatum & militiam pulcherrima uictoria auſpicatus. Paucos ex hoſtibus arma ſpoliaq; fugæ liberius ineundæ gra-
B tia per ignauiam abiectantes, iuncta campis ſylua ſeruauit. Eodem anno ciuitas Aruſyenſis acerrimis piratarum incurſibus afflicta proditur. Tunc quoque Falſtrenſibus paucitatem ſuam aduerſus infinitam Sclauorum claſſem publica munitione tuentibus, cum fortè pincerna regis ad alia negocia obeunda in eam prouinciam miſſus communi obſidione premeretur, prouincialium quidam arbitris regis ſegnitiem exprobrando dixiſſe fertur: priores reges in talis, præſentem uero in prima pedũ parte calcaribus aſſueuiſſe. Quod dictum pincerna deſidiæ conſciẽtia prouocatus, maligna animi interpretatione regijs auribus modo quo non debuit inculcauit, & quod ſuæ cõtumeliæ erat in maieſtatis opprobrium tranſtulit. Alia quoque haud leuiori criminatione aduerſum Falſtrenſes aſperatum regis animum inflammabat, unius præcipitis linguæ uehementiam uniuerſorum excidio multare cupiens. Siquidem impijſſimam eis proditionis noxam affixit, quaſi conſiliorum omnium aduerſum Sclauiam conceptorum indicia ad eam tranſmittere ſolitis, familiaritatemq; quam interdum conciliandæ ſibi ſalutis gratia ad hoſtes habebant in crimen deducens, obſequia timori potius quàm charitati erogabat, perfidiæq; deputabat. Nam & captiuos à Sclauis ſibi commiſſos in cuſtodia aſſeruare, & plerunq; patriæ arma metu potius quàm beneuolentia adducti, lato hoſtibus nuncio præcurrere conſueuerãt, ſcilicet ut ſalutem ſuam quam uiribus protegere nequibant, ſaltem beneficio munirent. Huius itaq; peſtifera rex exhortatione corruptus, reliquias Falſtriæ ferro penitus exhaurire conſtituit, atque ad id peragendum, Sialandiæ duntaxat miniſterium ſufficere credidit. Abſalone ergo Orientalibus inſulæ copijs præeſſe iuſſo, Occidẽtales ipſe ductare ſtatuit, ingentibus paſſim, exiguisq; nauigijs exercitũ traiecturus. At Sialandenſes quod cum Falſtrenſibus diutinas ac uehementes inimicitias geſſerant, acceptas iniurias communibus armis penſare cupientes, ultrò imperium obſequio præcurrebant, lætati regem ſibi aduerſum æmulos belli ducem, autoremq; futurum. Sed hunc

C eius errorem ſiniſtris monitis concitatum, fortunæ uiolentia felici remedio præcu
currit. Nam cum rex magnis uiribus ſuccinctus, iter ingredi uellet, apud Rynge
ſtadium ſubita febri implicitus Abſalonem remiſſis copijs ocyus ad ſe uenire iu
bet. Ita peſtiferæ regis molitioni opportuna ualitudinis cõquaſſatio remedio fuit.
Nec minus Vualdemari innocentiæ, quàm inſontis populi ſaluti, miſſo cœlitus
languore, conſultum. Quàm porrò tunc non ſolum deformem, ſed etiam miſera
bilem rei Danicæ ſtatum fuiſſe credendũ eſt, cum foris hoſtilibus, intus regijs ar
mis appeteretur? Quis uero diuino numine effectum ambigat, ne patriæ Impera
tor futurus in ipſo penè fulgoris ſui primordio regnũ, quod ex hoſtium manibus
erepturus erat, obrueret? Quia patriæ habenas tenenti, difficillimo morbo quàm
maximo facinori implicari ſatius fuit. Itaq; languore indies acrius graſſante, Abſa
lon pro ſalute regia uotis excubare non deſtitit. Ad ultimum ueluti remedij de
ſperatione perfuſus, cum unicum in uirtute diuina auxilium reſtare animaduer
teret, ad eam propitiandam ſumma cum examinatione uota pro ægroto nuncu
paturus acceſſit: diuinamq; rem ſacerdotali ueſte amictus rite peregit, ſacrificia
deinde legitimis uerbis confecta ad ægrũ detulit, ac penè exanimi delibanda por
rexit. Quibus ille refectus, cõtinuò oborto ſudore, bonæ ualitudinis habitũ recu
perauit. Antiſtes tamen adhuc de eius conualeſcẽtia dubius, languore ex mole
ſtia contracto, repente corporis firmitate defici cœpit. Ac niſi cœleſte remedium
affulſiſſet, ſpes tantæ indolis in ipſo ortu ſuo occubuiſſet. Sed nec illi ſanitatis alie
natio impedimento fore potuit, quo minus curã regis quam ſoſpes geſſerat, æger
exſequeretur. Ratus ſiquidem emendatam ipſius ualitudinẽ triſti nuncio corrum
pi poſſe, affectionem ſuam ei nunciari prohibuit, ne ſubita animi triſtitia implica
tus in priſtinam peſtem relaberetur. Soſpitate reddita, ambo tam exitialis propo
D ſiti interpellatori Deo ſaluberrimæ admonitionis grates ſoluebant: erroriſq; eos
non ſine rubore pœnitentia ſubijt, cogitatæ impietatis effectum, diuinæ animad
uerſionis beneficio ſublatam eſſe gaudentes. Salubriori itaque ſententia animum
amplectente, à ciuium periculis ad hoſtes uſq; laceſſendos ſtudium traduxerunt.
Tunc rex, Abſalonis, Petri, Sunonis, & Hesberni, qui potiſſimum conſilijs eius
præerant prudentioribus monitis informatus, citiore quàm maiore exercitu, oc
cultoq; magis incurſu quàm aperta claſſe expeditionis in hoſtem agendæ conſi
lium cœpit: cum multo facilioris ſit negocij inopinatos q̃ prouidos oppugnare:
& plerunq; prævalidæ multitudinis ſententia ſalutaribus maiorum iuſſis obniti
ſoleat, apud quam plus uirium Sclauici nominis terror quàm regium poſſideret
edictum. Idcirco aũt perpaucos huius rei arbitros adſciuit, quod ſciret quæcunq;
ferro geruntur, publicis uiribus, ſed priuatis conſilijs adminiſtrari oportere. Et
quoniam de Sialandenſiũ nihil obſequio dubitabat, Scanicæ claſſis ducem agere
præoptauit. Cumq; nondum integra ualitudine, Scanienſes Lundiæ contractos
expeditionis ſolicitaret edicto, maximus pontifex Eskyllus (nam ei cæteri prolo
quium deferebant) negabat in expedito naues eſſe, quibus tam ſubitò iuſſum per
ageretur. Cumq; rex obtemperantibus gratiam, ſuperſedentibus iram ſe repen
ſurum dixiſſet, tantaq; propoſiti cupiditate perfuſum, ut unico proficiſci nauigio
quàm expeditionem remittere mallet. Eskyllus indubitatæ uoluntatis eius firmi
tate comperta, nõ ſolum conſilium probauit, ſed etiam qui regi comites deeſſent
admodũ execratus, ſua eum naui, impenſaq; excepit. Iampridẽ enim regem expe
ditionũ diſſuetudo nauigio ſpoliauerat. Poſtremi Lalandenſes ac Falſtrici in claſ
ſem coire iuſſi, ne longa præſciẽtia edocti, furtim ad Sclauos imperatæ rei indicia
deferrẽt. At ubi Landoram claſſe peruentum, rex ſpectandi exercitus ſui auidus
in campo copias explicare cõſtituit, ut totas uires oculis ſubijciendo, an ea manu
tutò bellum cõmiſſurus uideretur, aſpiceret. Ab huius littoris continenti longior
arenæ

A areņæ tractus breuibus abſciſſus, curuatis anfractib⁹ portũ nauigijs facit, humilis ita ut ueniente æſtu lateat, abſcedente uiſatur. Nam uadoſus eius introitus diffuſiore ſpacio opacæ altitudinis undas includit. Sed quoniam hunc locum cuncti Danorum reges uaniſſimi erroris deliramento ſuſpectum, perinde ac fatalem cauere conſueuerant, proximo portu uniuerſi agminis apparatum curioſiſſime contemplatus eſt, adhibitis qui militiæ rudes rei bellicæ documentis imbuerẽt, quatenus uires ſuas potius ſolida oculorũ fide, quàm cæco æſtimationis augurio metiretur. Huic militiæ ſpeculationi quatuordecim diebus intentos, maior commeatuum pars ocio conſumpta defecerat. Egreſſis portu, tranquila toto mari nauigatio incidit. Sed ut taciti improuiſiq; appellerẽt, remigijs eam quàm uelis inſtruere maluerũt, Abſalone cum ſeptem nauibus præmiſſo, qui Rugyani littoris excuſſius indagaret acceſſum. Siquidem Arcon oppidum uenuſto ſimulacri cuiuſdam cultu inclytum, ignaris incolis incendio tentare, cunctosq; eius præſidium petitu ros ex improuiſo opprimere ſtatuerunt: munimentum quidem habitatore uacuum ſerarumq; duntaxat clauſtris firmatum exiſtimantibus, indigenis parum humanæ tutelæ egenum, quod præſentis numinis excubijs eſſet uallatum. Summa uero contractæ claſſis ordine digeſta, ducentarũ & ſexaginta nauium numerum reddebat. Abſalon exequendæ ſpeculationis gratia, cum propemodum ad Rugiam peruenisſet, indicantibus nautis, cognoſcit regiam nauem ſubitò remigium uelo mutaſſe: miratusq; quid ita cętera claſſis incederet, quæ paulo antè uelis quò occultior nauigatio gereretur, abſtinendum condixerat, poſtquam eam à ſtatuto declinare cognouit, & ipſe non ſuppetẽtibus propoſiti ſocijs, per ſummam animi confuſionem puppim ultimus uertit, regemq; Monenſiũ in portu receptum mœ
ſtior quàm libẽtior comes petiuit. Quippe quia cœpti comitibus deficiebatur, in-
B dignatus optimam gerendæ rei facultatem omitti, cum & aëris fauor & militum arridebat alacritas, ab inchoata nauigatione ægre proram auertit. Hunc Petrus, Suno, & Hesbernus, cũ quibus rex cõſilia ſua participare ſolebat, rate egreſſum excipientes, tam deformem regis ab utili illuſtriq; cõſilio defectionem anxie querebantur. Quos tandem rex obuiam ſibi uenire iuſſos, ubi triſtes animaduertit, admirans cur eo uultu eſſent: uiſum ſibi, inquit, ne tarda & intempeſtiua nauigatio proferretur, curſum eius ad inſulam fuiſſe flectendum, mane cuncta commodius executuro. Quippe dies labori, noctes quieti familiares exiſtere. Cumq; nullum ab amicis reſponſum daretur, taciturnitatis admiratione permotus, proferre eos quæ ſentiant imperat. Illi quæ inuicem cõtuliſſent Abſalonem proponere iubent. Tum ille, quid miri eſt, inquit, ſegnes hæſitare uoces, quas ingenti mœroris pondere obrutas quaſi fauce obcluſa latens animi ſtrangulat ægritudo? Enimuero uicem tuam ad ignominiam uergere cõſpicientes, interno mẽtis luctu perfundimur. Quippe imperij ius obſequio mutas, paresq; quibus præeſſe debueras, utiliſſimis conſilijs ſpretis, eorum monita conſectando qui in æquo ponunt, pulcher ne rerum tuarum curſus an deformis exiſtat. At poſtquam ſine collega aut æmulo regnare cœpiſti, altera nũc expeditio geritur, nec illius remiſſio quàm huius fœdior apparet. Siquidem ſumma rerum opportunitate contempta, paruulas commeatuum reliquias habentes ocioſis nauigationis exceſſibus excuſabilem reuerſionis titulum quærimus: & cum nullis urgeamur obſtaculis, ignauiam noſtram neceſſitatis nomine cenſeri cupimus. Hiſcis ne patriam operibus uindicandam, talibus ue regnum ingenijs auſpicandum duxiſti? Si uero maris fæuitia nauigationem interpellari contigerit, quid ſupereſt niſi ut neceſſitatis imperio cogente, domos inglorij petamus, teterrimis effœminatæ mentis opprobrijs inſectandi? Hæc & ſimilia tum moleſtiæ ſtimulis, tum fiducia familiaritatis euectus, per ſummam uerborum acerbitatem apud regias aures eloqui non dubitabat.

C Quanquam autẽ rex aduerſum dictorum eius libertatem acrius exarſiſſet, tamen ne monitorẽ impudentius auertere uideretur, magnitudinẽ iræ quam uultu teſte conceperat, moderatione ſua ad leue & tolerabile reſpõſum deflexit, dicẽdo complures operũ ſuorũ teſtes extare, nihilq; tam fortiter ab Abſalone geſtum, quod ſi nondum uirtute æquauerit, adhuc ſatis æmulari non poſſit. Nec plura eloqui paſſus cymba nauigiũ repetiuit, ſubiũgente Abſalone haudquaquam eum utilia ſuadenti ſuccenſere debere, cum aliquãto ſatius ſit apertis amicorum monitis inſtrui, quàm occultis amaræ ſugillationis morſibus obtrectari. Poſtera nocte concitatum acrius mare eò tempeſtatis exceſſit, ut regia claſſis non portu, non anchoris quo minus ſparſa pelago diſijceretur retentari potuerit. Nulla ex parte remiſſior eodem aëris habitu quatriduo perſeuerauit. Quæ res iram regis aduerſum Abſalonem accenſam magnopere deliniuit. Sed quod iam corde ſalubre deprehenderat uoce fateri erubeſcebat, pudore ſerum animi eius intellectum celante. Nam interim nulla ad amicos cõmunione habita, poſtridie prædictos uiros forte littori inſiſtentes acceſſit, comitibusq; propius accedere uetitis, cõcitationem animi ſui, inquit, tametſi diſſimulatione uti uellet, iracundis oris notis proditam eſſe: dicebat parum quidẽ admiratione dignum, cum conſultãtis uocem monitis potius quàm contumelijs excipi deceat. Quædã tamen ab eis ſapientius quàm tempeſtiuius dicta, quæ ſi ante triduum prolata fuiſſent, ingentis mali materiam præcurrere poterant. Seras quidem monitoris partes eſſe, quæ rem dum in arbitrio eſt negligentius obeunt, exactam ſolicitudine proſequuntur. Inemendabilia autem corrigere uelle, proximum amentiæ errorem eſſe. Fruſtra igitur ſe conuitijs attentatum fuiſſe, cum & irreuocabiles præteritorum euentus exiſtant, & plerunq; animi commotio parum cum ratione conſentiat. Orturæ uero tempeſtatis ſæuitiam abſque
D cœleſtium monitis humano præſagio comprehendere nequiuiſſe, neque quin ea delictorũ pœnas lueret dubitare. Quam ob rem aut naturæ ignorantiam, aut improuiſæ neceſſitatis uiolentiam uitio ſibi uerti non oportere. Omiſſis igitur præteritorum querelis ad tempeſtiua rebus cõſilia, animum, operamq; deuocare par eſſe. Malle enim ſe ſpiritum ſpecioſo exitu, quàm expeditionem deformi reditu finire. Tunc Petrus Abſalonis ſententiã aliquãto leniori monitorum genere proſecutus, docet neminem regum fidas amicorum uoces infenſis auribus excipere conuenire, cum ſæpe clari illuſtresq; uiri ſpreti ſalutaris cõſilij pœnas pernicioſa morte pependerint. Cæterum aura dum faueat utendum eſſe, quod eius anceps incertaq; uarietas exiſtere ſoleat. Suſtinendum itaque donec tempeſtatis immenſitas ad tolerabilem remigijs habitum concidat. Adhuc enim tridui commeatus ſupereſſe, exiguoq; traiectu hoſtes accedi poſſe. Quod ſi præſenti alimentorum ope deficerentur, alia armis eſſe poſcenda. Oportere ergo mox ut undas remigio habiles uiderint, ſparſam ocius uniri claſſem, inceſſuramq; ſociali remigio progredi. Quippe nauigationem omnem hoc alacriorem, quo æquabiliorem exiſtere. Rex monitore laudato Abſaloni ſpeculandæ tempeſtatis officium mãdat, ſibi cumprimum eam remigij patientẽ aduerteret, indicaturo. Abſalon cupide præcepto quod ſuis monitis extuderat obſecutus, nocte poſtera aura ſenſibiliter impetum remittẽte, euentu gauiſus antelucano tempore peractis diuinis ad regem peruenit, nunciãdo tempeſtatẽ ex parte collapſam poſſibilem quidẽ profectioni, ſed difficilem fore, nec niſi ſumma cum remigij difficultate nauigationis capacem exiſtere. Reſpondente rege moras eſſe rumpendas, per ludibrium ſubtexuit, pulchre ſe operam impenſuros, ſi nauigationis medietate confecta unde ſoluerant ſint reuerſuri. Cuius dicti procliuitas tametſi ioco mordacior uideretur, ingẽs regi capeſſendæ uirtutis præbuit incitamentum. Lepida tamen irriſione non caruit, ſubiungente rege, reuerentem ſe, ex eo quę in Sclauia gerãtur poſſe cognoſcere.

Prin-

A Principio classis lætam alacremq; nauigationem pleno fiduciæ remigio profere-
bat. Nam intra propinquæ telluris anfractus auræ uis quæ aperto mari licentius
incumbebat, latentium undarū habitum asperare non poterat, terreni tractus ob-
staculis undique secus incitatiorem fluctuum allapsum arcētibus. At ubi in altum
dirigi nauigia cœpere, intolerabili penè tempestatis occursu excipiebantur. Anti-
stes ne fortissimos monitus suos parum iusto conatu prosequi uideretur, ingenuo
pudore firmatus perseuerātissima remigij obluctatione quasi cum necessitate cer-
tabat, regemq; uirtutis æmulatione prouectum, cœpti sui comitem existere coē-
git. Itaque lenta & inhabilis ac penè inconcessa nauigatio hinc sæuiente mari, inde
claudicante remigio fuit. Ea freti repugnantis uiolentia regiam nauem aduersis
undarum molibus implicatam, per summam procellarum asperitatē laxatis pro-
pemodum compagibus disiungi coëgit. Quo uiso rex tum uitandi periculi, tum
etiam complendæ nauigationis gratia, tutiore excipi cupiens, Ingimari Scanien-
sis ratem propius adesse iussam, ensem dextra, signumq; læua corripiens, ut teme-
rario, ita prospero saltu inuolat, eamq; remis acrius citari iubet. Eskyllum uirtutis
pertinacia aliquandiu subsequi conatum, affectumq; regis quàm debilitatem na-
uigij sui propensius intuentem, partim regiæ uocis prohibitio, partim referta peri
culo necessitas reuerti compulit. Eo uiso, complures reuersionis occasionem ab er
roris simulatione mutuari ignauia docuit. Quibus tamen erroris commentum pa
trocinio fore non debuit, cum regem nauigium non iter mutasse translati signi in-
dicio liquere potuerit. Nonnulli quoque conquassatioribus nauigijs inuiti relabe
bantur, quod hisdem compagum firmitate defectis, concitati maris incursum susti
nere nequibant. Qui uero procedere perseuerabant, ut uiribus corporis laboris
B continuitati sufficere possent, edendi nauigandiq; pariter officio fungebātur. Ne
enim nauigationis cursum uel paruula remigij intermissio moraretur, dextra re-
mos, læua cibos tractabant. Exigua classis pars Absalone duce uirtutis & gloriæ
æmulantior, inusitatæ tempestatis sæuitiam incredibili remorum certamine supe-
rauit, obluctatumq; pelagus infatigabili permensa nauigio, hora antelucana ad in-
sulam Hythim ipsa quoque necessitate superior appulit. Tunc Absalon ne quid
inexcussum omitteret, per Vuethemannum piraticæ operibus clarum officio spe
culationis addictum, & portus hostilibus nauigijs uacuos, ad Rugiam nihil hosti-
le metuentem cognoscit. Nam armenta securis custodibus propter littus errantia,
inopinatos incolas esse fidem fecere. Rex languido remigio seram nauigationem
emensus, obtento portu protinus in Absalonis nauem se contulit, fatigatumq; tæ-
dio ac uigilia corpus somno excepit. Reliquiæ quæ cum eo fretum superauerant
annumeratæ, sexaginta duntaxat nauigiorum classem explebant. Duo tunc Hal-
landenses natu quàm animis nobiliores, paucitatem suam indubitato periculo ob-
latam rati, nauigio quo communiter utebantur, Absalonem petebant, secq; prepro
pero regis alloquio opus habere dicentes. Postquam somno eum acquiescentem
audierant, ocyus excitari poscebant. Absalon salutarem eius quietem importunè
rumpendam negans, quæ afferrent regem ex se cogniturum affirmat. Tum illi
conquassationem nauigij, inopiam commeatuum, longinquitatem reditus præ-
tendentes, optimam sibi nauigationis facultatem prosperantibus uentis incidisse
dicebant, quod quibus aduersis ægrè processerant, secundis facile reuerti possent.
Quam ob rem eorum se beneficio uti malle, quàm cassam & inutilem expeditio-
nem agendo, aut nauigij uitio, aut inediæ malo perire. Quos Absalon non solum
deformitatem propositi specioso consilio mutare, sed etiam quo minus se probris
obijcerent, honesto silentio supprimere iubet, ne tam pudendæ uoces alienis au-
ribus exceptæ, inexpiabilem eis timiditatis notam inurerent. Itaque eneruis & ef-
fœminati animi trepidationem, falso causarum commento colorare eos asseuera-

C bat, docendo facilia refectu nauigia fore, & opima commeatuum ſupplementa per prædam latè patentem leui negocio conſciſci poſſe. Cæterum ipſos famam & opinionem ſuam grauiſſimo crimine corrupturos, ſi regem apud hoſtes in tanta ſuorum paucitate, ſine reſpectu pudoris deſerere ſuſtinuiſſent. E quibus alter domi ſe negotia regia quæ ſumma cum celeritate exequi neceſſe haberet, manere ſubtexuit. Contrà Abſalon ſimulationem eius quia blandimentis nequibat, minis diſcutere cupiens, eos qui in expeditione ſoluenda plus arbitrio ſuo quàm regiæ indulſerint reuerentiæ, non tantum bonorum, ſed & lucis ac ſpiritus ereptionem patria lege meritos aſtruebat. Sed ne ea quidem periculi denuntiatione quo minus fauentem nauigationi uentum uelo colligerent, imbecillitatem eorum dura re trepidationem ue corrigere potuit. Diſcedentes itaque execratione & conuitio per ſummam uerborum acerbitatem inſequi perſeuerauit. Quod cum experrectus rex ex Abſalone cognoſceret, tam impudentes & improbos deſertores pœnas ſibi luituros iurabat. Conſcenſa deinde inſula, accerſitos nauigiorum rectores, agendorum percontatione ſollicitat. Compluribus ut redeatur expedire uiſum, quod tutò hoſtem laceſſere nequeant. Placituram rex ſibi ſententiam affirmabat, niſi ea res & grauis patriæ rubor, & ingens hoſtium incitamentum exiſteret. Nam & eos Danicæ expeditionis præſentiam ex caſtrorum ueſtigijs comperturos, & clandeſtinam eius reuerſionem timiditati duntaxat imputaturos. Huius rei cauſa periculo ſe quàm rubori patere malle, haudquaquam proram niſi laceſſito hoſte uerſurum. Præterea ſe eorum qui ſimulata nauium fragilitate defecerant ignauiam æquaturos, ſi quos labore uicerant uirtute non ſuperarent, domoſq; impenſa malè nauigatione repeterẽt. Tunc Vuethemannus incautas Rugiæ res recenti ſpeculatione expertus, admouendas littori copias ſuadet: ſi ignari incolæ fue
D rint, impune prædam cædemq; facturas: ſin prouidi, confeſtim abſque diſcrimine redituras. Vtro autem modo ſe gerant, per arantium morem deprændi poſſe aſſeuerabat: qui cum primam diurnæ operæ partem exegerint, quò ad laborandum fiant uegetiores, ſopori ſe proſternere ſoleant. Hunc uero non niſi metu uacuis, altaq; ſecuritate firmatis obrepere ſolitum. Cęterum nemine talium dormiente reperto, præcautæ gentis indicium accipi. Quem rex piratico potius muneri conſentanea, quàm magnitudini ſuæ conuenientia docuiſſe dicebat. Nunquam enim Danorum reges à Sclauis fugatos memoriæ proditum fuiſſe, ſed ne ſe quidem primum regiam dignitatẽ hoc deformitatis genere maculaturũ. Tunc Gnemerus Falſtricus quanquam aliàs uegetioris quàm ſapientioris animi ęſtimaretur, ſiue ingenio ſuo, ſiue regis fortuna monente ſummam omnium hæſitationem anci piti ſtudio fluctuantem, ſalutari exhortatione diſcuſſit, incertamq; conſilij concionem ad ſuam ſentẽtiam perduxit, affirmando temeritatis eſſe exiguam manũ cum immenſo hoſte conſerere. Cæterum Barcam prouinciã à Rugia breui freto diſcre tam ob paruitatem ſui quocunq; paratu eſſet, populatu perfacilem fore. Denique regem quieſcendi gratia cubile petere, exhauſtasq; uigilijs uires, & attritum curis animum ſomno reficere iubet, ueſpere quo minus prouiſus irrumperet claſſem applicaturum. Præterea uadoſi fluminis anguſtias intraturos, ſparſam nauigationem tacito conficere remigio iuſſit, ne aut obſtrepentium remorum fragor ſecuritatem incolis demeret, aut ipſimet impactis arenæ nauigijs circa incertæ altitudinis uada diutius hærere cogerentur. Cætera ſe exploraturum promittit. Rex cupidè conſilio obſecutus, ueſpere ſigno nauigationi dato deſtinatum amnem occupat. Cuius expeditius permeandi gratia ternis nauigijs iunctis, claſſem incedere iubet, ne confuſa fluuialibus tardaretur anguſtijs. Cui Gnemerus rate obuius opportunitatem inuadendæ gentis aucupatus, interceptos incolarum ſpeculatores adducit. Lætus eo rex, diluculo peragratis ſyluis, rura ac uicos hoc acrius

quo

A quo latentius irrupit, incolasq; adhuc somni securitate torpentes, repentina incursione protriuit. E quibus complures perstrepentis equitatus fragore perculsi, patrios duces aduentare credebant. Sed hunc eorum errorem adacta repente corporibus iacula discusserunt. Complures eorum exertis per ostia capitibus, Kazimarus ne an Bugislauus aduentaret, rogabant. Quorum percontatio propriis eorum funeribus excepta est. Antistes cum parte copiarum longinquam regionis plagam diuerso complexus itinere, eo locorum peruenerat, ut à regia cohorte eximiæ paludis interiectu distaret. De cuius admodum incessu dubius ne direptos à se uicos exuri pateretur, illustri consilio prouidit. Tandem procul ignes à rege æditos conspicatus, sibi quoque consimilis facti potestatem suppetere, confestim illato tectis incendio declarauit, socijsq; sui prosperitatem excursus, respersо flammis rure nuntiandam curauit. Cumq; prædam abundè actam existimassent, iter ad naues remensi, quanquam grandi inuicem à se interstitio discessissent, uestigia tamen sua quo minus clandestinos reditus captasse uiderentur, ne ue alter alterum impetuosa festinatione præcurreret, mutuis ignium fumigijs prodiderunt. Interea Skyalmo quidam cognomento Barbatus in asseruandæ classis officium relictus, ne hostili remigio præueniente amnis exitu prohiberetur, ad mare nauigia reducit. Vbi dum Rugianorum nauali incursatione peteretur, in paucas rates totius classis præsidium transfert, instructioribus quàm frequentioribus nauigijs hostibus occurrere præoptans. Quibus obuia nauigatione fugatis, ne sociorum reuersio tardius nauigijs exciperetur, omissa fugitantium insecutione portum reuisit. Iteratò lacessitus, eodem ausu inuasoribus restitit. Sed & compluries attentatus, crebra hostium irritamenta occursationis perseuerantia superauit. Ita pertinaci magis quàm acri incursatione uexatus, opportuna hostem agi-
B tatione premebat. Inter hæc regi in littus superuenienti non paruæ admirationi fuit, nauigijs custodia uacantibus abesse Skyalmonem, quem tandem ab agitatione redeuntem cætero prosecutus exercitu, Rugianos fugam à remigio mutuantes, uelorum intensione prosequitur. Sed interuallo præcessionis, & uolucritate nauigationis adiutos instando magis quàm occupando uexabat. Tunc quendam uicinæ ratis rectorem in anteriorem nauigij sui partem fortitudinis simulatione progressum aspiciens, uerbisq; magnam præ se laudem ferentibus prosecutus, ad ultimum quæcunque uiro forti erogarentur, egregiè & laudabiliter impensa asseuerabat. Ad ultimum uento obliquante prohibitus, quantum uelis emensus fuerat, conuersa nauigatione remorum obsequio pensat. Sed quò prosperiorem uelificandi, hoc difficiliorem remigij usum habuit. Itaque Danis aduersa cum mari nauigatione certantibus, Sclaui quos locorum habitus non fallebat, ignotum nostris profundum compendiaria nauigatione sulcantes, subitò fugam in insidias uertunt. Quos Absalon per occultos pelagi recessus prosilire conspiciens, socijs metu nauigationem citantibus subsequi quàm antecedere maluit, præuiæ classis terga plenis pietatis excubijs tutaturus. Pudet referre quod sequitur. Maxima Danorum pars rubore posthabito, quanquam hostes immineret conspiceret, deserto rege uelis malos onerare sustinuit. Rex cum paucis admodum nauigijs relictus, aliquanto desertores ægrius quàm hostes ferebat. Tunc etiam militem quem paulò antè in prora astantem probauerat, breuitatem ueli sui quò maior nauigationis cursus existeret, pannorum additamentis producere conspicatus laudem conuitio mutauit, amorem timidis erogatum imprudenter impensum affirmans. Ita absque supremæ necessitatis discrimine, ueræ ac solidæ fortitudinis habitum explorare promptum non est. Enauigantium discessio, non clamore, non signis, denique nullo exhortationis genere reuocabilis fuit. Adeò omnium aures pauor concluserat. Cumq; rex intermisso paulisper

C remigio à præsentibus quid factu opus potissimum esset inquireret, cunctantibus cæteris Absalon insulam Hythim petendam, ibiq; secunditatem aëris expectandam hortatur. Quod Petrus fieri oportere non sine rationum assertione negabat, quod perseuerante tempestate, nec reditum, nec supplementum classis habituri uiderentur, Sclauis aduersum se quotidiana copiarum incrementa sumpturis. Pandenda igitur uela, eamq; nauigationis æqualitatem habendam esse, ut naues uolucritate præstantes complicata uelorum parte tardiores operirerentur, & quas celeritate præcurrerent, societatis iure consequi debeant. Ita strenua Absalonis adhortatio eximiæ Petri prudentiæ cessit. Vterque siquidem annis suis similia cogitabat. Ille etenim iuuenili animo condigna, hic canis suis consentanea proponebat. Ita septem solis nauigijs ex omni Danorum classe residuis, Sclaui multitudine freti incitatissimo remigio acerrimoq; clamore, cum contemptu paucitatis irrumpunt. Sed maiore impetu quàm audacia rem exequebantur. Quippe cum primum excepere sagittas, propius ferre remos ausi non sunt. Paulò pòst destrictorum ensium laminis nunc ceruices suas, nunc scuta pulsare cœperunt, rati se Danos hoc minarum genere territuros. Remigium deinde magno clamoris strepitu prosecuti, horribiles latè sonos ædebant. Hic quoq; procursus priori persimilis fuit. Obuijs nanque Danorum missilibus repulsi, continuò remigium retulerunt. Tertio ut hostem apparatu terrerent, contactos sole clypeos aqua perfunderе, genibusq; superpositis in pugnæ usum extricare cœperũt, ueluti indubitatum nostris prælium illaturi. At tum demum seu cupiditate prædæ, seu ui pudoris accensi, uehementius nauigia concitant. Quæ species ut initio acris, ita exitu inanis apparuit. Telorum enim obiectu uelut antè deterriti, inuictam paucitatis constantiam ulterius lacessere destiterunt, quãquam Danorum prouocatione admodum
D sibi insultari conspicerent. Rex cum ad aspectum patriæ peruenisset, concidente paulatim uento tam remissam & languidam nauigationem agebat, ut quanquam propasso uelo uteretur, eo ferè loci diem opperiretur, ubi noctẽ ingressus fuerat. Sed cum Zephyris deficeretur, processum à remigio mutuatus est. Tandem obuiam Eskilli ratem ingressus. Scaniam repetiuit. Qui nouissime eum prosecuti fuerant, Sialandiæ partibus aduehuntur. Tunc Petrus Ranonis eloquentissimi uiri imperitam calliditatem eludere cupiens, non solum nexos, sed etiam remiges suos ut prædæ speciem augeret in eminenti nauigij parte constituit, captiuorum imaginem præbituros. Quem cum Rano Liburna prætereuntem uideret, dissolutionem nauigij simulare desiderans, sentina aquam egeri increpitis acrius remigibus iubet. Tunc quodam respondente eo triduo sentinam aqua uacasse, non ritè inquit Petrus remiges tui quibus te responsis excipere debeant, callent. Tunc Rano paucis intra Petri nauigium remigio occupatis, ociosæ iuuentutis multitudinem exerto capite conspicatus, prædam existimabat, quietisq; suæ pœnitentia permotus, non similiter sibi ut Petro fortunam affuisse dicebat, quod naufragij periculo interpellante expeditionis comes existere nequiuisset. Autumno rex crebra Sialandensium ac Scanorum, rara uero Iutensium manu prouinciam Arcon urbi confinem adortus, cum ingenti præda acta ad littus reuerteretur, Rugiani repetentem naues exercitum, hisdemq; scandendis intentum à tergo per insidias circumfundere gestientes, magnis uiribus in insulam è continenti trajiciunt. Per idem tempus coorta nebulæ uis, spissam cœlo caliginem intendit. Quæ res incertos uiæ Danos atque errore nebulæ implicatos, aliquandiu substere coëgit. Crediderim hunc aëris habitum propitiæ fortunæ interuentu, futuræ eorum uictoriæ paruisse. Iamque Sclaui, quia nubium obscuritas prospicere non sinebat, caliginis errore protracti in medios fermè hostes inciderant, cum subito discussa sole nebula, exercitus propemodum consertos aspiceres.

Tunc

A Tunc Priſclauus olim è Sclauia profugus equo prouolans, adeſſe Barbaros, factamq; Danis optatæ pugnæ copiam nuntiat, exhortans omnes inuictam Danici nominis æmulari uirtutem. Reſponſum à rege eſt, reperturos hoſtes qui fatum fugæ præferre cupiant. Igitur Dani quorum animos præceps belli cupido exagitabat, præter uſitatum pugnæ morem confuſis copiarum ordinibus, conſpectos hoſtes incurſare cœperunt. Nec tardior uictoria quàm impetus fuit, pugnam fuga præcurrentibus Sclauis. In quo procurſu duo regij milites ita inter ſe fortuitis equorum impulſibus concurrerunt, ut uterque excuſſus proſterneretur. Super quos rex corruente equo ita præcipitatus eſt, ut læuus eius cubitus pertuſo clypeo terræ altius infigeretur. Abſalon itaque erigendi eius gratia deſcendere cupienti, manu ne ſubſiſteret innuit, feliciter ſe lapſum reputans, ſi modo hoſtium cladibus attolleretur. Sed his euentus triſtior ſpecie quàm omine fuit. Regis namque lapſus, hoſtilis ruinæ præſagium ædidit. Quippe ſuperati ſine prælio Barbari impune obterebantur. Quorum magna pars ſinum per quem traiecerat auidius repetens, ſalutem in undis quam quærebat amiſit: nec minor fluctibus quàm ferro periclitantium numerus extitit. Pars quo tutius hoſtem uitaret, ore tenus de induſtria aquis corpus immerſerat. Nec hoc quidem auxilij genus quo minus à Danis in eadem uada deſcendentibus interimerentur, latebram eis præſtare potuit. Cumque cæteris intra aquam proſtratis, unus adhuc occultum pedibus ſaxum complexus ſociæ ſtragi ſupereſſe uideretur, Abſalon militibus ad oppri-
mendum eum deſcendere profunditatis metu cunctantibus, non hic, inquit, ea proceritate eſt quam ueſtra milites æquare non poſſit. Neque enim uadabiliorem ſibi quàm nobis gurgitem occupat. Quam uocem frater eius Esbernus exhortationis loco ſuſcipiens, quanquam Barbarum latentis ſaxi beneficio uti non dubi-
B taret, ſaluti fraternæ ſuæ uoluntatis imperium prętulit. Alijsq; renuentibus, aquas hoſtili cruore infectas armis onuſtus intrauit. Cumq; emiſſa in Barbarum lancea ſolum repetere uellet, undis uerticem inuolutus, profundo ſe excipiente demergitur, periſſetq; niſi ſociorum præſentia auxilio fuiſſet. Enimuero Olauus undis eum abſtrahere cupiens, ſtimulatum calcaribus equum in illud profundum egit: exceptumq; brachio leuare conatus, penè ſella pronus excutitur. Igitur urgente fato ſuæ quàm alienæ ſaluti propior extitit, ſibiq; cœptam amici curam poſtponendo conſuluit. Cuius propoſitum Nicolaus quidam fortius quàm felicius æmulatus, non temperauit quo minus cõcitato equo gurgitem peteret. Sed ab incœpto ſe pari periculo reuocatus abſtinuit. Igitur equitum ope defecto, peditum opera ſeruari contigit. Cumq; littori reſtitutus fuiſſet, extinctus ab intuentibus putabatur, adeò illapſus corpori humor anhelitum occultabat. Tandem ſocijs corpus ſuum diutius agitantibus, uomitu undam egerere cœpit. Cuius onere liberatus, ſuſpicere magis quàm eloqui ualuit. Itaq; qui aderant, corpus eius frigore obſtupefactum applicatæ ueſtis fomento proſequebantur. Quibus percalefactus, non oculorum modo ſed etiam uocis uſum recuperauit. Cæterum ipſo die adeò exanguis permanſit, ut uix eum funebris oris notæ deſererent. Nec ſilentio oblitterandam alterius Danici equitis uirtutem exiſtimo, qui cum nemine ſociorum comitante fugam hoſtium auidius quàm cautius inſecutus fuiſſet, Barbaris qui effugerant, ut ſe eis capiendum præberet rogantibus, ſpreta prece equo deſiliuit, mortemque dimicans quàm deditus lucem amplecti maluit. Igitur ingenti hoſtium caterua ad ſe opprimendum nitente, quotquot propius acceſſerant interfecit: ac ſine ulla ſpecie metus pugnans, ſuper factam à ſe ſtragem plenis gloriæ uulneribus corruit. Itaque non ſolum innumeros fati comites habuit, ſed etiam ſuperſtites fortitudinis ſuæ ſpectaculo attonitos reliquit. Cuius excellenti uirtute tantum promotum eſt, ut deinceps Sclauj manum cum

C Danis acie conſerere non auderent. Anno poſtero Danis expeditionem parantibus, Rugyenſes ob recẽtem cladem ſuſcipiendi belli fiducia defecti, Domborum quendam præſtanti facundia ad pacem ab ipſis petendam decernunt. Quo Abſalon excepto, nauigium eius expeditionis ſibimet uſui uertit, nautis uero quoad reuerteretur, hoſpicia cum impenſis expediẽda curauit, ipſoq; Domboro ſecum aſſumpto regiæ claſſis conuentum petiuit. Siquidem legatos hoſtium expeditionis tempore ſuſceptos, ad reditum uſq; eius mutua Rugienſium, Danorumq; conſuetudine retentari fas erat, ne ad ſuos exterarum rerum nuncij reuerterentur, ſpeculationis potius quàm legationis officia peracturi. Sed contrariæ tempeſtatis perſeuerantia nauigationem morante, cum luti labentibus alimentis expeditionem ſoluturi uiderentur, eorum egeſtati Sialandenſes ac Scani impenſis liberaliter commeatibus affuerunt, ne tanta uirium parte maligno neceſſitatis obſtaculo fraudarentur. Fionienſes uero tametſi commeatibus abundarent, ne minimam quidem eorum partem ad ſuſtentandam ſociorũ inopiam cõtulerunt. Quod uidens Domborus pacem quam antè ſupplex petiuerat, ſub æquis tantum conditionibus offerebat. Cæterum Abſalonis apud regem interuentum poſcebat, à quo oblationem ſuam liquida fide proſequi rogatus, pignoris loco lapillum ſe aquæ iniecturũ aſſeruit. Siquidem icturis fœdus Barbaris religioni erat calculum in undas cõijcere, ſeq; ſi pacto obuiam iſſent; merſi lapidis exemplo perituros orare. Sed contrà poſcẽte obſides Abſalone, fucoſaq; ſuperſtitionũ mendacia in rebus ſerijs recipiẽda negãte, haudquaquã Domboro mutua petendorũ obſidum fiducia defuit. Quod Abſalon indigne ferens, Rugianos non ſolum obſides Danis, ſed etiam pecuniã cum ſupplementis claſſis tranſmittere ſolitos aſſeuerabat, cum Dani nihil tale Rugianis unquam à ſe conceſſum, ſolutum ue meminerint. Tunc Domborus, ſi ſa-

D pientia, inquit, qua te præditum exiſtimas, uiges, quæ à me proponenda ſunt docili animo excipies, tenaci memoria appræhendes. Quiſquis rite ſe gerit, circa tria

Prudentiæ præcepta.

tempora maxime cogitationẽ expendit: ex ijſdem duo leuiori cura complectens, tertij præ cęteris habitum intuetur. Siquidem præterita meminit, futura proſpicit, præſentia colligit. Stolidus uero inter ſpem futuri, memoriamq; præteriti præſentium facultatem omittere, & quod in manibus retinet, excutere cõſueuit. Quo pacto tu quoq; uaniſſimis ſollicitudinis ambagibus implicatus, adeò ſcrupuloſa cura præteritorum imagines recolis, futurosq; meditaris euentus, ut ad ea quæ præ manibus ſita ſunt, & oculis obuerſantur, aſpicere nequeas. Quippe dum prioris æui recordationi animum inſeris, felicitatis eius exemplo futura metiris, teq; ſpem ex memoria adeptum quid inſtans ætas afferat, præterit. Fateor olim Danos gẽte noſtra potitos, ſed præſens fortunæ benignitas ijſdem nunc fauoris blandimẽtis parentes noſtras proſequitur, quibus quondam ueſtras excolere conſueuerat, ſortemq; noſtram ad hanc felicitatis ſummam perduxit, quam ueſtræ quandoq; rei ſtatus attigerat. Quippe quanto uobis inferiores extitimus, tanto nunc uiribus ſucceſſuq; præſtamus, eò rerum fortuna ductante progreſſi, quò Danicæ quondam proſperitatis incrementum exceſſerat. At dum temere uotis extenderis, noua ac recentia ſtolida uetuſtatis ſimulatione prætergrederis, eisq; me conditionibus adigere conaris, quas pro præſentium habitu præſtare potius quàm poſtulare debueras. Fines ueſtri armis & exercitibus ueſtris miſerabiliter obtriti, ſitu marcidi, cultuæq; inopes iacent, noſtrarum diffuſio partium uix alendæ quam genuit multitudini ſufficit, & tamen quos omnifariam potentiores aduertis, non ſuperiores modo, ſed etiam pares habere faſtidis. Tunc demũ tributi nos exactione ſollicita, cum & ſortem noſtram ſucceſſibus æquaueris, & eam malis quibus tua nunc premitur adactam conſpexeris. Hæc Domborus. Sed Abſalon diſſimulato indignationis conceptu, paucis eum reſponſis excipiens, ad regem quæ acceperat, perfert. Ve-

rum

A rum pertinax freti ſæuitia nauigationem interpellendo finem expeditioni fecit. Rex quãquam ſuperius Sclauos ſecundis ſucceſſibus attentaſſet, plus tamen negotij in eorum expugnatione quàm ut propriis uiribus exequeretur aduertens, Saxoniæ ſatrapam in armorum militiæq; collegium ingentis præmij pollicitatione ſollicitat. Ille tum ampliſſimæ mercedis captura, tum etiam potiendorum finitimorum ſpe inuitatus, expeditionis ſocietatem ſpopondit. Sed ſuperius Vualdemarum rex Noricus per ſummum amicitiæ cultum, nauigio draconem ſimulante donauerat. Quod Abſalon mira arte effigiatum Roskyldenſi remige exornare, & ad conuentum uſque Danorum dirigere iuſſus, cum in portu Iſrenſi parum ſecundantibus uentis uoto diutius moraretur, nihil ægrius tulit, quàm quod aliis in expeditionem proficiſcentibus tardior ipſe ſuperuenturus uideretur, qui cæteros & uelocitate apparatus, & procinctu nauigationis aliàs præcurrere conſueuerat. Itaq; cum mente, tædio, & pudore ſopita in puppi iaceret, futuram maris tranquillitatẽ nocturnis imaginibus ſpeculatus eſt. Exiſtimauit enim ab homine ſe accerſi: acceſſoq; littore cũ Burgalanenſi pontifice Tokone aliquandiu ſpaciatũ, iuſſumq; ab eo quæ audiret ſagaci mente comprehendere, & tenaci mandare memoriæ. Tokonem deinde melos quod in diuini natalis peruigilio ritè recini aſſolet, ſemel iterumq; & tertio replicuiſſe, ipſumq; ad ea quæ canerentur ſollicitis auribus eſſe iuſſiſſe. Expergefactus adeò præſentes uiſorum imagines animo repræſentabat, ut rem ueram non ſomnium fuiſſe arbitraretur. Et quia craſtinæ egreſſionis opem per quietem ſibi promiſſam meminerat, tam certam commodę nauigationis ſpem animo præſumpſit, ut conſcenſa cymba, quanquam nihil adhuc tempeſtati detractum erat, malum regiæ nauis, cui Aſtradus præerat, ocyus attolli iuberet, cibũq; capere properaret. Epulanti, ſuperuenit Aſtradus indicans tempeſtatis occaſum.

B Et quid nam fieri expediret interrogans, iuſſus eſt illico erecto nauigij malo fauces Iſricas penetrare, eisq; præteritis inſulam quà uentus iuberet ambire. Quod eo exequi pergente, expeditionaria claſſis quæ in eundem fortè portum appulerat, ſubito tranquillitatis inceſſu gauiſa, uelorum uſum nauigationis auida præparabat. Verum effectus minor impetu fuit. Siquidem modo oriẽtem, modo occaſum incerto uentorum flatu ludificata uiciſſim petebat, nauigationemq; mutabilis auræ uarietas optato curſu fraudabat. Diuinitus conſultum crederes, ne aut ſolitaria Abſalonis nauigatio, aut alijs inceſſu tardior haberetur. Quod etiam ipſius liquidò comprobauit aduentus. Siquidem adnauigante eo omnium nubium errore diſcuſſo, certus pelago flatus incubuit, tãtaq; propitij uenti ſtabilitas incidit, ut nauigatio quæ antè dubijs uelis incertum curſum tenuerat, continuo proſperitatis ordine frueretur. Ita naturæ rerum temperies, quæ ſe cæterorum uſui inuiderat, Abſalonis reſpectui tributa eſt. Qui etiam cum nauem regis ſibi creditam ualidis tempeſtatis incremẽtis contuſam, extremoq; naufragij periculo propinquam adueterret, continuò in littus ſubductam neceſſarię trabis uinculo refecit, laceramq; ac penè confractã priſtinæ firmitati reſtituit. Sed & prorarum eius cacumina quò cultior incederet, aureis apicibus texit. Quo rex apud Manſuetam exceptus, Polam prouinciam comite claſſe petebat. Itaq; communibus ſed diſcretis uiribus, alterum Sclauiæ latus Dani inuaſerant, alterum Theutones lacerabant, interdumq; exercitus alter ab altero inuicem ſpectari poterat. Cumq; Theutonum fortè ſatelli tes petendi pabuli gratia latius euagatos Sclaui per inſidias adorti interemiſſent, equites recentis iniuriæ ultionem audaci calliditate quæſierunt. Siquidem militiæ inſignibus occultatis, loricisq; quibus corpus munierãt, familiari ac ſordida ueſte tectis pabulantium more fruges metere aggreſſi, Sclauos Nucleto duce ad ſe opprimendum ex abdito prouolantes ocyus aſcenſis equis, falcesq; gladijs mutantes trucidauerũt. Caput Nucleti abſciſſum ac pilo affixum, ſicq; in caſtra perlatum

C gratum utriuſq; exercitus oculis ſpectaculũ præbuit. Quod cum filio eius Priſzlauo, qui ad Danos, & Chriſtiani ritus amore, & paganæ ſuperſtitionis odio patria pulſus tranſierat, cœnitanti nuntiatum fuiſſet, aliquantiſper manum ab eſcis retractam demiſſo capiti ſubijciens, dei contemptorem tali exemplo interire par eſſe dicebat: reuocatoq; à cogitatione animo, conſuetam oris ac mentis hilaritatem cœnæ conſortibus exhibebat. Magnus potentia, ſed maior diuini cultus memoria. Neq; enim ſibi parentem iudicabat, quem publicæ religionis æmulum nouerat. Itaque ambiguæ æſtimationis eſſe potuit, utrum magis fortem animum geſſerit, an piam uocem emiſerit. Sed neque patriæ plus ſolito miſertus, eam ductu & incitamentis ſuis duarum gentium prædam exiſtere coëgit. Interiectis diebus Henricus Vualdemaro ſermonis inuicem conferendi gratia ſe accedenti, cum Abſalone ſolo in tabernaculum ſuum perducto epulum præbuit, ingenti magnatum frequẽtia adminiſtratorum officio fungente. Quæ cœna licet multigena ciborum uarietate ſplenderet, aliquãto tamen plus luxus in obſequijs quàm epulis habuit, præſertim cum gloriæ non uſui ſeruiretur. Cliẽtela uero ſeorſum diſcubitu excepta. Poſt reditum ſuum Vualdemarus nouarum rerum caſibus ſollicitatus, intento ad ſciendum animo, ubinam Henricum neceſſariæ collocutionis gratia obuium habere poſſet, atque ad id negocium explicandum prudenti uiro opus aſſeueraret, alij ſibi claudicare equos, alij parum cultis ungulis eſſe fingebant. Cunctis itaq; metum excuſationis aſtutia protegentibus, nemineq; tam periculoſam legationem ſuſcipere audente, Abſalon fortè lignis ex more per ocium cæſis, è nemore ſuperueniens interrogatusq;, an regiarum partium legatum agere uellet, iturum ſe pollicetur. Igitur legẽdorum comitum optionem habere iuſſus, potiſſimum neceſſarios ac ſanguine ſemet contingẽtes adſciuit, coſanguineam fidem alienæ præferendam exiſti-
D mans. Priſzlauus quoque potentiſſimi Sclauorum principis Nucleti filius, quem quod Vualdemari ſororem in matrimonio haberet, Chriſtianæq; diſciplinæ ſacris initiatus eſſet, pater iampridem perinde ac inſidias ſibi nectentem conſpectu ſuo ſubmouerat, localis peritiæ fiducia propoſitæ uiæ conductorem agere pollicetur. Huic ſiquidem tum rex ob bonæ fidei experientiam, tum ob connubij affinitatem magnam nobilium inſularum partem fruendam conceſſerat. Profectus Abſalon, affatusq; ducem cum apud eum pernoctare rogaretur, regem anxia ſuorum expectatione ſollicitũ, longioris moræ interpoſitione moleſtari oportere negabat. Præterea claſſem ſine portu eſſe aſſeuerabat, undique uentorum impulſui patentem. Cumq; feſtinationis ratione reddita propinqua nocte equos abiturus ſcandiſſet, quidam claro Saxonum loco natus ultrò adito duce, perituros Danorum legatos niſi comitatiores abſcederent, querebatur. Obiurgare quoq; eum uehemẽtius auſus, quod illuſtrium uirorum paucitatem, tot ingruentibus periculis incomitatam à ſe dimittere ſuſtinuiſſet. Reuocatis itaq; comitum offeruntur auxilia. Sed non morẽ ſe Abſalon in reuocando comitatu geſſit, quàm in pernoctationis egerat obſequijs reſpuendis: glorioſius ratus ſuam ac ſociorum ſalutem dubijs caſibus credere, quàm alienis armis protegere. Cumq; haud procul tentorijs abeſſet, Priſzlauus omnibus frẽnos ſuccutere iuſſis, ſi meo, inquit, ductu res expedienda foret, comitum ſupplementum noſtra paucitas non refugiſſet. Siquidem aduerſum pericula abundare induſtriæ potius argumentum eſt, quàm timoris indicium. Hoc enim probabilior eſt fortitudo, quo minus cum ſtoliditate conſentit. Illa uero repræhenſionem meretur, cui uires temeritas adminiſtrat. Sed nũc exigere perquàm deforme eſt, quod paulò antè oblatum acceptare cõtempſimus. Reſtat igitur ut unicam ſalutis uiam in pectorum ac uirium noſtrarum fiducia reponamus, ſpemq; ex deſperatione certiſſimam capiamus. Aemulanda itaq; Danici ſanguinis & nominis uirtus, omniq; ſtudio enitendum, ut aut nobis uictoria reditum, aut ſpecioſa mors æternum

A æternum famæ pariat monimentum. At minime dubium quin de transitu nostro hostes equina fecerint uestigia certiores, nec magis ambiguũ eorum reditum insidijs excepturos esse, quorum aduentum adesi callis indicio peruiderunt. At mori uobis commilitones quàm capi præstat. Capti enim occisi parẽtis mei pœnas perinde ac eius interfectores crudeli morte pendetis, fratresq; mei paternis manibus per summam cruciatuum acerbitatem nostro sanguine parentabunt. Aliquanto ergo satius est propriæ uirtuti spiritum impendi, quàm alienæ uiolentiæ miserabiliter puniendum relinqui. Hæc non proprij periculi metu, sed uestræ potius charitati consulendo monuerim. Eo enim sanguine oriundus sum, quem nulli Sclauorum attentandi unquam ausus incessit. Per patrem uos optimum maximumq; per quem illud Danorum celebre cunctis gẽtibus nomen, obsecro obtestorq;, ne fiduciæ & fortitudini imbecillitatem atque ignauiam præferatis. Hæc Prisclauus. Denicq; læta omnium acclamatione exceptus, nihil se de uictoria ambigere asseuerauit, cui militum alacritas præsagio fuisset, præsertim cum omnis Sclauorum irruptio specie, quàm re formidabilior existere soleat. Circa incessum uero id ordinis obseruari debere, ut iuuenes parum armati medium inter milites equitãdi locum tenerent, eorum utrinq; præsidijs muniendi. Cæterum militarium turmarum per bínas acies distinctarum alteram ab altera auxilijs inuicem tutandam esse. Quippe geminæ cohortis specie hostium animos labefactari posse. Præterea clamabundos incedere, uarijsq; cantibus obstrepere iubet, fiduciamq; quæ plerunq; multitudini ineſt, simulaturos. Nec fortunæ expers consilium fuit. Siquidem in portum eis ubi classis acquiescebat nullo incessente perductis, rex expectantis more sollicitus, prolixamq; legatorum absentiam cura ac mœstitia prosecutus: dolorẽ ex te-
B meraria suorum emissione cõtractum, religiosæ lectionis officio leniebat. Quibus rediisse compertis, soporis blandimentis ob tristitiam dilatis ocyus aditum dedit. Inde ad Gudacrã amnem nauigatione discessum. Cuius uadosus aditus haudquaquam magnarum nauium capax extabat, exiles dũtaxat transmittere solitus. Itaq; rex propter fauces fixa anchora sedem nauigio consciuit, magnitudinem eius paritate amnis admittere nequeunte. Habilior classis, & quam fluuiale profundum ferre poterat, Absalone duce angustos amnis attentabat anfractus. Quo autore eo loci peruentum, ubi gurges ingentis stagni diffusior speciem præferebat. Has fauces angustias Barbari crebra classe præstruxerant, hostem transitu prohibituri. Quos nostri deturbare gestientes profunditatis ignari, imperitæ nauigationis errore, uadosis locis affixere puppes. Quas dum profundo defectas, ad loca nauigatu facilia reijcere cupiunt, cum minus remigio liceret, passim in uada desiliunt: manibusq; foros complexi, remorum uices corporum uiribus exequuntur. In quos Sclaui nauigijs suis tanquam propugnaculis utendo, supernè tela librabant. Nec sic eos attentasse contenti, & ipsi saltim in uada delapsi comminus dimicandi locum petebant. Sed nostris strenue occurrentibus, pari celeritate deserta ac repetita sunt nauigia. Ante alias bínæ Prisclaui rates subiere stagnum. Quarum alteram qui uado insiterant, tam frequentes insiluere, ut media fractis penitus lateribus findere-tur. Quippe dum auidius se ingerũt, multitudinis onere mediam rupere puppim. Subsequente classe deserta, fugiẽtium Barbarorum nauigia capiuntur. Victorum quoq; ripæ iunctorum incendia peraguntur. Noctu redeunte Absalone, rex adhuc insomnis diutinam eius moram angore & uigilia prosequebatur. Quo excepto gauisus, Liburna sua quod ob granditatẽ nauigationis inhabilis uideretur, domum remissa in aliquãto minorem se contulit: eaq; ad lacum deuectus, Sunonem binis instructum nauigijs in longinquos paludis recessus prædatũ mittit. Vrbem quoq; Rostock oppidanorũ ignauia destitutam, nullo negocio perussit. Statuam etiam quam gentis profana credulitas perinde ac cœleste numen diuinis honori-

C bus prosequebatur, incẽdio mandauit. Post hæc Henricum cum exercitu suo conserendi secum sermonis gratia uenientem, præparato ponte traiecit. Eodem tempore Nucleti filius Prizlauus ripa altera superueniens, cum fratrem Prizlauum Bernardo, cuius manu Nucletum occidisse fama fuerat, nauigio communicãtem aspiceret, conuitio lacessiuit, impietatem obijciens, quod cum parentis sui interfectore amicè conuersari sustinuisset. Contrà Prizlauus bene de se meruisse eum, per quem patre sacrilego careat, affirmabat. Sed neque se eius filium censeri uelle, quem maximi sceleris parentem extitisse constaret. Interea dum hæc geruntur, subitò fama pertulit Rugianam, Pomeranamq; classem ex dispositio conuenisse, Danos amni includere auidam. Igitur rex per Henricũ necessariæ discessionis admonitus, ne se locorum angustijs implicari pateretur, protinus amne excessit. Cumq; Sclauicæ collectionis famam nulla adhuc indicia confirmarent, insidiarum suspicione permotus, hostium calliditati inuicem occurrere statuit. Qui in occultos littorum sinus collati, si rex rura diriperet, classis eius incursandæ copiam explorabant. Quos ut opportunitatis simulatione protraheret, Magno cuidam exurẽdorum littoraliũ uicorum curam demãdat, militibus intra nauigia latere iussis: sciens profectò Sclauos ab uniuerso Danorum exercitu incendium peragi putaturos, sicq; promptiorem exercendarum insidiarum ausum capturos. Nec secus ac ratus est, hostile propositum fuit. Quippe Magno oppidis facem subijciente, Rugiani uniuersas Danorum uires eo negocio occupatas existimãtes, auidius ædẽdi proposiri fiduciam rapuerunt, perinde ac eorum classem defensoribus uacuam reperturi. Sed quorundam regis imperium ignorantiũ occursu maturius excepti, incursandi studium repente fuga mutarunt. Quos cætera Danorum classis certatim magnis remigij nisibus insecuta, uelocitate nauigationis æquare non potuit. Cumq;
D releuandæ lassitudinis gratia æstum umbraculis leniret, Lundensium pontifex cæteris portum tenentibus superueniens, postquam medio fermè diei tempore nauigia uelaminibus obducta conspexit, cunctis segnitiem exprobrans: his, inquit, tumulis cõmilitones cum animi exercendi sint, corpora sepelire gaudemus? Quo dicto militibus diurnæ quietis ruborẽ ingessit, & regem desidia obsessum, torpentes militiæ suæ uires excitare perdocuit. Qui etiam ad pontificis uocem modesto indignationis genere permotus, simulq; iusta desidiæ suæ reprehensione commonitus, citò hos tumulos relinqui posse aiebat: statimq; discussis tegminibus hostile solum petere properauit. Post hæc circa australem insulæ plagã prædæ in biduum actæ: inde Vualungiam nauigatum. Vbi nuntiato Rugianorũ occursu, cum quidam è Danis hastam suam quo commodius ea in acie uteretur, in conspectu socio rum aliquanta parte curtasset, cæteri ipsius factum secuti cõgestis in unum locum putaminibus, ingentem breui cumulum extruxerunt. Sed interim apud hostes pacis non belli studia agitabantur. De qua acturus Domborus, ad Danos dirigitur. Quibus ad naues digressis, ignem in littore accendit, cuius indicio se legationem afferre monstraret. Sed Absalon ne quis eum naue exciperet uetuit, ne pax quam petere uenerat, inuicẽ à Danis affectari uideretur. Itq; Domborus aliena rate non habita, propria classem petiuit: Absalonemq; per interpretem aggressus, ut se inter regem & Rugianos faciẽdæ pacis autorem exhiberet orabat, obsequium cum obsidibus spondens. Contrà Absalon perinde ac eorum quæ ab ipso poscebantur ignarus, responsionis loco, desertas Danorum insulas numerabat, earum solitudinem nuper sibi ab ipso exprobratã acri memoria prosecutus. Domborus orationẽ suam parum cõpetentibus responsis excipi per interpretẽ cognoscens: ratione, inquit, non uacat pontificum optime, quod tuam cæteris opem in aduocationis petitione præferimus. Siquidem eo nunc iustius ad tui nominis opinionem uotis decurrimus, quod quondam ad promerendam Danorum concordiam aui tui præsi-

dijs

A dijs nitebamur, eius nutu perinde ac regalibus edictis contenti fuimus. Quia uero filiorum eius nemo supereſt, supplices ad nepotis genua manus tendimus, ne extra conſuetæ familię ſeriem auxilia circumſpexiſſe uideamur. Nec pari induſtria in fratre tuo prætereundo, quanquam natu præſtet, uſos nos eſſe conſtat. Tibi enim autoritatis prærogatiuam honores non animi nec ætatis priuilegia, ſed dignitatis ornamenta conciliant. Ante uero quàm pacem domeſticam bellis ciuilibus fœdaretis, conſtantẽ Danorum imperio fidem præſtitimus. At poſtquam in ueſtra Republica ſeditioſa ſuffragia adoleuere, regnique affectatores armis inſtruere cœpiſtis, propriæ libertatis quàm alienæ factionis ſtudioſiores euaſimus, noſtrique nominis quàm pietatis deſertores eſſe maluimus. Sed & bellum uobis inferendo quid aliud quàm ingenijs ueſtris finiẽdarum ſimultatum cauſam præbere tentauimus, idque efficere, ut noſtra arma excepturi, mutua concordia indigeretis? Itaque ſecures ueſtras ciuili ſanguine madentes in noſmetipſos cõuertimus, bellaque ueſtra alienis quàm patriæ perniciioſa fore maluimus. Siquidẽ aduerſarios ueſtros ſpecie, re uera amicos egimus, charitatisque partes hoſtilitatis ſimulatione præbuimus. Etenim concordiã ueſtram magis quàm ſpolia piraticam à beneuolentia profectam exercendo quæſiuimus. Et nunc quidem opera noſtra cœptorum deuijs ac parricidalibus bellis abſtracti, meritò tãti beneficij autoribus gratulari debetis. Cur ergo cunctis inter nos amicè compoſitis, ſoli communionis ueſtræ ianuas intrare non poſſumus, quarum ipſi clauſtra reſeruauimus, aditum patefecimus? Cur ea factorũ noſtrorum prudentia delicti ueſtri ſaluberrima correctrix, à uiris ſapientia claris parum grata æſtimatione colligitur? Cumque finiſſet, adhuc Abſalone uaſtatas Danię prouincias ſupputãte: nil factum eſt, inquit, quod homines patrocinij tui indignos ab illius clementiæ ſinu repelles, quam nemo ſupplicũ unquam difficilem habuit.

B Etenim repulſi identidem tuis genibus aduoluemur, puerorum perſeuerantiam imitaturi, qui quo atrocius iratæ matris uerberibus lacerãtur, hoc auidius eius gremijs allabi nituntur. Quod ſi parum ſupplicij de nobis ſumptum creditis, iram ueſtram quoad libet cladibus noſtris impune exſatiare poteritis. Vaſtẽtur licet agri, exurantur uici, euertantur urbes, trucidentur populi, precibus uobiſcum non armis agemus, pro bello ueniam quæſituri. Si ſanguinẽ ſititis, ultro iugulum gladijs ueſtris feriẽdum præbebimus. Si ſeruitium affectatis, quod deditione maius præſtare poterimus? Quis autem tam efferæ mẽtis, qui eius oblatoribus parcere præſto non ſit? Extremæ autem dementiæ eſt uelle laboribus adipiſci, quod ocio poſſit acquiri. Scio autem illud tibi ſuccurrere, quod priore colloquio patriæ tuæ uaſtitatem inter probra poſuerim: ideoque te tam pertinaciter eius ſolitudines æſtimare, ne prius de pace agatur, quàm totidem apud nos ueſtris armis effectę fuerint. Ego uero iampridem ſapiẽtibus monitis inſipienter uſus, aduerſarij partes ſecus ac expediret edocui, ignarus quod auditori tam attẽto præceptor extiterim. Nam rem puerilibus deliramentis conſentaneam dixiſſe ſatius fuerat. Quod uero locutum me nunc pœnitet, te etiam audiſſe piguit. At ſi tunc intellectu digna tuis auribus deprompſi, quæ nunc quoque dicturus ero, pari mentis ratione ſuſcipito, eodem ingenio præſentia hauriens, quo prioris alloquij documenta ſumpſiſti. Quo maiorem de nobis ſtragem egeritis, hoc minorem ſubiectorum numerum militiæ ueſtræ reſiduũ facitis. Quid ergo aliud cladem noſtram exercẽdo agitis, quàm quod uiſcera ueſtra uiribus exinaniendo conſumitis? Quod ſi parum adhuc nos punitos ducitis, hoſtibus ueſtris bello proterendos obijcite, aut morte noſtra uindictæ ſatietatem ſumpturi, aut uictoria rebelles ſub iugum miſſuri. Victi nanque parum mœroris, uictores multum alacritatis ueſtris animis ingereremus. Vtralibet ergo fortuna ueſtris ſucceſſibus obſequeretur. Præterea ſi nos armis laceſſere perſeuerabitis, caſus efficere poterit, ut ſtragem noſtrã alicuius ueſtrum fato luatis, cuius

C capite totius Rugiæ subiectionem emisse difficile fuerit. Talibus Absalon monitis inuitatus, Rugianorum uota apud regem sua prece compleuit. Rex acceptis obsidibus redit. Eodem ferè tempore de Vrbis pontificatu controuersia inter cardinales orta, uariè prouinciarum suffragia ferebantur. Nam Gallia Alexãdro obtentui fuit: Germania, autore Cęsare, Octauiani partibus obsecuta est. Sed iustior, religionique propior Gallorum sequacitas fuit. Quod postquam in Dania percrebruit, Lundensis pontifex, qui & ipse prædictæ expeditionis comes fuerat, ne ferouente religionis tumultu depositio fraudaretur, pecuniam quam in Gallia collocauerat, per ministros reportandam curabat. E quibus unus monachicæ professionis apud Stadium oppidum inter cœnitandum ligneo forte calice non suppetente, aureo quem in custodia habebat arrepto, nitidius quàm tutius cœnam exegit. Cuius facti irritamento ijs quorum hospitio receptus fuerat, tacitam latrocinij cupidinem ministrauit. Maioris nanque pecuniæ conscium animaduertebant, quem præstantiori poculo priuatas mensas exornantem uidebant. Cæterum hospitij reuerentia palàm facinus exequi ueriti: quoniam intra penatium limina hospitalitatis sacra uiolare nefas ducebant, in Holtsatiam eum subsequẽdo farcinis exuerunt. Quo Eskyllus dum ab expeditione reuerteretur audito, regem super earum recuperatione sollicitat, ratus autoritate eius restitutionem à prędonibus fore. Nec iam precibus sed pactione agendum existimans, portionem pecuniæ dummodo per eum reddita foret, in præmium pollicetur: tantoque eius auxilium instantius expetebat, quanto eum in annuendo tardiorem aduertit. Rex petitionum eius perseuerantia fatigatus, ægrè operam pollicetur, quod & raptor incertus, & pecunia repertu difficilis uideretur. Cæterum eam requisitu promptiorem, si à potentibus quàm si à plebeis occupata fuisset, arbitrabatur. Igitur antistitem Slesuicum secum
D petere iubet. Vbi dum fortè per iocum inter familiares amissoris auro bibentis iactantiam elusissent, interfuere qui regis dicta sinistrè excipientes, clandestini sermonis mordacitate pontifici illusum putarent. Quorum obtrectatione Eskyllus ad deferendam regis amicitiam adductus, eò dementiæ prorupit, ut opes quas amisisset, ab eo obtẽtas suspicaretur, eumque rapinæ sibi inflictæ conscium asseueraret. Ita se conceptæ uesaniæ moles falso regis conuitio patefecit. Igitur nescias utrum antistes insaniæ maioris, an rex patientiæ fuerit. Quorum alter integerrimum uirum teterrima suspicione notare sustinuit, alter conscientiæ puritate syncerus aduersum innocentiæ suæ criminatorem æquo lentius iram distrinxit. Inter hæc Oco, cui superioris schismatis contagio deponendi pontificatus causam præbuerat, tanquam recepta ab Octauiano dignitate, conciliato regis fauore Slesuicẽsem sedem sacrilego occuparat regimine. Quem Eskyllus catholicæ partis æmulatione inter rei diuinæ actionem cum suis fautoribus execratus, magnopere regem permouit. Ita contentione paulatim ad inuidiam simultatemque progressa, accito apud Sialandiam Absalone, querimoniam suam à rege tum spretam, tum etiam irrisam cõqueritur. Quippe eum erga pecuniam amissam parum honesta conscientia esse, restitutionem in facultate habere si uelle suppeteret. Quinetiam cum Occone schismaticarum partium comite criminosum iunxisse collegium, inque eius excolenda societate catholicæ pacis aduersarijs execrabilem obtentum præbere: quam ob rem se belli aduersum eum suscipiendi infinita cupiditate flagrare. Sæpe enim numero consimilia ausum, potiusque præesse regibus quàm obsequi solitum. Præterea ad hoc audendum se non infimis amicorum præsidijs abundare. Veritus Absalon palàm tanti uiri sententiam obiurgare, temperato reprehensoris officio, impatientiæ eius errorem modesto genere castigationis excepit, regis integritatem deformi notatu perquàm indignam iudicando, eiusque conscientiam collatis innocentiæ rationibus ab omni suspicionis turpitudine alieniſſimam com-

probando.

A probando. Cæterum non tam catholicarum partium odio, quàm eius regisq; litigio Occonis ſuſceptionem imputandam docebat. Ad hæc ſi litem ingrederetur, quos auxiliares ſperauerit, hoſtes cenſurum. Quippe homines inter aduerſa plerunque parum iuſta conſtantia amicitias colere. Sibi potius ad ipſum legati partes mandari precatur, diſcordiarum pericula compoſitionis officijs auertere tentaturo. Eskyllus tanti conſilij documento parum ſalubriter æſtimato, perconta-tionibus eum fatigat, num ſibi in eam rem auxilium ſit laturus, quem non tam gerendorum arbitrum, quàm belli ſocium depoſcat, dicendo iam non ſe conſultorie cum eo, ſed precarie agere. Abſalon antiſtitis ſublimitatem regis charitati componderans: quem, inquit, me tibi iam pridem iuriſiurandi religio fidei debitorem effecit, malo ſimplicitatem tuam ueterioribus monitis obiurgare, quàm blandioribus fallere: ne rebus in perniciem uergentibus uacuum promiſſorem egiſſe uidear. Sed neque ceruicem meam eouſque ſponſionis titulus obnoxiam facit, ut amantiſſimum mihi herum, cui tum fidei, tum etiam amicitiæ ſtipendijs obligor, neglectis charitatis officijs, attentare ſuſtineam. Præterea reges de rerum ſumma certantes laceſſere, iampridem haud difficile fuit. Huic uero cum regnum ſine æmulo gerat, uim inferre temeritas eſt. Quem ſi communibus uiribus adorti fuerimus, communis iacturæ pericula ſentiemus. Sed tuos quidem conatus ſæpius conſimilia auſos, res ipſa minore cum uituperio admittit, meum uero facinus nullis excuſationis præſidijs nixum hoc magis reprehẽſionem meretur, quod ſummam beneuolentiam perruptis amicitiæ uinculis, iniquiſſima præſumptione rependerem. Eskyllus ſpecioſiſſimis ſapiẽtiæ reſponſis ad ſummum iræ ſtridorem euectus, per ſacram obeditionis religionem eum adiurat, mandata ad regem ferenda ſuſcipiat. Abſalon mandatorum latione promiſſa, reſponſorum nuncium

B abnuit, quod inter illuſtres uiros inimicitiarum autor haberi nolit. Huic Eskyllus ægre legatione credita, Gerardum Eſromenſis domus prælatum aſſociat, ſcitorum an Abſalon fidus mandatorum miniſter exiſteret. Quorum tanta aſperitas erat, ut non ſolum ſimultates augere, ſed etiam amicitias odijs conuellere potuiſſent. Hanc auſteritatem Abſalon quoad licuit temperare conatus, ſpecioſo uerborum delinimento truces mandatorum ſententias caſtigabat. Rex audita legatione præter morem accẽſus, Eskyllum ſuperiorum regum cruorem combibere ſolitum, nunc & ſuum ſitire reſpondit: multaq; in hunc modum per ſummam uerborum aſperitatem remandanda curauit. Quibus Eskyllus ex Gerardo cognitis impatientiam metu mutauit, tantumq; pauoris ſurrepſit, quantum prius furoris inceſſerat. Igitur euitandi periculi gratia longinquas Vuerundiæ partes acceſſit, ſalutem receſſu non bello quæſiturus. Tunc rex urbem in ſolido Letricæ paludis ab eo conſtructã obſidione tentat, captu quidem difficilem, quod & naturæ præſidio munita & cõmeatibus affatim inſtructa fuerat. Cuius cuſtodes animis quàm mœnibus debiliores, expugnationem deditione præcurrere cupientes: ni pax ab Eskillo quamcitiſſime cum rege componeretur, nepote eius qui apud Eſron educabatur obſide dato, urbem ſe tradituros promittũt. Pactus conditionem rex, adoleſcente ſuſcepto obſidionem amouit. Hæc cum Eskillo nunciata forent, reſpondit maiorem ſe urbis quàm nepotum ſolicitudinem gerere, haudquaquam huius incolumitati, illorum capita prælaturum. Igitur rex iterata obſidione, aliam ſibi munitionem per quam obſeſſis arctius immineret ædificat. Quoniã in abſentem aduerſarium ſæuire non licuit, aduerſum nominis eius defenſores acerrimos iræ ſuæ conatus exacuens. Maxima ſiquidem potiendi caſtelli ſpes in hyemis auxilio reponebatur, aditum quem unda negaret glacie paratura. Inter hæc iuuenis parum cognitus à quibus neſcio ſubornatus, literas adulterinis notis obſignatas tanquam ab Eskillo tranſmiſſas Gerardo obtulit, iubens ut per eum obſeſſis

C porrigerentur. Quas ille continuò nulla doli suspicione cõcepta, per familiarium quendam urbi inferendas curauit. Harum series habebat maiore Eskyllum nepotis quàm urbis charitate teneri, parumq; sibi milites placituros si rei ignobilis curam pertinacius gerendo, nobilissimi adolescentis salutem periclitari paterentur: quam ob rem iubere se exitium eius matura deditione præcurri. Quod uero superiore mãdato tutelam urbis incolumitati nepotis præferendam decreuerit, iræ non deliberationis fuisse præceptum. Perlectis literis oppidani, liberandi obsidis consilium circunspiciebãt. Incertum quis commenti huius autor extiterit, regem tamen complurium suspicio notauit. Interea rex erecto magnæ arboris trũco, admotum obsidem, defensæ urbis pœnas suspendio sibi luiturum simulabat. Quo audito Gerardus cum domestico religiosorum cœtu ad regem processit, ei eiulabundis uocibus deprecans municipij sibi ingressum permitti, supplicium q; quoad inde reuerteretur differri. Rex alienissimam sibi crudelitatem simulanter amplexus, tandẽ rogatui cessit, præfatus ni urbe potiretur obsidem periturum. Conuentis oppidanis, Gerardus quid mandati literis receperint perquirit. Vt cognouit adolescentis capiti deditione consulendum iuberi, parendum hortatus effecit, ut oppidani sua ac rerum incolumitate pacta, uacuum regi municipiũ traderent. Ita religiosissimi spiritus circumuenta simplicitas, finem prælio fecit. Hæc audiens Eskyllum, nihil ægrius unquam tulisse proditũ est. Qui tamen postmodum præmissa pacis legatione in Scaniam reuersus, eodem præcipitio mentis ad recuperandam regis amicitiam procurrit, quo ad deserendam prolapsus fuerat. Siquidem beneficia quæ superiores reges sacris ædibus religiosa liberalitate detulerãt, regiæ potestati præter fas potienda restituit. Quod parum licite gestum postera regũ usurpauit autoritas. Inde ne schismatis contagio implicaretur, Hierosolymi-
D tanæ peregrinationis iter ingrediẽ, satius ratus à suis penatibus quàm à Romanæ amicitiæ liminibus exulare. Eodem tempore Christiarnus quidã adhuc priuatæ sortis, antequam Maguntiæ pontifex creatus esset Daniam legationis titulo petiuit, qui eam exhortationibus suis ad societatem Octauianæ factionis impelleret. Cæterum multæ adulationis conatibus aliqua ex parte regis conniuentiam assecutus, obseratas Eskylli aures habuit. Interea Nicolaus quidam Razi filius recenter Slesuicensium satrapa constitutus, cum eorum antistite Esberno inimicitijs uehemẽtius gestis, per summum temeritatis excursum celeberrimum eius fundum speciosissimo spoliauerat ædificio. Quod cum plaustris deuehendum mandasset, à militibus Esberni deportationẽ inhibituris occiditur. Cuius facti pœnas Esbernus dare metuens, perinde ac curiam petiturus ultionem exilio uitauit. Sed dum apud Saxoniam moraretur, morbo periclitatus est. Quod audiens Otho sedem quam olim falso antistitis titulo occupauerat, Octauiani nixus autoritate recuperat. Post hæc Rugianis ex pacto comitatum præbentibus, castellum Vualogustum obsidetur à rege. Quod quanquam in Sclauia situm foret, à communi tamen eius ditione secretum, proprijs ducibus regebatur. Ab huius incolis Pomeraniæ satrapa Bugislacus in auxilium euocatus, pacis magis quàm belli consilia circunspexit. Quam etiam pro eis apud regem hoc modo composuit, ut non solum ipsi regi parerẽt, sed etiam ex piratis sui fluminis ostijs excedere sustinerent, eamq; pactionem obsidibus firmarẽt. Illic fortè Rugianis ad concionem uocatis, cum Bernardo quodam Henrici filio, qui quod neptem regis in matrimonio habebat, duobus eum nauigijs secutus fuerat, iurgiũ incidit. Interrogati enim ab eo cur illustrissimi Saxoniæ ducis gratiam amplecti superuacuum ducerent, cum se nullo in momẽto Saxonici nominis respectum ponere respõdissent, quid uirium duci esset breui agnituros subiunxit. Tunc quidã principis quem tanti æstimaret potentiam floccipendentes, Bernardi percunctationẽ ac minas ludibrio infectabantur.

A bantur. Ea altercatione per regem ſedata, Maſco quidã inter Rugianos natu atq; autoritate præſtantiſſimus, luminibus orbatus, ſed ingenij ſagacitate perſpicuus, nec annis q̃ animo uiuacior: Concitatioris, inquit, petulantiæ equis mos eſt, quo arctius retinentur, hoc uehementius habenas tendere. Laxentur itaq; Saxonibus freni, ne retentationis nimietate rumpantur. Siquidem & nobis ipſorũ, & ipſis noſtra perquàm nota eſt uirtus. Quæ uox apud ducem uulgata, inter eum ac regem ſimultatum ſeminarium fuit. Per idem tempus ſchiſmaticorũ legatio, confictis iuſtitiæ argumentis, Danorũ ſuffragia pertẽtabat. Quorum rex, aſſertionis dubius, cognoſcẽdæ ueritatis gratia ſcribam ſuum Radulfum origine Britannum, lingua quàm animo promptiorẽ, ad Cęſarem deſtinat. A quo per ſummam uenerationis ſimulationem exceptus, non minus ab Octauiano honorificentię expertus eſt, ita ut inter eos, quaſi quoddam culturæ eius litigium, atq; officiorum cõtentio foret. Octauianus tamen cui iniquiſſimorum ſuffragiorum conſenſus, autoritatis umbram tribuerat, Cæſarem quem maieſtate anteire uidebatur, etiam adulandi comitate uincebat: nam ſacerdotem qui cum Radulfo quotidie ſacras preces decurreret, prouidit, ne diuina ab eo ſine ſocio parum celebriter agerentur. Nec officijs eum coluiſſe contentus, obſequijs beneficia ſociauit. Siquidem in re diuina agenda, anuli uſum ei indulſit, pontificalis ordinis inſigne aliquanto obſcuriori gradui tribuens. Ita neſcias dantis an accipientis beneficium ridiculoſior dementia fuerit. Huius audita legatione Cæſar, dolenter ſe diuiduæ religionis ſtatum ferre aſſeuerabat: neutri tamen parti acclamaturum, quoad publicum eccleſiæ decretum acceperit: tunc demum ei, quam uniuerſorum ſententia probauerit, aſſenſurum. In cuius rei ſpeculationem, nuper à ſe totius Italiæ maiores concilij nomine contractos
B fuiſſe: Octauianum æquitatis fiducia, cauſam ſuam humiliter generalis eccleſiæ iudicio ſubſtrauiſſe: Rodlandũ uero prauitatis conſcientia retuſum, non ſolum contumaciter ſuperſediſſe, ſed etiam dixiſſe maiorem ſe eſſe, quàm ut cuiuſpiam cenſuræ parere debeat. Cuius controuerſiæ finiendæ gratia, terrarũ reges ſecum adeſſe oportere, publicæ religionis negocium communibus ſtudijs inſpecturos. E quibus penè omnes in aduerſæ partis prędidium cõceſſiſſe, ſibi uero neminem ex his ſuffragiorũ ſocietatem præbere. Quam ob rem ſe magnopere prudentiſſimi Danorum regis alloquium affectare, partium ſuarũ moderationem eius potiſſimum ſentẽtiæ creditурum: quippe quem animi uirtus, & generis ſanctitas tantæ rei iudicem depoſcãt. Præterea attendendum eſſe quantum pietatis opus æderet, ſi tot animarum ſalutem ancipiti iudicio fluctuantem, ſentẽtiæ ſuæ ſagacitate ſeruaret. Super hæc omnia ſi tam religioſi itineris laborem ſuſcipiat, ſe ei in præmium fatigationis unam ex Italiæ prouincijs cum totius Sclauiæ præfectura daturum. Talibus Radulfum Cæſar hortamentis aggreſſus, nõ pauciora literis quas per eum in Daniam deſtinarat complexus eſt. Regreſſus inde Radulphus, Cæſaris Octauianiq; charitatem in regem uberrimam prædicabat. Rex promptius quàm prudentius familiaris aſſertione ſuſcepta, nec tam religioni conſulere quàm exterarũ gentium mores cognoſcere auidus, petendi Cæſaris cupidinẽ concipit. Ea tempeſtate Bernardus quidã ab Octauiano legatus in Daniã profectus, pontificum ſuffragijs inhiabat. Verũ paucorũ fauore exceptus, ut uniuerſos adſciſceret, datis p̃ prouinciã epiſtolis cõciliũ ſimulat. Quod tenui frequẽtia habitũ, maiore ludibrio q̃ gloria celebrauit. Eo rex apud Sleſuicum dimiſſo, eximijs Cęſaris illectionibus captus, Abſaloni in inſulis excubãti propoſitũ aperit, eumq; uiæ comitẽ depoſcit. Tunc Abſalon fidẽ Cæſaris aſtutiamq; damnãdo, fallaces eius promiſſiones fideli ſpe excipiendas negabat. Quinetiã ſine religionis uiolatu familiaritatis eius uſum haberi non poſſe, quod ſchiſmaticæ factionis acrior q̃ iuſtior defenſor exiſteret. Se uero tum commeatuũ inopem, tum etiã lõginquæ peregrinationis laboribus

C imparem memorabat. Rex quoad ſibi commeatus ſuppeterent, ei non defuturos reſpondit. Abſalon quantiſcunq; commeatibus abundaret, haudquaquam ſe ſalutem ſpiritus ſui neglecturum affirmat. Rex nõ ſe minus animæ ſuæ ſtudioſum teſtatus: ob hoc maxime eius comitatum affectare reſpõdit, ut ſi iuſtitia poſceret, per eum ab Octauianæ partis ſocietate faceſſeret. Adhuc Abſalone profectionẽ abnuente, publicæq; religionis hoſtes adeundos negante, hactenus eum à ſe præ cæteris cultum aſſeuerabat. Cuius ſi nunc ope deficeretur, ſe nihil ulterius ex eo commodi ſperaturum. Tunc Abſalon exprobratam ſibi ab eo ingratæ mentis labem iudicans: ad deſerandam, inquit, tui nominis amicitiam nullis corporis periculis adduci potero. At cum de animæ negocio agitur, humano timori diuinũ præferre fas eſt. Ego uero tametſi circunſtãtia damna peruideam, tamen ut animæ tuæ ueſtigiũ ab errore prohibeam, meam periculis implicare non metuam. Tunc rex aſſumpto eo, uiros genere & honeſtate iuxta nobiles, ſcilicet è Sialandia Sunonem & Esbernũ, è Fionia Takam & Esgerum comites adſciuit. Buriſius duntaxat, ne qd interim in patria nouaret, ex neceſſarijs aſſumptus. Nec defuere quos ex lutia profectionis participes legeret. Attingẽtibus Eidoram, principis Holtſatiorum Adulfi ignotus eques obuius extitit: interrogatusq; an ipſos proſecuturus ueniſſet, dominum ſuum huius rei præſtandæ gratia tranſitum eorũ in uicino præſtolari denunciat. Cuius ductui fidendum uetantibus arbitris, rex perinde ac ingenuo duce frætus, primus pontem equo tranſgreditur, profectionis auiditate metum pariter monitusq; contemnens. Hunc cęteri ſubſequẽtes, ſententiã ſuam quàm regem deſerere maluerunt. Procedentes paululum Adulfus excepit, ſalutatumq; regem benigniſſimis uerbis, amiciſſimoq; uultu proſequitur. Cui cum occurſum ſuum ob uetera odia onuſtum magis quàm gratũ ſentiret, ut iram obſe
D quijs flecteret apud Ekeho oppidum ſuis eum impenſis excipere ſtatuit. Sed rege beneficium ſpernente, ne quis ei neceſſaria uenditaret edixit. Tunc Danis domeſticos cibos ſumentibus, confectas epulas per miniſtros inferendos curauit: ſicq; demum uerecundia ſuperatos munificentia ſua uti coëgit. Interrogatus tandem an regis proceſſum tutari poſſet, poſſe ſe quidem quoad Bremam ueniatur aſſeruit. Albia pertranſito cum Bremam uerſum contenderetur, Esbernus profectionis ſtoliditatem animaduertens, quam que uanum iter caperent non ſegniter contemplatus, fratrem Abſalonem, aliosq; Danicæ nobilitatis proceres conſilio illuſtres, clàm cæteris accerſitos obſecrat, regem arrepti itineris emenſione prohibeant, quod præſertim ſine duce conficiat, neq; eum tam periculoſi propoſiti executorem exiſtere patiantur. Quod Abſalon inane tentatu iudicans, propoſito regem ceſſurum negabat, dicendo monitorem non ſolum operam perditurum, ſed etiam ſenſurum quantum odij pertinax error piæ monitioni referre ſoleat. Tunc Esbernus tametſi me, inquit, grauiſſimas monitorum pœnas eueſtigio daturum prænoſcerem, quæ ad regis ſalutẽ pertinere deprehenderim, ſilentio diſſimulare non paterer. Adeſtote ergo mecũ, & in regis admonitionẽ ſi linguam abnuitis, aures præbete. Enimuero cum honeſtatis periculũ obuerſatur, offenſam principis utilia ſuadendo quàm amicitiam inaniter blandiendo contrahere malo. In his etenim melius ex reprehenſione ira percipitur, quàm ex adulatione gratia conciliatur. Abſalon haud fratrem rege faciliorem intelligens, cum neutrum à propoſito reuocabilem cerneret, fratris tamen adeũdo rege ſocium geſſit, ſi quid iræ ex dictis eius conciperetur mitigaturus: cæteris ne intereſſe quidem tutum ducentibus. Tunc Esbernus mirari ſe inquit, quo impetu rex tantum iter duce ua cuus ingrederetur, ſuam autem patriæq; ſalutem in unius Cæſaris perfidis præcordijs depoſiturus: uideri enim quod liberam gentis ſuæ ceruicem, nullis que Barbarorum obſequijs aſſuetam per fœdam & ignobilem ſeruitutem miſerabili

Theuto-

A Theutonicorum iugo ſubigere cupiat. Quid aũt ſtultius eſſe, quàm nullo impen
dente periculo ultrò ad deditionem procurrere, ſummamq; libertatẽ extrema ſer
uitute mutare, inſuper regno precario quàm potenter præeſſe malle? Itaq; Cæſa=
rem cum Daniam ſuæ ditionis effecerit miraturũ, quod tam ualidam gentem antè
promiſſis ſuperauerit quàm armis tẽtauerit. Rex paucis iram exprimere ſolitus:
quippe raras uoces turbatus ædere cõſueuerat. Et ſi te, inquit, adeò metus perur
geat ut uiæ comes eſſe non audeas, me quidem trepidationis tuæ ſocium non ha=
bebis. Virtute enim quàm familia, comitatior ſine te propoſitũ exequar, nec ad=
duci potero, ut teterrimis ignauiæ tuæ monitis conſentire ſuſtineam. Ita ſalutares
Esberni monitus, regiæ feſtinationis impetus aſpernatus eſt. Quos ſi imitari uolu
iſſet, ſupplices Cæſari manus deformiter nõ dediſſet. Adeò quem temeritatis in=
curſus tranſuerſum abripit, rectæ rationis æſtimatio deſerit. Ingreſſos Bremam ci
uitatis antiſtes omnibus humanitatis numeris inſtructiſſimus, clementiaq; & libe
ralitate cõſpicuus, impẽſioribus hoſpitalitatis officijs proſequẽdos ſuſcepit. Idem
de ductu dando ſolicitatus, comitandi ſibi regem non ductandi fas eſſe reſpõdit.
Complures quoq; Saxoniæ principes quo tutius curiam peterent, regijs ſe ſoda=
litatibus deuinxerũt, adeò ut de Danorum familia ac grege exiſtere putarentur.
Itaq; creſcente eius comitatu, cum multitudo ſpeciem hoſtilis exercitus reddere
uideretur, perterrefacti incolæ, cum uxoribus ac liberis diuinis ſemet penatibus
intulerunt, à ſacrarum ædium hoſpitijs auxiliũ quæſituri. Eo comperto rex præ=
miſit qui gentis trepidationem pacis denunciatione corrigerent, ſibiq; commea=
tuum emptionẽ fieri iuberẽt. Cum ad urbem Methis ueniſſet, oppidanis ob ad=
uenarum frequentiam emendorum precia aggrauantibus, iniuriam ſenatui con=
queſtus, effecit ut neceſſaria tum ſibi, tum etiam comitatui tolerabili precio uen=
B derentur. Igitur ſynceritatis & iuſtitiæ eius rumore increbreſcente, Germanicæ
matres paruulos ſuos in eius aduentum offerendos curabant, ratæ eos regio con
tactu perinde ac cœleſti aliquo beneficio feliciora naturæ incremẽta ſumpturos,
ac proſperioribus educationis auſpicijs nutriendos. Nec minus ſuperſtitioſi agre
ſtes, qui iaciendorũ ſeminũ grana quo melius adoleſcerent, dexteræ eius diſtjcien
da præbebant. Quo curiam ingreſſo, præſes Saxoniæ Henricus ueteris amicitiæ
recordatione caſtra ſua maiore ex parte eius aduentui ceſſit, hoſpitalitatemq; ei
ſuis ſumptibus erogauit. Die poſtera Abſalon cum Radulfo miſſus, apud Cęſarẽ
latinæ uocis admodũ rudem, per interpretatũ Colonienſis antiſtitis mãdata pro=
ſequitur. At Cæſar in primis morã regis tarditatemq; cauſatus, iniurioſum quod
antè non uenerit aiebat, aſſerendo eum ob regnum quod Romani imperij benefi
cio gerat ſibi ſeruitiorũ debitorẽ exiſtere. Tunc Abſalon decuiſſe, inquit, Cæſaris
fidem ut hæc potius ante itineris ingreſſum regi proponeret, ad quod tantis eum
promiſſionibus impuliſſet. Cæſar ſimulata admiratione, per quẽ regi promiſſa fe=
ciſſet, interrogat. Abſalon demonſtrato Radulfo, hic eſt, inquit, qui credulã regis
ſimplicitatẽ promiſſorũ tuorũ commẽtis illexit: eoq; negationẽ Cæſaris repellere
non audẽte, ſeriem totius promiſſionis ediſſerit. Inficiante id Cæſare reducẽ regi
dari depoſcit. Ille plus ſe negocij eius reditui tributurũ quàm aduentui impẽderit
negat. Simili modo die poſtero regis legatio excepta. Quo agnito, rex ſalutaris
monitus ſpreti pœnitentia afflictus, tametſi mucronem ceruici ſuæ applicatũ aſpi
ceret, antè ſe eam ferro quàm patriam ſeruituti ſubiecturũ aſſeuerabat. Aeſtuante
eo opisq; modũ impẽſius diſquirente, Abſalon liberationis uiam à ſe repertã pro
feſſus, nõ amplius illic regi q; in patria trepidandũ aſſeruit. Siquidẽ trans pontem
quo Gallorũ regnum à Germanico ſecerneretur uenationis ſimulatione ſæpius
eum obequitare debere, ac demum cum cõſuetudine ſuſpicionẽ uiciſſet, cum po
tiore familiæ parte aliquod è finitimis Galliæ oppidis petere, haud dubitaturum

C quin à rege Francorum ornatius in patriam dimitteretur. Cuius cõsilij executionem Cæsar arte præuenit. Siquidẽ uim regi inferre ueritus, cum eius famulatum coactionibus impetrare nequiret, beneficio mercari tentauit. Vniuersos quippe Germaniæ principes sacramẽto adactos, iurare compulit se eius ditioni Sclauiam substraturos. Quod si parum perficerent, seipsum id cum primum ex Italia reuerteretur executurũ spopondit, eaq; fraude ad obsequia sibi paciscẽda ambas regis manus pertraxit. Cæterum ei nõ curiam communi principum more petere, non in Romani imperij præsidium copias ductare, solaq; specie, non re Cæsari parere concessum. Filio uero post eum proximè regnaturo liberum fore paternas conditiones abijcere, ne ad omnem Danorum gentem hæreditarium manaret obsequium. Cuius seruitij pudorem minuere uidebatur, Gallorum ditioni in cõsimili famulatus genere Britanniæ regis inclinata maiestas. Post hæc Octauianus uocato concilio, quam iustis suffragijs in adipiscendo sacerdotio usus fuerit, loquacius quàm uerius astruere conabatur, Rodlandum uero honorẽ quem oblatum repudiasset, uetitum occupasse: secq; causam suam generali pontificum cognitioni inspiciendam præbente, illum impietatis conscientia canonicæ discretionis iudicium formidare. Præterea ad conciliandos sibi pontificum animos eorum dignitatem benignis decretorũ sanctionibus adornauit, haud prius Romanam ad sedem prouocandum constituens, quàm si lis ipsorum pronunciatione finiri non posset. Finiente eo, Cæsar prouinciarum reges huius controuersiæ finiendæ gratia ad colloquium à se inuitatos dicebat, eorum sentẽtiæ repugnare nefas ducturo. Quos ideo non adesse, quod in Romani imperatoris iniuriam Romæ pontificem creare cupiant, alienæ ciuitatis ius suis suffragijs administrare conantes. Post hæc Regnaldus Coloniæ urbis antistes religionis causam dicere adorsus, quan-
D to iniuriæ pondere Romani imperatoris æquitatem prouincialium regum temeritas attentaret, argumentando demonstrare pergebat. Nam si controuersiam in eorum ciuitatibus de põtificatu ortam, Cæsar suis suffragijs finire uellet, haud dubie id grauium iniuriarũ loco ducerent, cum ipsi simile in urbe Roma perpetrare conẽtur. Quam assertionẽ tam ualido rationis præsidio subnixã putauit, ut nunc Latialiter, nunc Gallice Germanicéq; fando, ternis actionẽ uocibus iteraret. Sed quantum hac oratione gentis suæ fauorem illexit, tantũ nostræ suffragia deturbauit. Assensis itaque pontificibus, cum Octauianus qui sibi falsum uictoris nomen inscripserat, accensis luminibus aduersum Alexandrum, eiusq; suffragatores solenni execratione usurus uideretur, Vualdemarus hortante Absalone, ne sacrilego eius facinori interesset cõcione excessit, aduersæq; partis iustitiam æmulatus, præsentis curiæ errorẽ quàm absentis rectitudinẽ postponere præoptauit. Cuius egressum secutus Absalon, cum ab Octauiano supersedere rogaretur, ab eius uestigijs se cuius comitandi gratia aduenerit nullo iure prohiberi perdocuit. Eoq; responso execrabili pontificum collegio liberatus, ne scismatis errore laberetur, effecit. Die postero Octauianus Liuonem Othonienſiũ electum, uehementer ab Absalone prohibitum, falsa pontificis unctione prosequitur. Inde ad oppidum Bisuntium cõcessum est. Vbi equorũ pabulo non suppetente, regeq; emendæ eius facultatem sibi non fieri conquerente, Cæsar eum qui stabulo præerat, necessaria Danis expedire præcepit. Qui mox eorum satellitibus secum eductis in uico eminus sito, quibus egerent capienda demonstrat. Qui cum earum consuetudinum ignari equorum alimenta ab oppidanis inermes deposcerẽt, uocesq; suas sagittis ac iaculis repelli conspicerẽt, depositis precibus prælium ordiuntur. Capto itaq; uico, cum latius crebrescente fumigio facem oppidis subiectã agnoscerent, similia sibi licere rati confestim expugnationi incendium addiderũt. Quæ res incredibili regem angore permouit. Interiectis diebus, cum Cæsar quem uindictæ mo-

dum

A dum à Maguntinis proprij pontificis interfectoribus exigere deberet in concione perquireret, Vualdemarus iterata superiore querela equis annona defectis, uenalium alimentorum subsidia postulabat. At Cæsar circumiacentem prouinciam coniugis suæ patrimoniũ esse testatus, frustra eum emptu affectare dicebat, quod raptu petere licuisset. Contra Vualdemarus regem se non prædonem esse proclamans, commeatus latrocinio quæsiturum negabat, aut quod domi iniquum duxerit apud exteros approbaturũ. Quanquam enim eiusmodi uiolentia necessitate excusabilis uideretur, permissis uti passus non est, ne domesticæ æquitatis man suetudinem peregrina austeritate corrumperet. Cuius sanctitatem uniuersi Germaniæ principes maximo plausu cõprobantes, seq; mutua admiratione inuicem contuentes, beatos aiebãt quos tanti uiri integritas regendos curaret. Qua laude tacitum morum suorum uituperium æstimarũt. Dimisso itaq; rege, Cæsarem Henricus hortari cœpit redituro regi impensas expediat, neq; eum hospitalitatis suæ expertem dimittat, cuius patria quasi commune aduenarum hospitium existere soleat. Quod Cæsar facile pollicitus parum executus est. Pontifex uero Maguntinus humanitatis specimen maioribus experimẽtis quàm promissis exhibuit, geminæ pernoctationis impensis regium iter excipiens. In Henrico quoq; crebris regem commeatibus prosequente, clarum amicitiarum indicium patuit. Lodouicus autem Thuringiæ princeps, nõ solum liberalitate uacuus sed etiam habendi cupiditate refertus, impudenti precatione effecit, ut equus regis sibi daretur. Post hæc Adolfus Holsatiorũ præfectus, Absalonis officio primũ amicus regis, mox miles solenni fidei datione effectus, obsequiorum principium officijs hospitalitatis expleuit. Ita patriæ parens prosperum reditum emẽsus, exoptatam aduentus sui copiam ouantibus ciuium animis obtulit. Insignem hunc annum filij eius Ka
B nuti ex Sophia suscepti natalis effecit: qui etiam pontificali Absalonis ministerio, stato lauacri tempore regenerationis sacramenta suscepit. Quod religiosæ executionis officium, Sueorum ducis Guthormi, qui neptem Vualdemari eorundem regi Karolo desponsam abducendi causa legationem attulerat, præsentia uenustabat. Per idem fortè tempus Noruagiensium legati regem petiuerant, obsecrantes ut Noruagiæ regimen tot ciuilibus bellis corruptũ, ac teterrima tyrannorum dominatione distractum, iamq; exsangue & ruinæ propinquũ eius occupatores incessendo tentaret. Et quoniam externa nostris hoc loco connexa sunt, quædam de re Noruagica summatim cognosse fastidio non sit. Siuardus quidam summæ audaciæ post multa & præclara facinora bellis ædita, ab Haraldo Hyberniẽsi cuius hostis extiterat interceptus, cum naui in alto mergendus ueheretur, quasi funus suũ inferijs præcessurus, empta de industria potione remiges onerauit. Quibus exhilaratis, gubernandi potestatem supremi beneficij loco poposcit. Ea re impetrata nautas impensius ædere remigiũ hortatus, cum uehemẽtissimum nauigij cursum animaduerteret, proiecto gubernaculo præceps undas insiluit, priusq; se littori quàm cõcitata ratis impetum correxisset restituit. Ita & suo acumine & hostium socordia seruatus, periculoq; cui destinabatur ereptus, Haraldum amandi gratia noctu castra latenter egressum, in amplexu pellicis per insidias interfecit: dantem pœnas, & sibi quem ceperat, & Magno quem regno luminibusq; priuauerat. Igitur ut belli titulum apprehenderet, ipsum protinus Magnum monachalibus septis abstractũ, tametsi uirilibus careret uirũ induere perpulit, deiectamq; regis fortunam ad pristinum regni fastigium erigere statuit, ne deesset cuius auctoritate & titulo bellum aduersum Haraldi sobolem susciperetur. Huius itaq; nomine & auspicijs frætus, cum tribus Haraldi filijs, Ingone & Siuardo, & Osteno paternum regnum affectantibus, nauali certamine dimicauit. In quo partim cæsis, partim fugientibus socijs, incredibili & præstantiori humanis uiribus fortitudine

C

C ſolus aliquandiu nauigium ab hoſtibus uindicauit. Ad ultimũ compluribus eorum proſtratis, omniq; ſuperſtitũ multitudine ad ſe unum opprimendum undiq; concurrẽte ſingulari nandi peritia frætus, quanquam hybernum tempus inſtabat armis militaribus tectus profundo ſe credidit. Atq; ſub undis quas hoſtiũ cruore conſperſerat, enatans, dubium effecit maioris audaciæ ſpecimen in puppi præbuerit, an inter undas agilitatis ædiderit. Siquidem loricam qua corpus munierat quò liberius enaret cum reliqua armatura ſub undis ſibi detraxit, ac demum cum capeſſendi ſpiraculi gratia fluctibus emerſiſſet, à quodã familiari ſuo per habitum hoſtibus indicatus, tunicã qua ſe prodi ſuſpicabatur rurſum corpus aquis occultando depoſuit. Sed cum ne ſic quidem proditoris notitiã fefelliſſet, ad extremũ ſuprema ſe ueſte nudauit. Nec adhuc tamen indice ludificato, cum ſolus ex ſocijs ſupereſſet, ſeq; hæc omnia quæ & callide & animoſe tẽtauerat fruſtra expertum animaduerteret, tandem fati ſimulatione profundo diutius immorãs, inſidiatoribus an uiueret dubium reliquit. Ad ultimum cum humanæ reſpirationis conſuetudine ſupernè aërem capeſſere debuiſſet, cuiuſdam fortè nauigij gubernaculum pertinaciſſimis brachiorum amplexibus apprehẽdit, eiq; aliquandiu tacitus inhæſit. Plura tamen elapſionis genera animi firmitate tentaſſet, ſi nõ eum hyberni frigoris ſæuitia obſtupefactum corporis robur deſeruiſſet. Tandem cuiuſdam altum curioſius cõtemplantis indicio deprehenſus, intercipitur, interceptus uincitur, & in concionem hoſtili ſententia damnandus abſtrahitur. Vbi nemine ſacerdotum adhibito, qui delictorum eius confeſſionem exciperet, eam aſtantibus modo quo licuit explicauit, præfatus ſe emendationem ab eis decretam pœnitentiæ nomine præbiturum: memor ſanè ſacerdotali copia non ſuppetente, & ad prluatorum cognitionem cõmiſſa referre licere. Magno quoq; quem Haraldus Hy-

D bernienſis patrem adſciuerat ſe genitum memorabat. A cuius generoſiſſimo ſpiritu etiam inter adhibita ſibi ſupplicia nõ deciuit. Primo ſiquidem uerberibus affectus, ac deinde malleorum ictibus artuatim contuſus, ſcilicet ut à cunctis corporis partibus pœnæ exactæ uiderentur, non gemitum, non ſuſpiriũ ædidit, nõ ſupplicem aut triſtem uocem emiſit. Denique nullum doloris indicium præbuit, ſed quaſi in ocio Pſalteriũ relegens, inter ſacras preces & ſolennium uerborum nuncupationem ſpiritum poſuit. Felices profectò religionis alumni forẽt, ſi cuncti eo animo mortem amplecterentur, quo eam uir bellicus amplexatus eſt. Fuerit ille inſidioſus, pacem patriæ corruperit, bellumq; ciuibus intulerit, fortitudini tamen eius impunitas ab hoſtibus donãda fuerat. Sed homines uindictę cupidi plus ſuas ulciſci moleſtias, quàm alienæ uirtutis inſignia uenerari meminerãt: nec in uiuum ſæuijſſe contenti, tanquam parum eius exitio ſatiati mox extinctũ patibulo ſuffixerunt: eadem crudelitate fatum prementes qua ſpiritum torſerant. Nihilq; à ſe actum exiſtimãtes, ſi ſæuitiam ſuam ſaltem ab umbris & cineribus continuiſſent. At Magnus eodem prælio quod à Siuardo ſub eius auſpicijs geſtum fuerat periclitatus eſt. Quem prius oculis deinde uita priuatum, bis luce defunctũ crediderim. Poſt hæc ſumma penes Haraldi filios fuit. E quibus Ingo duntaxat iuſto matrimonio ortus, fratribus quorũ alter Noruagica, alter Hybernienſi pellice æditus fuerat, ut ingenuitatis ita & morũ ornamentis præſtabat. Erat enim omnibus honeſtatis numeris inſtructiſſimus, cum eorum alter auaritiæ maculis reſperſus, alter luxuriæ ſordibus obſitus haberetur. Sed infantiæ ſuæ tempore per incuriã nutricis fortè ſinu delapſus, ita humo inflictus eſt, ut confracto dorſo reliquum uitæ tempus gibbo oneratus exigeret. In quo quidem homine excellentis animi uenuſtatem, corporis deformitate affecti ludibrio fœdatam putares, neque diſcernere queas, maius fortunæ beneficiũ receperit, an opprobriũ ſenſerit. Contigit autem ut eius ſatellites apud Berginum oppidum iurgio cum Siuardi militibus habito,

dum

A dum ſocij ab eis occiſi pœnas inſtantius expetunt, non interfectores modo, ſed ipſum Siuardum ſæuiſſimæ cõſternationis furijs concitati, per uim & ſeditionem appeterẽt, eumq; in ædem fugere coactum cõuulſis tabernaculi clauſtris raptum trucidarent, homicidium ſpecie, re uera coniugum ſuarum prius ab ipſo conſtupratarum contumeliam ulciſcentes. Cuius rei nuncio, Oſtenus cum claſſe Bergi num peteret per obuios accepto, petẽdi fratris quàm cauendi cupidior, nihilomi nus ad eum proceſſit. A quo cum debitam ſui regni partem negari animaduerteret, paucis eum affatus diſceſſit: uultuq; fidem promittẽs, ſed perempti fratris exemplo perire metuens, fugæ ſe q; noui ſceleris autoribus offerre maluit. Quem Siuardi interfectores priori facinore parum contenti, Ingonis æmulum iudicantes, naualem fugam terreſtri mutare compulſum, ſed eam ob nimiam corporis ſaginam lentius exequentem propter littus peditem occiderunt, duobus regni participibus ſublatis, à ſuperſtite dignitatis & ſtipendiorum incrementa ſperantes. Quorum ſceleſta fames in tantorum ducum cladem eſuriens, uixq; gemino exactiata parricidio, ab Haquino quodam paternæ cædis ultionem petente, poſtmodum uindicata eſt. Siquidẽ trium fortuna, ad unum Ingonem per uim & facinus redacta, non ſuſtinuerunt Amundus Simonis filius, & Philippus, alíq; complures inſignis induſtriæ uiri, regnum ei quod partim proprio, partim alieno ſcelere quæſiuiſſet, tutum intẽtatumq; perſiſtere. Indignum quoq; compluribus uiſum, ut homini ridiculas corporis notas habẽti, liberum regnandi locum militum ſuorum conciliaret impietas. Quapropter Haquinũ, quem dixi, factionis ſuæ ducem creantes, eiusq; tyrocinium regio nomine uenuſtãtes, bellũ aduerſum Ingonem decernunt, & quaſi Siuardi uel Oſteni manes ulturi, crebro pugnam cum hoſtibus ineunt. Verum pluribus cõtinuis prælijs ſubacti, in Suetiam tandem cum pu
B pillo diffugiũt. Quos Ingo prope Sialandiam fugandi ſtudio ſubſecutus, magna hoſtiũ parte propinquas pelago ſyluas petente, Abſalonem per legatos ſolicitat, eos qui in littoralia nemora profugerãt, prændendos curaret. Quod Abſalon honeſtate ſua ac dignitate indignum iudicans, parum precibus obtemperauit. Appetente hyeme qui cum Haquino profugerãt patriam repetere adorſi, tanquam fortunã loco mutaturi, prælio in hyberna glacie conſerto, Gregoriũ ſummæ poſt regem dignitatis uirum, manu & cõſilio promptum, in quo ſpes & fiducia Ingonis quaſi quodam cardine nitebatur, non minus acumine quàm uiribus uſi, cum omnibus copijs deleuerũt. Siquidem in eam glaciei partem cuius firmitatem nocturnis exciſionibus debilitauerãt, prælij tempore protractos, hoſtes profundum petere coẽgerunt. In quorum morte Ingo maximam ſpei partem depoſuit, nec ſecus animo quàm uiribus fractus, exitioſum ſibi fidiſſimi fautoris Gregorij interitum ominatus eſt. Tandẽ inſtaurato bello ſed adhuc eodem aquarũ habitu perſiſtente, nihilo felicius Gregorio glacialis elemẽti fortunam tentauit. Siquidem gelato mari in pugnæ locum electo, dum eius duritia quaſi camporum firmitate gauderet, quanquam militum numero præſtaret, cum omnibus penè copijs interemptus eſt: luensq; pœnas ſeu admiſſi, ſeu tolerati parricidij fraterni, umbris piacula exoluit. Hoc bello quo nullũ maius aut cruentius Noruagia habuit, uniuerſum regni illius columem propemodũ à ſtirpe interijt. Huius cladis ſuperſtes Erlingus, cum filio ſuo Magno admodũ paruulo, ſed ad Vualdemarũ ortam materni generis propinquitatem habente ad Iutiam appulit, ibiq; in ſumma regis dignatione uerſatus, uberes exilij impenſas, & ampliſſima commeatuum inſtrumenta percepit. Interea Siuardus quidã per ſummã commilitonũ inuidiam fortitudinis præmium recepturus, dux ab Haquino conſtituitur, idq; ægre ferentibus cæteris ſummæ ſeditioni locũ dediſſet, ni Erlingus repente è Dania ſuperueniẽs internæ factionis certamen rumpendo, nouũ hoſtibus negociũ peperiſſet. Quippe prædi

C ctum filium quod maternũ genus cum priſcis Noruagiæ regibus communicaret, regem continuò nominauit, ne aut Haquino æmulus, aut Ingoni ultor deeſſet. Ita nouis rebus increbreſcẽtibus, Haquinus à Siuardo quod ei impẽſas belli negaſſet, deferitur, acieq; cum Magno congreſſus occiditur. Siuardus ad Suetiam dilapſus, dum interiectis diebus in patriã reuertitur, ab Erlingi militibus interficitur. Quo euenit, ut obſcura & ignobili cæde ſpiritũ deponeret, quem honeſte in acie profundere noluiſſet. At qui ex Haquini militia ſuperfuerant, partim nouarũ rerum cupiditate, partim hoſtiũ fortunæ inuidia accẽſi, Marci cuiuſdã alumnũ optimum ſpei puerũ in regem adſciſcũt, nec felicius quàm proximè fortunã tentarũt. Siquidem prælio ab Erlingo obtriti, uictoria pariter ac rege priuati, ad Karolum Suetiæ regem profugiũt, ipſumq; belli ducẽ expoſcunt, cui cum Noruagiæ rebus etiam aliqua neceſſitudinis cõmunio uidebatur. A quo diu promiſſorũ alacritate protracti, poſtq; eum magis de proprio regno ſeruando, quàm alieno obtinendo ſolicitum compererunt, legatos ad Vualdemarũ auxiliũ implorantes miſere. Tandem ipſi benignioribus reſponſis inuitati uenere. Quos cum rex ſupplices recepiſſet, ſeq; per eos Noruagiæ petitione promiſſa ſedulò ſolicitari animaduerteret, tantũ belli pondus ſola legatorũ adhortatione ſuſcipere ſtolidum ratus, prius popularium animos tacitis legationibus tentauit. Poſtq; eorum mentes legatorũ uocibus conſentaneas repperit, abſq; cunctatione expeditionẽ inſtituit. Quo audito Erlingus, quàm longiſſimo receſſu potuit abſtruſas Noruagiæ partes petiuit, extremosq; patriæ fines fuga amplecti, quàm primos armis tueri tutius exiſtimauit. Pauca ſiquidẽ nauigia ſed habilia, fugæq; quàm prælio commodiora parauerat. Quo euenit, ut regis aduentus formidoloſus Erlingi fautoribus, hoſtibus acceptabilis haberetur. Itaq; Vualdemaro conſultationẽ cum amicis habente, quidam
D poſtpoſitis omnibus hoſtes ocyſſime perſequẽdos, alij prius plebis fauorem conciliandum, auxiliaq; popularium contrahenda docebant. Sed accelerationis conſilium, tarditatis ſententiã ſuperauit. Igitur Vualdemarus ingentẽ regionis partem proſpere permenſus, magnaq; plebis alacritate receptus, cum ad urbem Sarpam ueniſſet, nomen regium à Vuicẽſibus ſibi decretum ſuſcepit, ibiq; cum popularibus concionem per ſummam uerborũ concordiã habuit. Quod ſi omiſſis aliis inſequẽdis hoſtibus operã præbuiſſet, haud dubie regno Danico Noricum coniunxiſſet. Inde ad oppidum Tunsbergum nauigatione progreſſus, paucis Erlingi ſtudioſioribus in ædita rupem ſalutis cauſa confugiẽtibus, religionẽ ſæuitiæ præferens, uicum incendere paſſus nõ eſt, ne ſacras ædes priuatis penatibus interſitas, cõmunibus flammis abſumeret. Nemo tamen pontificũ quorum ea tempeſtate ingens apud Noruagiã autoritas erat, eum adire ſuſtinuit: quod quidem eos potius patriæ, quàm Erlingo tribuiſſe crediderim. Ormo ut quem regis germanum cognominabant, petito Vualdemaro ſalua fide quam Magno dediſſet, obſequia pollicetur. Tandẽ ob inediam tractu temporis obortam, cum rex defectam impenſis expeditionem remitteret, Noruagienſium qui ad eum tranſierant multitudo pœnæ metu cum ipſo diſceſſit, diuq; partim regijs, partim principum impenſis exilium ſuſtentauit. Poſtea rex orientaliũ Sclauorum ſibi uirium fiducia rebellantium defectionẽ expertus, cum Henrico Saxoniæ ſatrapa belli ſocietate condicta, quo firmius amicitiæ necterentur, filiam eius ex coniuge poſtmodum repudiata ſuſceptam adhuc incunabulis utentem, filio Kanuto primum ætatis annum agenti ſpõſam adſciuit. Itaq; Henrico terreſtri apparatu exercitũ inſtruẽte, ipſe in claſſem collatus cum apud Rugiã perueniſſet, auxilia ab incolis amicitiam ſuam dubia fide ſecutis, per Abſalonem contrahẽda curauit. Deinde ne Henrico tardius occurreret, eumq; promiſſo fraudaret, ad Penum fluuiũ ocyſſime nauigationis curſum direxit. Abſalon quanq; adhuc Rugianorũ pactio paucorũ obſidũ

pignore

A pignore niteretur, eorum concionem ingressus atq; inter ipsos honoratissimo se-
dendi loco susceptus, cum legationis mãdata proferret, eamq; Danicæ uocis igna
ris per interpretem explicaret, accidit ut quidam è Rugianis adolescens Sclauico
ingenio, Dani militis equum pro quo se precium numeraturum fingebat, ueluti
incessus eius experiendi causa conscendens, fugam tentaret. Quod cum Absalon
ad se perlatum in cõcione proponeret, uniuersa populi multitudo magnum fidei
suæ crimen unius hominis perfidia allatum iudicãs, similem furori impetum con-
fessa dissiluit, autoremq; fraudis raptim insequi properauit. Igitur Absalonis co-
mitibus ad metum & stuporem usq; subitum uulgi concursum mirantibus, pau-
ci qui adolescentem affinitate tangebant, plus priuata charitate quàm publico ru-
bore permoti, supplices Absalonis genibus aduoluuntur, equi restitutionem pol
liciti, si modo per eum ab incœpto concio reuocetur. Quorũ Absalon permixtas
precibus lachrymas miseratus, missis qui plæbem pacarent tumultũ compescuit,
consternationẽ sedauit, equoq; protinus reddito, militem suũ stultitiæ damnauit,
quod per inertiam & stoliditatem raptori se circunueniendum dedisset. Deinde
gentis rege Tetislauo classis supplementum pollicito, regem subsequi matura-
uit. Interea Henricus Holsatiorum principem Adolfum cum Henrico Razabur
gensi, præfectumq; Suuerini oppidi Guncellinũ, quod nuper à Saxonibus in po
testatem redactum ius & formã ciuitatis acceperat, necnon Regnaldũ quendã pa
rum origine liberum, opibusq; quàm genere clariorẽ, cum insigni copiarũ parte
præmittit, expeditũ sibi transitũ paraturos. Quorũ ingressum Sclaui cum partim
fama, partim experimẽto cognouissent, cum parte hostiũ confligere & uniuersos
aggredi maluerũt, multum ex eorũ robore, si præuios oppressissent, defluxurum
credentes. Cumq; summa cura ac flagrantissimo studio ad eos opprimendos con
B tenderẽt, dæmonem horrẽdæ formæ supernè uerticibus imminentẽ uidere. Quo
monstro tanq; diuinitus dati ducis aduentu firmati, sumptis uictoriæ auspicijs, ex
improuiso hostium se castris immergunt, eosq; imparatos cõfodiunt. Adolfus &
Regnaldus in ipso castrorum aditu interfecti, neglectæ militaris prudẽtiæ pœnas
sanguine persoluerũt. Quibus prima cæde prostratis, Guncellinus & Henricus
medijs irruentiũ globis elapsi, correptis aquilis ad se fugientium sociorũ reliquias
contraxere, ac demum hostes prædæ incubantes audacter adorti, fugam uictoria
mutauere. Ita Saxones quanq; improuidi bellum tentassent, maiorẽ cladem gesse
rint an acceperint uirtute dubiũ reliquere. Quo accepto Henricus suorum cædi-
bus, ut par erat, permotus, exigendæ uindictæ studio ad obsidionem Deminæ ur
bis quantacunq; potuit celeritate contẽdit. Quam postq; ultrò ab incolis obustam
comperit, ut uniuersa ipsius monimẽta subrueret, reliquias mœniũ solo exæquari
præcepit. Et quoniã in homines grassari non licuit, tanq; à rebus mutis supplíciũ
exacturus urbem Cozcouam simili incolarũ trepidatione desertam, cremandam
curauit. Vualogostini quoq; finitimarũ urbium quarũ excidio terrebantur exem
plum secuti, clandestino traiectu fluminis cum uxoribus ac liberis municipium
deserũt, penates duntaxat rebus uacuos hostili sæuitiæ relicturi. Quorũ urbẽ rex
nullo negocio interceptã, militibus ac stipẽdijs instruit, eamq; Vuethemanno pi-
ratæ curandam cõmittit. Ornenses quoq; plus ex aliarum urbiũ fortuna timoris
quàm ex suis mœnibus fiduciæ capiẽtes, ut sibi uicinarum ciuitatum quarum for-
midinem sequebãtur exemplo consulerẽt, urbem ne ab hostibus coli posset, de-
sertam incẽdunt, penates suos igni quàm hosti relinquere præoptãtes. Tunc rex
ponte qui medium amnẽ secare uidebatur abrupto, sublatisq; cæteris nauigatio-
nis obstaculis, ad Stolpam uicum processit, ubi & ducem postmodum obuium ha
buit. Igitur ne Vualogostum eodem exemplo desertum quo captũ post discessum
suum hostibus reddderetur, præsertim Danos si eo fruerẽtur, sempiternum Scla-

C uiæ imperiũ habituros existimãs, Absalonẽ, Burisium, Suenonemq; tunc Arusij pontificatu insignem, eius municipes efficere statuit, quibus & filiũ Christophorum sociauit, quò plus à cæteris in auxilio suo fiduciæ reponeretur. Qui cum amicos & necessarios in muneris consortionem adciscere iuberetur, Sialandensibus duntaxat Absaloni præsidij societatem spondentibus, reliquis ob imminentis periculi magnitudinẽ, nec animus ad resistendum, nec comites suppetebant, quanq; tota classis & alimẽta sua cum eis communicare, & uicinas segetes publico officio in eorũ horrea cõportare decreuerat. Quippe fruges messore exercitu residuorũ usibus adigi iubebatur. Ita rex consilij casſus, cum neq; pugnandi copia, neq; pactio ulla ab hostibus fieret, uafro ingenio excogitauit, qualiter eos ad alterutrum horum præstandũ impelleret. Siquidẽ Absalon tacitis mãdatis præcepit, ut palos in amne defixos, cæteraq; nauigationis impedimenta magna remigum cura sublegeret, ueluti toti classi transitum paraturus. Ita demum fluuio obstaculis uacuefacto, cum progressam classem angustior alueus excepisset, complures à Sclauis utriq; ripæ inequitantibus cõminus sautiabantur. Quam hostilis audaciæ petulantiam Petrus Eliui filius animi uirtute nõ sustinens, protinus cum remigibus naue desiliuit, hostesq; strenue propulsatos ripa cedere coẽgit. Tandẽ comitũ ignauia desertus, sociorum nauigationẽ fato suo incolumem præstitit. Itaq; rex non solum expertem metus progressum habuit, sed etiã Henricũ cum toto exercitu cõsertis arctius nauigijs tanq; ponte traiecit. Quo agnito Sclaui reliquarũ urbiũ excidium formidãtes, præcurrẽdi periculi studio pacis quam antè cõtempserãt, Vualdemaro obsides offerebãt, quos se Henrico nullo pacto daturos dicebãt. At rex sine militiæ socio cum hostibus pacisci fraudulentũ existimans, per Thorbernũ Henrico quæ ab hostibus offerrẽtur, enunciat. Quo se conditionibus ab eo factis libẽter
D usurum asseuerãte, pactũ cum hostibus habuit, ut Vualogosti domínio trifariã diuiso, pars una Tetislauo, reliqua Kazimaro, tertia Nucleti filio Prislauo uendicaretur, piratisq; prædã Danicam appetere solitis, Peni fluminis ostia clauderentur: Henrico quoq; munitionũ quas apud Sclauiam obtinuisset, incolumis possessio permaneret. Post cuius discessum comites Kazimari exterorum societatem acrius perosi, sed uiribus agere non ausi, Rugianos assiduis furtis uexatos, ac per latrocinia ad paupertatẽ & inediam usq; redactos, cõmuni urbe excedere compulerunt. Piraticæ quoq; licentiam tribuere, modisq; compluribus ictum fœdus rupere. Postmodũ Rugianis recepta per Henricũ fiducia, palàm aduersum Danos inimicitias profitentibus, rex nõ minorem in amico perfidiã, quàm in hostibus leuitatem expertus, Arkon prouinciã uerna expeditione petitã, incẽdio populatus est. Inde ad portũ, Porab incolis uocitatũ, cursum direxit. Siquidẽ ne cum uniuersis Rugianis manum acie consereret, separatim eos attentandos existimans, Absalonem nocturna nauigatione Ziudram præcedere iubet. Quem ut cõtinuò subsequeretur, curiosè discessionis eius tempus à uigilibus obseruari præcepit. Quibus somni delitias imperio præferẽtibus, Absalon absq; regio comitatu progressus, non solum Zyudram, sed etiam agros uicosq; ei confines, partim igni, partim ferro uastauit. Cuius equites duo cõtentione prius habita uter audacia præstaret, cum ad militarem operam ædendam fortitudinis æmulatione pari impetu raperentur, hostesq; cuidam fortè stagno adactos cimbis fugam petere animaduerterent, plus eis persequẽdis quàm suis periculis dispiciẽdis intẽti, ne alter alterum uirtute fortè præcurreret, ambo cum contemptu spiritus stimulatos calcaribus equos in profundum egerunt, armorum haud memores, quorum obruti pondere perierunt. Ita temeritatis uindex elementũ uiris gloriæ quàm salutis studiosioribus in exitium suum ruentibus, fatum pariter ac tumulum ministrauit. Interea Absalon prouinciam rapinis pariter, incẽdijsq; permẽsus, cum ingentẽ prædam

&

A & opima ſpolia referendo naues repetere ſtatuiſſet, magnã hoſtium manum ſubſequi conſpicatus, ultra bina uada admodum tranſitu difficilia de induſtria cedere uoluit, ut eos formidinis ſimulatione protractos, locorumq; tãdem difficultatibus implicatos opprimeret. Quorum primum Sclaui libero itinere tranſgreſſi, circa reliquum redeundi diffidentia conſtiterunt. Eodem ferè momenti ſpacio duo pedites Sialandenſes ingentem prædæ faſcem geſtantes, errore locorum in ipſum penè Sclauorum exercitum inciderunt. Qui cum à duobus eorum equitibus appeterentur, quãquam tutò uadum tranſgredi poterant, ne receſſum per ignauiam quærere uiderentur, hoſtibus reſiſtere quàm ſocios accedere maluerunt, deforme exiſtimantes ab ijs quos numero æquarent, audacia ſuperari. Itaq; quo magis expeditos ſe redderẽt, preſſo ueſtigio, proiectoq; faſce, enſes deſtringunt. Quorum conſtantiæ & uirtuti fortuna debitam incolumitatem cõceſſit. Siquidem equitum neutro procedere audente, reſumpto faſce cœptum iter carpſerũt. Cumq; rurſum Sclaui binos equites ad eos opprimẽdos miſiſſent, eorum incurſum eadem animi præſentia reppulere. Quo facto tam hoſtiũ quàm ciuium in ſe admirationẽ uertere, magnumq; illis ruborem, his inter metum & lætitiam hæſitantibus peperere. A ſex tandem equitibus attentati, inuariabili mẽtis habitu perſtitere, tanquam hoſtium ignauiæ plenis fortitudinis animis inſultantes. Nec defuit Abſaloni prompta mens ad opem eorum uirtuti fiduciæq; præſtandam. Siquidem tot ſuorũ equitum quot hoſtilium animaduerteret, eis pro ſupplemento tranſmiſit. Sclaui quoq; ſuorum paucitatem certatim numeroſis militum præſidijs proſequebantur. Itaq; ſupplementis utrinq; tanquam ex pari creſcentibus, equitibusq; ueluti ad militiæ ſpectaculum ediuerſo cõuenientibus, Sialandẽſes ulteriorẽ hoſtium petulantiam inſpectare non paſſi, uniuerſa acie eis occurrũt. Quorum fugam uadis impediẽtiB bus longum inſequi nequeũtes, maiorem equorũ quàm hominũ ſtragem egerũt. Cumq; iter ad naues reflecterent, remigũ ſuorum aciem armis pariter ac ſignis inſtructam obuiam habuerũt, quam ad auxilia ſocijs ferẽda fortuito nuntio monita uirtus adduxerat. Hi profecto cum Abſalone uictoriæ gloriam cõmunicauerunt, cui ſe ſponte uirtutis ſocios obtulerũt. Interea rex ſeris uigilum monitis excitatus, omiſſæ nauigationis morã præpropera feſtinatione diſcuſſit. Qui cum uiſis Sialandenſibus populandi gratia ad littus appellere uoluiſſet, ab Abſalone nihil hoſtilis prædæ quod eius rapinis pateat ſupereſſe perdoctus, magnopere gratulatus eſt quod tam parua manus nihilo languidius quàm ſi ipſe adeſſet rem propriſs geſſiſſet auſpicijs. Hinc cum alios inſulæ fines armis igniq; tentaſſet, domum conceſſit. Rurſum circa autumni principia claſſe regreſſus, primam uaſtandis agris operam dedit, ut ſegete conſumpta, incolas muniendarum urbium inſtrumento priuaret. Cum ad urbem Arkon ſparſo militiæ genere perueniſſet, oppidani fiducia uirium portam (quam urbs unicam babebat) egreſſi, ne uirtutem ſuam intra mœnia cohiberent, obuiam proceſſerunt. Quos rex Danis ex conſulto cedentibus, longius mœnibus amouere conatus, poſtquam ſperato cautiores animaduertit, incurſatos urbem repetere coëgit. Porta tamen ne equi iaculis confoderẽtur abſtinuit. Tunc Sialandenſis eques Nicolaus forma & uirtute præcipuus, telo per portam iniecto quendã ex hoſtibus in aditu reſiſtentibus exanimem proſtrauit, innocuusq; reflexo protinus equo diſceſſit. Cuius facinus Thorbernus inter præcipuos Sialandiæ equites numerãdus, pari audacia ſed diſpari fortuna æmulatus, cum unum ex hoſtibus directa in globum lancea uulneraſſet, reditumq; reflexis habenis tentaſſet, ita lapide ictus eſt, ut multus è capite cruor profunderetur. Quam ob rem longa corporis debilitate cõtracta, ſeram incolumitatẽ ægre recuperauit. Buriſius quoq; dum nobilitatis ſuæ ſplendorem conſpicuis uirtutis operibus æquare nititur, ſimili audaciæ genere portæ propugnatores adortus, tam aſperum ſaxi ictum capite

C excepit, ut penè equo exanimis delaberetur. Cui corporis uiribus carẽti, ſociorũ interuentus ne ab hoſtibus opprimeretur auxilio fuit. Quo euenit ut Rugiani haudquaquam ſibi tutò extra mœnia dimicaturi uiderentur, intra quæ tam obſtinatam hoſtium præſentiã experiebãtur. Inde ad prouinciã Aſmodam tota claſſe conceſſum. Abſalon cum & fortitudine & prima rei bellicæ peritia uigeret, accedente exercitu primi agminis ducem, reuertẽte extremi comitem agere cõſueuerat, ſemperq; Danicæ iuuentutis promptiſſimos ſeu prædæ, ſeu gloriæ ſtudio ſodales habebat, rege duntaxat cum robuſtiore exercitus parte graui & compoſito militiæ genere paulatim procedere ſolito. Itaq; pugnãdi copia nuſquam accepta, magnam regionis partẽ permẽſus, tandẽ equeſtrem manũ prædãdi gratia ſpargi permiſit, paucosq; ſecũ in comitatu reſiduos habuit. Illic fortè nuncio de ſociorum concluſione ſuſcepto, quam ſine ſuccurſu poſſe effugere negabantur, eorũ ſaluti quoad milites reuocarent adeſſe nõ diſtulit, neq; ſibi comitũ paucitatẽ quo minus cõcluſos peteret obſtare permiſit. Sed protinus primipilo ſigna attollere iuſſo, pleno fiduciæ ſpiritu locũ, in quo cõtinebantur, acceſſit: eoq; feſtinationis ſigno perterritos prædam, equites ad ſe contraxit. Quem tanta fiducia ceperat, ut plus remedij in celeritate quàm in ſocijs duceret. Cuius aduentũ Sialandenſes qui intra difficilium locorum anguſtias arctabantur, experti imminẽtis auxilij fiducia, eos à quibus obſidebantur incurſare cœperũt, ne periculũ aliena uirtute propulſare uiderentur. Itaq; Sclauis partim ſolido, partim aquoſo itinere delabentibus, Eskyllus animi & generis nobiliſſimus eques militaribus armis prægrauis, unum ex eis inermem per paluſtria loca citato curſu fugientem pedibus inſecutus, illius ueſtigijs limi mollitie ſubſidentibus, nec uoraginum illuuie, nec armorum onere depreſſus, facilem currẽdi euentum habuit. Quinetiã occupatum Barbarum capite

D ſpoliauit. Ac tunc demum ne plantis quidẽ cœno infectis, ſolidam humũ repetijt. Quod factum religioſa admiratione prædignum, non pedum agilitate ſed diuino beneficio æditum, potius cœleſti miraculo, quàm humanæ uirtuti imputare debemus. Poſt hæc uicis per militũ manum undiq; deflagratis, etiam ad Gorum promontorium longinquæ excurſationis incendia proferũtur. Tunc ſe Rugiani contrahendi à Saxonibus auxilij ſpe fraudatos experti, quatuor obſidibus præbitis, apud Strelam inſulam pacem à rege pecunia quæſiuerunt. Itaq; principibus graues periculorum motus, & difficilia rei Danicæ tempora attendẽtibus, filio Vualdemari Kanuto regios honores decernere placuit, qui nõ ſolũ paternæ maieſtatis futurus poſſeſſor, ſed etiã præſens dignitatis ſocius noſceretur, ut haberẽt proceres ad cuius nomen titulumq; decurrerẽt, ſi quid de regis capite fortuna uariaret. Quorum prudẽtia rex ac beneuolentia delectatus, probata ſententia regni maieſtatem cum ſanguine ſuo participare, nõ damnũ honoris, ſed claritatis incrementum putauit, primatumq; uoces ad regiũ nomen filio deferendum concionando perduxit. Qua de re uniuerſi exercitus conſenſu habito, Buriſius duntaxat, ſiue tacita regni affectatione, ſiue rei nouitate permotus, nullam penè uocem ſuffragijs attulit. Qui cum ob hoc ſe regi ſuſpectum eſſe ſentiret, taciturnitatem ſuam non odij ſed amoris indicem affirmabat, quod Daniæ regnum à pluribus amice participatum eſſe memoriæ & crebra antiquitatis experimẽta ſint, inter patrẽ & filium de rerum dominio bellum creuiſſe. Veruntamen ſe ſi regiæ uoluntatis præſcius fuiſſet, ſilentiũ non acturum. Tacuiſſe uero quod rem neq; ab ipſo, neq; ab amicis præcognitam habuiſſet. Ea ſilentij excuſatione iram regis in diſſimulationem conuertit. Idem peracta expeditione cum cæteris Daniæ optimatibus apud Roskyldiam Kanuti miles ſolenni more fieri iuſſus, alijs imperio obtemperantibus id facere recuſauit, eaq; re magnam ſibi concupitæ dominationis ſuſpicionem conciuit. Verum hunc imperij conceptũ quæſitis callide rationibus protegere perſti

tit,

A tit, præfatus se extante eo, cui primam militiæ fidem dederit, alius militem non futurum, nec adduci posse ut pristinum obsequium recẽti permutet, remq; tam patriæ cõsuetudini quàm honestati inimicam committat: quippe cum nemo Danorum diuiduo famulatus officio teneri soleat, solisq; Saxonibus hunc seruitiorum morem stipendiorum cupiditas faciat. Nam si inter duos unius obsequiũ communicantes bellũ incideret, amborum miles alterutrũ iuuando, fidem utricq; seruare non posset. Nec regi ad iram mitibus responsis placidoq; uultu tegendam, æqua simulatio defuit. Quem cum Hallandiã petendo comitem haberet, tanq; insidias sibi nectentem tacitus notauit. Quas ut effugeret imperata se facturũ spondebat, si potentiam eius rex beneficiorum incrementis extendere uoluisset, & sicut ipse regnum quod eatenus electio uariabat hæreditariũ efficere gestiret, ita quoq; necessariorum suorum liberis suppares dignitates, & minores potentias perpetua hæreditatis lege fruendas tribueret. Itaq; præcipuam Iutiæ partem Absalonis auxilio pactus, Kanuto supplex fore sustinuit, haudquaq; tamen solidam regis amicitiã recuperauit. Ea enim regiæ iræ pertinacia erat, ut semel accẽsa funditus extingui non posset. Vere appetente, Absaloni, Christophoro, & Magno particularis aduersum Sclauos expeditionis ductus cõmittitur. Nam orientales Dani duntaxat cum Fioniẽsibus classem confecerãt: Scanienſiũ uero penes Christophorum summa, penes Absalonem arbitrium consistebat. Quibus Tribusanam adortis prouinciam, Christophoro tanq; iuniori inter Absalonis, Magniq; copias medius militandi locus decernitur, ut regij sanguinis latera fidis stipatoribus cingerẽtur. Tanta autẽ uicorum exustio fuit, ut idem adhucusq; cultu uacui, præteriti incẽdij magnitudinẽ præsentibus testẽtur indicijs. Absalon cum repetẽdæ classis tẽpore extremos curaret, nunciato hostium superuentu, quanq; tanta uis frigoris erat ut

B primi reuocari nõ possent, quadraginta solis equitibus stipatus, prius hostẽ quàm uadum, per quod erat rediturus, tẽtauit. Quibus fugatis, lento itinere ad amnem concessit. Quem structo ponte transgressus, post tergũ opus abrumpere noluit, ne ulla timoris uestigia relinquere uideretur. Quũ ad littus uenisset, classem in aliũ portum appulsam comperit. Tanta autẽ hyberni frigoris sæuitia extitit, ut nautæ equos penè frigore extinctos defossis humi specubus conderent, nemoq; ex toto exercitu reperiretur, qui pariter utranq; manum necessarijs usibus aptare posset. Illic crebri angues ligonibus reperti, magis admirationi quàm metui uisentibus fuere. Nam algoris immensitas, uires eorum ac spiritum hebetauerat. Scanienses tunc prosperantibus uentis discessionis licentiam adepti, mox ijsdem cõtrarijs nauigatione prohibiti, tandem toti classi fauente cœlo Sialandenses ac Fionios repetendæ patriæ comites habuerunt. Post hæc rex Petrũ & Selgretiũ Christophoro pædagogos adsciscit, qui adolescentiæ eius rudimenta ad honestatis mores exequendos plenis sapientiæ documẽtis instruerent. Aestate deinde expeditionem instaurat. Quippe Vuallagostenses dupliciter ictum fœdus corruperant. Nam & Rugianos mœnium socios per furta urbe eiecerant, & piratis Peni fluminis ostia patere permiserãt. Igitur dum Lentitios peteret, ab Henrico missæ literæ superueniunt admonentes, ut rex insidias propinqui perinde ac regnum affectãtis caueret, indicantesq; Burisyum cum Noruagiensibus opprimendi eius consilium habuisse, lisdemq; dum expeditio reuerteretur occursum pollicitis, aut ipsum regẽ, aut regium nomen occupandũ duxisse. Cuius rei certissimum experimentũ fore, si reuertentem à Sclauis expeditionem Noruagica classis exciperet. Eodem penè momento susceptа Noruagiensiũ epistola, par proditionis indiciũ ædidit. Quod cum rex paucis arbitris, suppressis indiciũ nominibus prodidisset, auxit rei suspicionem, fidemq; literis addidit Tokonis, Vuendilensium pontificis consentanea affirmatio, dicẽtis, Burisij milites ab eo iurare coactos, quicquid ipse auspicaretur

C esse prosecuturos. Re tamen dissimulāter habita, ad locum cui nomen Ostrozno citata nauigatione profectus, profligatis prouinciæ rebus, urbem Orthungā uniuersa classe comitante repetijt. Illic Burisio cum cæteris regni primatibus accersito, quidnam de eius insidijs acceperit aperit, eiq; proditionis crimen affigit. Quem se quicquam tale aduersum eum excogitasse negantem, quoad nuntiorum experimenta sumerētur, secum commorari præcepit: tunc demum si secus ac nuntiatum erat accideret, incolumem discessurum. Ille contrà nihil absurdius aiebat quàm ut capitis sui indicium, incertis euētuum argumentis committeret. Qua uoce se non solum regi, sed etiam arbitris suspectum effecit. Igitur ne remiges quidem suos reuisere permissus, ad urbem Latrensem cum rege meare compellitur, ubi leni sed firmæ custodiæ traditur. Interea Erlingus & Ormo Burisij frater cum nauali exercitu superuenientes, lutorum classem in amne Dyursa repertam gubernatoribus uacuam facile debellant, ipsiusq; Burisij intercepto nauigio, protinus ad uicum, qui Mercatorum portus nominatur, deproperant. Quos Absalon cum Sialandensibus occurrens, etiam littorum ascensu prohibuit. Qui cum compertum haberet Noruagienses plurimū præsidij in arcubus ducere, prouocandi gratia cum quindecim peditibus in littus progressus, ultrò se eorum sagittis appetendum præbebat: profectò ostendere cupiens, in quàm paruo præcipuam eorum fiduciam poneret. Igitur Noruagienses quò propius littus accederent cimbas conscendunt, ob quarum trepidationem destinata certis ictibus ferire non poterant. Itaque tela partim in humum, partim in undas innocua cadebant. Ita artis suæ effectu fraudati, nostrisq; ludibrio habiti, ingenti cum rubore maiora nauigia repetunt. Postea cum Absalone data acceptaq; fide, sociale colloquium habuere. A quo diutius illic acquiescere iussi, non prius obtemperauerunt, quàm Absalon fidem suam in-
D terposuisset, se nihil insidiarū eis terra aut mari interim paraturum. His finitis colloquutores à seinuicem discessere, die postero cum paribus armis, æquali comitum numero conuenturi. Cumq; Erlingus uno comitatior affuisset, Absalon circūspectis omnibus: miror te, inquit, Erlinge hominem ætate confectum ac toties grauia expertum, non adeò sapientem quàm senem existere. Nam cum tu scapha aduenerís, nos equis insideamus, teq; nullo negocio (si libeat) opprimere possimus, cur condicto comitatior aduersum caput tuum rumpendæ pacis occasionem fortioribus præbuisti? Nisi autem fides nostra præstaret, solutæ conditionis pœnas exitio persoluisses. Tunc Erlingus inter metum & ruborem circumspectis comitibus, cum ueram Absalonis assertionē animaduerteret, unum ex his obiurgare cœpit, quod non rogatus comitandi rapuisset officium. Postquam diu excusationis uerba quæsierat, ut siticulosum recrearet exercitum, palustris aquæ petendæ licētiam obsecrat. Cuius rei permissionem haud modici beneficij loco ducebat, ac protinus patriam repetere properabat, lætus quod sibi incolumi Daniæ partibus excedere contigisset. Postquam regi insidiarum fidem rerum experientia fecerat, Burisium perinde ac maiestatis reum inter uincula asseruari præcepit. Interea Erlingus extremum Sialandiæ composita classis applicatione complexus, dum à sacris missæ quæ consueto religionis cultu petiuerat remearet, Absalonis equitibus clandestino itinere prorumpentibus, improuisam palantium sociorū stragem accepit. Nec minori Hallandēsium uirtute exceptus apud Nyzem amnem una rate, eiusq; remigibus uniuersis spoliatus, abscessit. Eodem anno deturbandæ piraticæ gratia, Absalon insulam maritimam nouo castelli fundamento complexus, exigui munimenti beneficio ingens patriæ præsidium attulit. Nam & suspectum prædonibus situm reddidit, & tutam uicini maris nauigationem incolis tribuit. Verum ne confestim Noruagiensis iniuriæ uindictam Danica uirtus arriperet, Theutonicæ fidei lubricitas effecit. Quippe Henricus Bugislzlaui Danorum metu ad se decurrentis

obsequium

A obsequium pactus, initam cum rege societatem, tãquam ineptum & ignobile uinculum dissícere parui habuit. Quinetiam apud Krempinũ fluuium in colloquium cum eo descendens, questus est quod militem suum Bugislzlauum coram se non accusatum bello lacessat: quem si iniuriosum existimet, prius accusationibus quàm armis aggredi debeat. Contrà rex, negare se ullius potentiæ respectu cessaturum, quo minus acceptas iniurias mutuis damnis rependere liberum habeat. Ita perstante cõtrouersia, fœdus cum colloquio soluitur. Hoc loci memorabile Saxonici equitis dictum strictim percurram. Qui cum forte ducis ac regis colloquijs interesset, eosq; expeditionis negocia languidioribus uerbis prosequi animaduerteret: quædam, inquit, de hero meo Henrico præsentibus referre habeo: quæ si adesse eum scirem, tacere quàm eloqui mallem. Qui cum pupillus propinquorum iniuria patrimonio priuaretur, nemine sibi patrocinium accommodare uolente, quatuor soli ex amicis paternorum ipsius meritorum respectu permoti, quorum ego numero intereram, auersantibus cæteris infantiam eius tutorio munere fouendam sumpserunt. Pro cuius salute & incrementis, tum uotis, tum etiam officijs impensius excubabant. Hunc tandem humani auxilij diffidentia altaribus offerentes, religiosa uoti nuncupatione sanxerunt, si paternos honores diuina clementia adipisceretur, susceptum beneficium quoad uiueret pagani nominis odio pensaturum. Mox uoti probator deus, ingenui principis Conradi patrocinium ei conciliauit. Cuius opera paternorum bonorum hæres effectus, quanquam uoti auctores exhortationis officia non omitterent, à bello aduersum Sclauos continuando, tum auaritia, tum etiam desidia adductus abstinuit, perceptam munificentiam ingrato æstimans animo. Tanta autem cura monitoris partes exequi uoti nuncupa-
B tionibus fuit, ut cum unus ex eis ultimæ ætatis ad inspicienda ducis arcana inter arbitros admissus, sedulum stertendi usum haberet, excitatusq;, quid de re præsenti sentiret, à considentibus interrogari soleret, maiorem præteriti uoti quàm instantis negotij memoriam retinens, ductandum in Sclauos exercitum responderet. O immensam constantiam, quæ ne in ipso quidem ætatis occasu promissi immemor esse potuit. Quis autem mentis compos hanc religiosi consilij uocem, senilis animi deliramentum fuisse crediderit? Vereor autem charissimũ mihi uirum amicorum religione contempta, ex summo fortunæ fastigio in humilem priuatorum sortem extrema ruinæ deformitate casurum. Ego uero promissi dudum belli militem agẽdo, ternas aduerso corpore plagas accepi. Quibus si binas sub eodem militiæ titulo sociassem, supremi iudicij tempore diuina uulnera meis æquata audacibus oculis inspectanda præsumerem. Quo dicto, & temporaneã Henrici ruinam, & sempiternũ uirtutis suæ præmium auguratus est. Rex Scaniam ingressus, paruo pòst Saxonũ irruptione falsò nũtiata, Scaniẽses equestri militiæ adscriptos proprio ductu prosequitur, imperataq; Sialandensibus nauigatione Slagiosam aduectus, Absalonẽ è portu Hulyuimmensi accitũ multa gerendorũ consultatione sollicitat. Præterea se parũ ueri rumoris credulitate fatigatũ significat, expeditionẽq; falso nuntio cõtractam remittit. Habebat autem in clientela Absalon, Arnoldum Tylensem, qui siue ingenij acumine, siue coniecturarũ sagacitate sæpenumero futura ad sua uel amicorũ negotia pertinẽtia, raro præsagio deprehendebat. Nec minus antiquitatis quàm diuinationis peritus, solerti historiarũ narratione callebat. Qui cum Absaloni delectãdi gratia supradictæ expeditionis comes existeret, breui eum manũ cum piratis conserturũ prædixerat: uehemẽter se mirari testatus, quo pacto certamini interfuturus non sit, præsertim cum inseparabiliter eum comitari decreuerit. Cumq; rege res gestas ex eo cognoscere cupiẽte, discessuro Absalone quiescere rogaretur, pertinacissime precibus obluctatus nõ prius rogatui cessit, q; rex operam se daturũ polliceretur ut eum post Absalonem prima luce dimitteret,

C Erant autem ſex nauigia Abſalonem comitantia, è quibus tria quò commodius ignis alimenta contraherent, in ſuperiores maris anfractus cõceſſerant, quæ poſtmodũ æſtus ſubito regreſſu deſtituta, cœno paludis affixerat, Abſalone totidem reſiduis exteriora ſinus oſtia complectente. Qui cum maritimo tempore unà cum ſcriba ſuo religioſum pſallendi ritũ perageret, tumultuatione eminus audita, quid nam hoc eſſet concentorem diſpicere iubet. Quo nouem longas naues à ſe proſpici referente, piratas eſſe non dubitans, ſtertẽtes adhuc remiges alta uoce compellat. Quibus ſummo cum ſtupore exilientibus, nec ueſte ſed armis corpora protegentibus, ocyſſime hoſtes petendum hortatur: quorum iam tanta uicinitas ſentiebatur, ut ab eis crebris ſilicibus cõtunderentur. Quinetiam anchoræ uinculis rumpendæ moræ gratia diſciſſis, remigium exerit. At Sclaui facile noſtris metum iniícere rati, ac ueluti ipſorum animos horridis uocibus hebetaturi, ingenti clamore ædito obſtrepere cœperunt. Quod poſtquam fruſtra ſe conatos animaduertere diffugiunt, eorumq; ratis una cum uniuerſis remigibus intercepta. Sed nec Vrcinæ ſyluæ latebra ad ſe decurrentibus ſubſidio fuit, agreſtibus eam curioſius perluſtrandam curãtibus. Ea tempeſtate Esbernus urbem Kalundam molitus, noui munimenti præſidio portum hoſtili piratica liberum præſtitit. Ipſe quoque, & Inguarus, & Olauus, ultrò Abſaloni ſe infatigabili piratici muneris executione iunxerunt. Eo tempore res Danica circunquaq; difficilimis obfuſa periculis, crebris finitimorum inſidijs tentabatur, hinc Noruagienſibus, inde Sclauis, Saxonibusq; ſibi perniciem machinantibus. Quo euenit ut nulli hoſtium audacter obuiandi fiduciam haberet, metuens ne dum unum repelleret, ab altero premeretur. Ea patriæ neceſſitudine permotus, Guthſcalcus qui & ipſe Sclauis, tum ob linguæ eorum peritiam, tum ob paternæ amicitiæ fauorem, ac proprij conuictus aſſuetudinẽ, perfa-
D miliaris habebatur, Abſaloni tacitè artem à ſe repertam inſinuat, qua eos repentè ex amicis Saxonũ hoſtes efficeret. Quippe ſe Sclauiam non legationis, ſed beneuolentiæ ſimulatione petere uelle ſignificat, tanquam propriæ charitatis ductu utilia amicis conſilia largiturum. Fore enim ut hoſtium credulitas callidis commentorum laqueis circumuenta, Danorum amicitiam abiecta Saxonum donatione repeteret. Quod ſtudium maximè ſibi gẽtis illius moribus perſuaderi dicebat, quæ plerunq; temeritate niti, cunctaq; proniùs quàm prudentius exequi ſoleat. Abſalon interdum priuatũ acumen publicis uiribus præſtare ratus, laudata Guthſcalci induſtria, cauendum monet ne quis eis ex parte Danorum falſò polliceatur: incorruptam patriæ fidem haberi cupiens, memorq; eam fortibus uiris refertam, armis non mẽdacijs bella meditari debere. Ille primum Pomeranos aggreſſus, ſe priſcæ familiaritatis memoria ac totius populi Sclauici charitate permotum, retundendæ eorum inertiæ cauſa adueniſſe dicebat, quod pernicioſa ab eis utilium loco duci perſpectum habeat. Siquidem animaduertere eos oportere quam noxiæ dominationis iugum receperint, quodq; ijs obſequio pareant qui ipſos patria tandẽ exuere cupiant. Quippe Saxones quãtum ex ipſorum finibus occupauerint, protinus cultu atq; habitatione complecti, nec præda aut gloria cõtentos, proferendi imperij cupiditate uictoriæ lucra continua poſſeſſione firmare: quam ob rem eos Nucletum uita, Priſclauum patria ſpoliaſſe: Razaburgã, Illogam, ac Suerynam in totius Sclauiæ ruinam uallo foſſaq; cinxiſſe. Danos uero diuerſo ſtudio bella gerere, nec hoſtium fines, ſed mutuę pacis commerciũ affectare, proprium tueri quàm alienum appetere cupidiores. Itaq; ſummopere eos elaborare debere uti Saxonicis præſidijs patriam uacuefaciant, omniq; Theutonum plebe regno egeſta, amicitias cum Danis componant, quos Saxonũ hoſtes eſſe non ambigant: ita demum eos ſempiternæ libertatis beneficio patriam ornaturos. His monitis concitati Pomerani, loca à Saxonibus intra Sclauiam obtenta peruadunt. Illogam capiunt, reliquis

A quis eorum munitionibus defensorũ uirtute seruatis. Et ne ducis inopes uiderentur, Danorum regis titulum profitentur. Ita Guthscalcus duarum gentium uires Daniæ imminentes odijs sequestrauit, patriamq; nostram undiq; finitimorum armis obiectam, ab impendente periculo pio mendacij commento seruauit. Cuius facinoris fama Guthscalci reditum præcurrente, rex admiratione perfusus, postquam ex Absalone per quem res esset acta cognouit, impẽsius autorem laudauit. Igitur Henricus ut repudiatam regis amicitiam recuperaret, sine qua Sclauos arcere non posset, Henricum Razaburgensem, & antistitem Lubeccẽsem legatione onerat, filiam suam minorem, filio eius in matrimonium offerens. Nam maior natu quæ prius ei desponsa fuerat, morbo occiderat. Per eosdem confirmãdæ oblationis gratia, apud Bremensem prouinciam tempestiuus ducis occursus promittitur. Quò rex legatorum adhortatione profectus, Guncellinum obuium habuit, qui sub impedimẽto aduersæ ualetudinis ducis absentiam excusaret, eumq; apud Eydoram celeriter aduenturum promitteret. Eò cum uentum esset, & ducis promissa complentur, & militia aduersum Sclauos paribus uotis cõdicitur. Sed eo Dominum petẽte, rex Vualogostum profectus omissa urbis oppugnatione, finitima rura armis percurrit. Osni quoq; oppidi post recentem uastitatem parum reædificati incendium iterat. Eodem uastationis genere diuersa regionis loca petuntur. At Sclaui quia uiribus niti nequibant, utrunq; hostem ære atq; obsidibus placant. Post hæc rex belli Noruagici meditationem ad id usq; tempus rebus Sclauicis interpellatam, magna curarum parte liber ingreditur. Quam Veris principio copiosis patriæ uiribus executus, per summam Vuicarorum dignationem non modo liberos aditus, certe etiam lætos occursus habuit. Nec hostis sed ducis more sermone cum incolis habito, cõcionibus arma mutauit. Quorum beneuolentia adeò de-
B lectatus ut hostium obliuisceretur, ociosaq; procedendi tarditate eximium Erlingo contrahendarũ uirium tempus reliquit. Magnitudo exercitus eius, lætos Vuicensium oculos in se cõuertit. Nauigatio quoq; eius gratis eorum luminibus aspecta, liberos impetrauit excursus. Enimuero cõplures in angustias per quas classi feriatim meandum erat, multitudinis eius admiratione protracti, quò certius nauigiorum numerum deprehenderet, non nocendi sed spectandi auiditate ædita loca complebant. Tunsbergenses quò cæteris regem impẽsius colerent, finibus suis exceptum honoratissimæ processionis officio uenerati sunt, religione seruitiũ cumulantes. Erlingi milites qui superiorem regis aduentum munimenti illic siti fidu cia spreuerant, præsentem fugæ declinatione cauebant. Rex superato cliuo, cóllustratæ rupis cacumen miratus, inexpugnabile loci præsidium comprobabat, artis opus transcẽdente natura. Fertur interim Erlingum cuiusdam sinus angustias Danorum nauigationi opportunas, prohibendi transitus gratia crebris machinarum tormentis uallasse, plus locorum difficultati quàm propriis uiribus in excipiendo hoste confidentem. Quapropter rex tarditatis suæ dispendium execratus, uocatos amicos celeritatis exhortatione sollicitat, erubescendum moræ crimen operoso festinationis impendio redimendum affirmat, quod iam cõmeatibus quasi per ocium & inertiam absumptis, inaniter tempus triuisse uideãtur. Ea res diuerso maiorum iudicio excepta est, uariaq; sentẽtia duces consilium agitabant: alijs tormentorum magistros expositis in terram equitibus deturbãdos, obiectasq; rates transtu submouendas hortantibus: alijs in tantas angustias ingenti classe temerè procurrendum uetantibus. Quidam hostibus laxiore freto præteritis, regionem armis occupandam censebant. Protinus enim Erlingum aut pugnandi, aut fugiendi necessitate perstrictum, quæsita locorum præsidia relicturum. Alij uero absentis periculi præsentem metum ridentes, non antè deliberatione agendum docebant, quàm res se propius inspectandam dedisset. Hi celeri processu utendum hortan-

C tes, ocioſę nauigationis moras amputari iubebant. Ita cunctorum ſententia uariante, Nicolaus quidã cognomento Bos natu quàm uirtute nobilior, mirari ſe inquit, cur iuris ratione utentibus, inclytoq; ſolo natis, amœniſſimæ patriæ gremio relicto tot inculta locorũ ſpatia pererrare liberet: præſertim quibus nihil præter aſpera ſaxa, atq; inuias rupes occurreret. Eò ſiquidem demẽtiæ uentum eſſe, ut ultimæ ærumnæ ſummarum uoluptatum loco ducantur. Nam ſi regem Noruagia potiri contingat fore ut plus laboris ex utroq; regno, quàm uoluptatis ex altero ſit percepturus. Præterea cum iam labentium alimentorum neceſſitas urgeat, ſi longius nauigatio proferatur haudquaquam commeatus reditui ſuffecturos. Hæc ab eo timidius quàm prudentius dicta, ſilentio probari uidebantur. Quod dictum Abſalon diuerſa à cæteris æſtimatione cõmenſus, dimiſſis amicis ſolitariũ regem acrius obiurgare cœpit, quod Nicolai ſententiam ſumma reprehenſione dignam tacitur nitate probauerit, eamq; plenis contumeliæ reſponſis prædamnare paſſus non ſit. Quæ enim ab eo per ludibrium dicta uidebantur, acerrima factionis incitamenta fuiſſe. Cuius ſi comitatum nullo in momẽto poſuiſſet, cunctaq; eo deſertore quàm comite melius exequenda dixiſſet, cæteros unius rubore permotos, ſimilis oppro brij metu ſilentium acturos. Nunc uero cum aut conſenſerit, aut conſentire uiſus fuerit, neq; palàm eum timiditatis exprobratione confuderit, breui complures licentiori impunitatis exemplo protractos, ſimilibus monitis ſucclamaturos. Nec ſecus ac prædixerat accidit. Nam cum principes omni ſtudio redeũdi cupiditatem proceſſui præferrent, eamq; manifeſtis uotis proſequi non auderent, plebem clandeſtinis incitamentis inſtinctam ſeditioſis armauere conſilijs. Ex qua quidam petulantioris audaciæ, explorata Abſalonis audacia cuius in protrahenda expeditione pertinaciam cauſabantur, nauem eius ſilicibus petiuere. Sed à remigibus mox ex-

D cepti, quanquam numero præſtarent, terga uertere. Quorum dementiam rex debita animaduerſione perſecutus non eſt, abundè eos hoc fugæ dedecore punitos exiſtimans. Inde ad ſinum Porturiam egregia Siuardi uictoria inclytum, ubi ſcilicet innumeram claſſem tribus ab eo nauigijs ſubactam ferunt, uelificatum eſt. Illic è Iutenſibus aliqui iniquiſſima gubernatorum exhortatione prouecti, concione facta, remiſſionem expeditionis uiolenta ſucclamatione poſcebant. Ad quos comprehendendos milites ſub ignoto cultu miſſi, aliquandiu in eorum concilio obſcurata ſui notitia confederunt. Tandem à circunſtantibus agniti, ueſte quam latendi gratia ſumpſere diſcuſſa, correptos ſeditionis autores obtorta gula ſecum traxere. Qui cum ad naues abducti fuiſſent, graues regi pœnas uapulando dedere. Qui quò punitiores forent uiciſſim in undas demittebantur, ijſdemq; extracti, renouatis uerberibus mulctabantur. Poſt hæc eò loci proceſſum ubi ſolſtitij æſtiualis tempore inuſitatæ claritatis noctes ſenſere, dieiq; tam ſimiles, ut minimum temporum diſcrimen uideretur. Ad quarum lumen, ſolis beneficio procuratum, leui contemplatione exiles literæ legi poterant. Illic Iutenſium magnates, quos aut metus, aut impatientia ſtimulabat regem apertis repetendæ patriæ monitis aggreſſi, inopem alimentorum expeditionem dimitti iubebant. Anno poſtero ſi animus in ſententia manſiſſet, non per prolixos Vuicenſium partium anfractus, ſed è Vuendilæ finibus directæ nauigationis compendio reuerſuram. Quorum uoces etiam querulum inediæ uulgus adiuuit, adeò ut nemo ex plebe eſſet, qui non rerum inopiæ citato reditu ſubueniendum clamaret. Ita rex obſtrepẽte multitudinis imperio proſito cedere compulſus, ſoluendæ expeditionis ſentẽtiam protulit. Et ne hoſtem omnis incommodi expertem relinqueret, præſtantiſſimis totius Noruagiæ nauigijs ſecum abductis, peregrina patriam claſſe ditauit. Ita quorundam Iutorum impatientia maxima uictorię ſpes ſubruta eſt: quia ſi debita cœpto perſeuerantia non deeſſet, res Noruagica ſub Danis manſiſſet. Noruagienſis nobilitas quæ uenienti regi

Noctes claræ in ſolſtitio æſtiuali.

A regi comes extiterat, linquendæ patriæ pudore reuertentem prosequi supersedit. Interea dum hæc geruntur, Rugianorum ex regis longius agentis occupatione fidentium defectio incidit. Qui cum finita hyeme expeditionem aduersum se desti nari cognoscerent, quendam conspectioris ingenij ac facundiæ politioris subor nant, qui regis propositum exquisita adulationis arte subuerteret. Quod cum mi nime efficere quiuisset, reditu suo hostium aduentum præcurrere noluit, ne aut ci uibus bellum dissuadendo suspectus, aut concitando pernicios⁹ existeret. Igitur Absalonem uti se comitem pateretur orauit, quoad eius consilium à ciuibus posce retur, quod stolidæ mentis hominibus plus requisita quàm oblata consilia placere soleant. Res uarias Rugiæ partes adortus, cum ubiq; prædæ, nusquam uero pu gnæ materiam repperisset, fundēdi sanguinis auiditate perductus, urbem Arkon obsidione tentauit. Hæc in excelso promontorij cuiusdam uertice collocata, ab or tu, meridie, & aquilone non manu factis sed naturalibus præsidijs munitur, præci pitijs mœnium speciem præferentibus, quorum cacumen excussæ tormento sagit tæ iactus æquare non possit. Ab ijsdem quoque plagis circunfluo mari sepitur, ab occasu uero uallo quinquaginta cubitis alto concluditur. Cuius inferior medietas terrea erat, superior ligna glebis intersita continebat. Septentrionale eius latus fon te irriguo scatet, ad quem muniti callis beneficio oppidanis iter patebat. Huius quondā Ericus usu uiolentius intercluso, non leuius siti quàm armis obsessos pre mebat. Medium urbis planicies habebat, in qua delubrum materia ligneum ope re elegantissimum uisebatur, non solum munificentia cultus, sed etiam simulacri in eo collocati numine reuerēdum. Exterior ædis ambitus accurato cælamine re nitebat, rudi atq; impolito picturæ artificio uarias rerum formas cōplectens. Vni cum in eo ostium intraturis patebat. Ipsum uero fanum duplex septorū ordo clau

B debat. E quibus exterior parietibus contextus, puniceo culmine tegebatur. Inte rior uero quatuor subnixus postibus, parietum loco pensilibus aulęis nitebat, nec quicquam cum exteriore præter tectum & pauca laquearia cōmunicabat. Ingens in æde simulacrum omnem humani corporis habitum granditate transcendens, quatuor capitibus, totidemq; ceruicibus mirandum perstabat, è quibus duo pectus, totidemq; tergum respicere uidebantur. Cæterum tam antè quàm retro collocatorum unum dextrorsum, alterum læuorsum contemplationem dirigere uidebatur. Corrasæ barbæ, crines attonsi figurabantur, ut artificis industriam Rugia norum ritum in cultu capitum æmulatam putares. In dextra cornu uario metalli genere excultum gestabat, quod sacerdos sacrorum eius peritus, annuatim mero perfundere consueuerat, ex ipso liquoris habitu sequentis anni copias prospectu rus. Læua arcum reflexo in latus brachio figurabat. Tunica ad tibias prominens fingebatur, quæ ex diuersa ligni materia creatæ, tam arcano nexu genibus iunge bantur, ut cōpaginis locus non nisi curiosiori contemplatione deprehendi potue rit. Pedes humo contigui cernebantur, eorum basi intra solum latente. Haud pro cul frænum ac sella simulacri, complura q; diuinitatis insignia uisebantur. Quorum admirationem conspicuæ granditatis ensis augebat, cuius uaginam ac capulum præter excellentem cælaturæ decorem, exterior argēti species commendabat. So lennis eidem cultus hoc ordine pendebatur. Semel quotannis post lectas fruges promiscua totius insulæ frequentia ante ædem simulacri litatis pecudum hostijs, solenne epulum religionis nomine celebrabat. Huius sacerdos præter commu nem patriæ ritum barbæ comæq; prolixitate spectandus, pridie quàm rem diui nam facere debuisset sacellum (quod ei soli intrandi fas erat) adhibito scoparum usu diligentissime purgare solebat, obseruato ne intra ædem halitū funderet. Quo quoties capessendo uel emittendo opus habebat, toties ad ianuam procurrebat, ne uidelicet dei præsentia mortalis spiritus contagio pollueretur. Postero die po

Simulacrū Rugianorum Iani simile.

C pulo præ foribus excubãte detractum ſimulacro poculum curioſius ſpeculatus, ſi quid ex inditi liquoris menſura ſubtractum fuiſſet, ad ſequentis anni inopiam pertinere putabat. Quo annotato, præſentes fruges in poſterum tempus aſſeruari iubebat. Si nihil ex conſuetæ fœcunditatis habitu diminutum uidiſſet, uentura agrorum ubertatis tempora prædicabat. Iuxta quod auſpicium, inſtantis anni cõpijs nunc parcius, nunc profuſius utendum monebat. Veteri deinde mero ad pedes ſimulacri libamenti nomine defuſo, uacuefactum poculum recenti imbuit: ſimulatoq; propinandi officio ſtatuam ueneratus, tum ſibi, tum patriæ bona, ciuibusq; opum ac uictoriarum incrementa ſolennium uerborum nuncupatione poſcebat. Qua finita, admotum ori poculum nimia bibendi celeritate continuo hauſtu ſiccauit, repletumq; mero ſimulacri dexteræ reſtituit. Placenta quoque mulſo confecta rotundæ formæ, granditatis uero tantæ ut penè hominis ſtaturam æquaret, ſacrificio admouebatur. Quam ſacerdos ſibi ac populo mediam interponens, an à Rugianis cerneretur percontari ſolebat. Quibus illam à ſe uideri reſponden tibus, ne poſt annum ab hiſdem cerni poſſet, optabat. Quo precationis moræ non ſuum aut populi fatum, ſed futura meſſis incrementa poſcebat. Conſequenter ſub ſimulacri nomine præſentem turbam conſalutabat, eamq; diutius ad huius numinis uenerationem ſedulo ſacrificij ritu peragendam hortatus, certiſſimum cultus præmium, terra mariq; uictoriam promittebat. His ita peractis reliquum diei plenis luxuriæ epulis exigentes, ipſas conuiuij dapes in uſum conuiuij, & gulæ nutrimenta uertere, conſecratas numini uictimas intemperantiæ ſuæ ſeruire cogentes. In quo epulo ſobrietatẽ uiolare pium æſtimatũ eſt, ſeruare nefas habitum. Numus ab unoquoq; mare uel fœmina annuatim in huius ſimulacri cultum doni nomine pendebatur. Eidem quoq; ſpoliorum ac prædarum pars tertia deputabatur,

D perinde atque eius præſidio parta obtentaq; fuiſſent. Hoc quoque numen trecentos equos deſcriptos, totidemq; ſatellites in eis militantes habebat: quorum omne lucrum ſeu armis, ſeu freto quæſitum, ſacerdotis cuſtodiæ ſubdebatur. Qui ex earum rerum manubijs diuerſi generis inſignia ac uaria templorum ornamenta conflabat, eaq; obſeratis arcarum clauſtris mandabat: in quibus præter abundantem pecuniam, multa purpura uetuſtate exeſa congeſta fuerat. Illic quoq; publicorum munerum ac priuatorum ingens copia uiſebatur, ſtudioſis beneficia poſcentium uotis collata. Hanc itaq; ſtatuam totius Sclauiæ penſionibus cultam, finitimi quoq; reges non abſque ſacrilegij reſpectu donis proſequebantur. Quam inter cæteros etiam rex Danorum Sueno propitiandi gratia, exquiſiti cultus poculo ueneratus eſt, alienigenæ religionis ſtudium domeſticæ præferendo: cuius poſtmodum ſacrilegij infelici nece pœnas perſoluit. Alia quoque fana compluribus in locis hoc numen habebat, quæ per ſupparis dignitatis, ac minoris potentiæ flamines regebantur. Præterea peculiarem albi coloris equum titulo poſſidebat, cuius iubę aut caudæ pilos conuellere nefarium ducebatur. Hunc ſoli ſacerdoti paſcendi, inſidendiq; ius erat, ne diuini animalis uſus quo frequentior hoc uilior haberetur. In hoc equo opinione Rugiæ Suantouitus (id ſimulacro uocabulum erat) aduerſum ſacrorum ſuorum hoſtes bella gerere credebatur. Cuius rei præcipuum argumentum extabat, quod is nocturno tempore ſtabulo inſiſtens, adeò plerunque mane ſudore ac luto reſperſus uidebatur, tanquam ab exercitatione ueniendo magnorum itinerum ſpacia percurriſſet. Auſpicia quoque per eundem equum huiuſmodi ſumebantur. Cum bellum aduerſum aliquam prouinciã ſuſcipi placuiſſet, ante fanum triplex haſtarum ordo miniſtrorũ opera diſponi ſolebat: in quorum quolibet binæ è tranſuerſo iunctæ, conuerſis in terram cuſpidibus figebantur, æquali ſpaciorum magnitudine ordines diſparante. Ad quos equus ductandæ expeditionis tempore ſolenni precatione præmiſſa, à ſacerdote è ueſtibulo cum loramen-

tis

A tis productus, si propositos ordines antè dextro quàm læuo pede transcenderet, faustum gerẽdi belli omen accipiebatur. Sin læuum uel semel dextro prætulisset, petendæ prouinciæ propositum mutabatur. Nec prius certa nauigatio præfigebatur, quàm tria continuè potioris incessus uestigia cernerentur. Ad uaria quoq; negotia profecturi, ex primo animalis occursu, uotorum auspicia capiebant. Quæ si læta fuissent, cœptum alacres iter carpebant: sin tristia, reflexo cursu propria repetebant. Nec sortium eis usus ignotus extitit. Siquidẽ tribus ligni particulis parte altera albis, altera nigris, in gremium sortium loco coniectis, candidis prospera furuis aduersa signabant. Sed ne fœminæ quidem ab hoc scientiæ genere immunes fuere. Quippe foco assidentes, absque supputatione fortuitas in cinere lineas describebant. Quas si pares numerassent, prosperæ rei præscias arbitrabantur: si impares, siniſtri prænuntias autumabant. Huius igitur urbis non magis rex munimenta quàm ritus euertere cupiens, uniuersæ Rugiæ profanos cultus eius excidio deleri posse arbitrabatur. Neque enim dubium habebat, quin extante simulacro facilius gentis mœnia quàm sacrilegia domarentur. Itaq; quò ocyus expugnationem perageret, ingentem lignorum materiam faciẽdis machinis opportunam, magna cum totius exercitus fatigatione propinquis è syluis petendam curauit. Quibus dum artifices coaptandis intenderent, frustra his rebus operam dare asseuerabat, sperato citius urbem capturos. Interrogatus quonam id augurio depræhensum haberet, ex hoc potissimum augurari se dixit, quod Rugiani quondam à Karolo Cæsare expugnati, sanctumq; Vitum Coruegiensem religiosa nece insignem, tributis colere iussi: defuncto uictore, libertatem reposcere cupientes, seruitutem superstitione mutarunt, instituto domi simulacro quod sancti Viti uocabulo censuerunt. Ad cuius cultum contemptis Coruegiensibus, pensionis sum-

B mam transferre cœperunt, affirmantes domestico Vito contentos, externo obsequi non oportere. Quam ob rem Vitum ueniẽte sui solennis tempore eorum mœnia turpaturum, à quibus tam similem monstro figuram acceperit. Merito nanq; eum ab his iniuriarum pœnas exigere debere, qui uenerabilem eius memoriam sacrilego cultu complexi fuerunt. Hoc se non ex somniorum aut rerum accidentium coniecturis, sed sola præsagientis animi sagacitate colligere testabatur. Admirabilior cunctis quàm credibilior prædictio extitit. Et quoniam insula Archonensis quæ Vuithora dicitur, à Rugiæ cõplexu paruula freti interriuatione, quæ uix fluminis magnitudinem æquare uideatur abrumpitur, ne eò loci ulla Archonensibus auxilia porrigerentur, missis qui transitum obseruarent, hostemq; traiectu prohiberent: cætera manu urbis obsidionem arripuit, ac primum operam tormentis uallo applicandis exhibuit. Absalon inter manipulos castrorum loca distribue re iussus, designandi officium mensurato inter maria spatio exequebatur. Interea oppidani portam urbis quo minor eam attentandi facultas pateret, ingenti glebarum aceruo perstruxerant, aditumq; coacta cespitum compage claudẽtes, tantum ex eo opere fiduciæ contrahebant, ut turrim quæ supra portam sita fuerat, signis tantum aquilisq; protegerent. Inter quas erat † Stanitia magnitudine ac colere in- † Stuatira.
signis, cui tantum ueneratiõnis à populo Rugiano tributum est, quantũ omnium penè deorum maiestas obtinuit. Eam enim præ se ferentes, in humana diuinaq; grassandi potestatem habebant, nec quicquam eis quod libitum foret illicitum habebatur. Populari urbes, aras demoliri, fas ac nefas in æquo ponere, cũctosq; Rugiæ penates aut ruinis aut incendijs euertere potuisset: tantumq; superstitioni indultum est, ut exigui panni autoritas regiæ potestatis uires transcenderet. Plectentes signo perinde ac diuino gestamini honorem habebant, officijs damna, iniurias obsequijs rependentes. Interea uarijs inchoandæ obsidionis operibus insistente exercitu, alijsq; stabula, alijs tentoria ad necessarios usus militari procuratione uer

C santibus, rege uero diurni caloris intemperantiam ocio atq; umbraculis leniente, Danorum fortè pueri plenis petulantiæ excursibus ad uallum perducti, contortos funda lapillos in propugnacula iacere cœperunt. Quorum ingenio delectati magis Archonenses quàm territi, similes lusui nisus armis excipere erubescebant, obidq; eos spectare quàm repellere maluerunt. Adolescentibus subinde puerorum cœptũ in consimili prouocationis genere æmulantibus, spectandi uoluptate deposita ægre pugnam capessunt. Iuuenes quoq; nostri relictis uariæ occupationis officijs, ad auxilia socijs ferenda concurrunt, equitibus ista puerilium exercitiorum loco ducẽtibus. Ita res paruulis ac penè despicabilibus initijs cœpta, grandem haud leui in momento ponendi certaminis progressum accepit, paulatimq; puerilis ludi incitamentũ ad serium uirilis pugnę modum prorepsit. Fortè autem egesta portæ humus, in antri siue crepidinis formam subsidẽte, glebarum mole cõcesserat, uastusq; inter turrim & cespites hiatus patebat. Quem cum egregij animi ignotus iuuenis, gerendarũ rerum proposito opportunum animaduerteret, attingendi eius opem à socijs implorauit, quo si ipsorum auxilio præcessisset, expugnationẽ illico subsecuturam, seq; uictoriæ gradum facturũ spondebat. Quibus quonãmodo iuuari posset percontãtibus, telorum cuspides quis tanquam scalis euaderet, medijs cespitum locis immergi præcepit: eoq; negotio subuectus, postquam animaduertit ita se undiq; eius antri præsidio uallatũ ut ab hostibus lædi non posset, extruendi ignis gratia stramẽtum poposcit. Interrogatus an accendendi eius materiam haberet, ferrum sibi ac silices suppetere respondit, præmonito ut æstuante incendio ab hisdem descensurus exciperetur. Igitur foci nutrimẽta circunspicientibus, forsmateriam obtulit. Fortè enim quidam ad necessarios usus onustum stipula currum agebat: qua direpta alius alij fasciculos iacientes, eosq; cuspidibus affixos iuueni
D porrigentes, breui patulum repleuere cauum, turris desertione tutos aditus dante. Nam oppidanos partim rei ignorãtia, partim turris inanitas fefellit, cuius etiam prominens latitudo oppugnatoribus ab utroq; latere præsidio fuit. Quæ cum repentino igne correpta cõflagrare cœpisset, incẽdij autor facto uictorię gradu, excipiẽtibus socijs solo illabitur. Conspecto fumo oppidani improuiso periculo attoniti, igni prius an hosti resisterent, ambigebant. Tandem collectis animis summa ui incendio occurrũt, omissoq; hoste bellum cum flammis gerere cœperunt, nostris extinctionem prohibere conantibus, ut ex pari his reprimendi incendij, illis protegendi cupido incessisse uideretur. Tandem aqua defecti flammas lacte sparsere, quæ tanto uehementius incendium concepere, quanto hoc liquoris genere sæpius perfundebantur. Ea res plurimum incrementi incendio adiecit. Orto deinde clamore, rex spectandi gratia extra castra progressus, simulq; euentus admiratione concussus, cum dubium haberet an ignis ullum expugnationi momentũ adijceret, quid factu potissimum foret, ex Absalone perquirere institit. Ille regem ne se puerilibus cœptis insereret, aut quicquam inexplorato negotio repente aggrederetur hortatus, magnopere rogare cœpit, ut sibi primum an ignis potiendæ urbis efficax esset, speculari permitteret. Nec rem perscrutari cunctatus, clypeo duntaxat ac galea tectus portam accessit, iuuenesq; eam oppugnare conantes, hortari ad confouendum incendium cœpit. Quod accensis undique nutrimentis euectum, postiumq; ac columnarum roboribus alitum, ligneum turris pauimentum absumpsit: ac deinde summa corripiens, singulare simulacri signum, aliaq; domesticæ religionis insignia cineri æquauit. Quod postquam rex nuntiãte Absalone accepit, eiusdem monitu urbem corona cingi præcepit, ac protinus sella extra castra posita pugnæ spectator consedit. Tunc quidam Danicæ militiæ fortissimus adolescens, dum ad propugnacula ante alios eximia capessendæ laudis auiditate euadere niteretur, letalemq; ictum corpore excepisset, ita collabendo se gessit, ut non

fato

A fato oppreſſus ruere, ſed de induſtria ſaltum ædere uideretur. Qua uirtute pulchrius dimicauerit an occiderit, incertum reliquit. Pomerani quoque ſub Kazimaro & Bugiſzlauo ducibus, ſpectante rege dimicare egregium rati, audaciſſima urbis oppugnatione ſingulare uirtutis ſpecimen ædiderunt. Quorum excellens opera grata admiratione regis oculos permulſit. Ex oppidanis cõplures ancipiti periculo circunuenti, partim incendio, partim hoſtilium telorum impulſu proſtrati cadebant, incertumq; erat plus ignem an hoſtem metui oporteret. Quidam uero ſalute poſtpoſita adeò obſtinatam ac perſeuerantem urbis defenſionem egerunt, ut ſimul deflagrati aggeris excidio obruerentur, ſeq; ſuper mœniũ ſuorum rogum proiectos, communibus flammis cremandos præberent. Tanta ſiquidem patrij munimenti charitate tenebantur, ut eius ruinarum ſocij quàm ſuperſtites exiſtere præoptarent. Ita deſperatis oppidanorum rebus, excidioq; & morti propinquantibus, quidam è propugnaculis excelſa uoce clamitans, Abſalonis alloquiũ poſtulabat. Quem Abſalon in tranquilliſſimam urbis partem, quæ ſcilicet à cæde plurimum ſtrepituq; diſtaret ſecedere iuſſum, quidnam afferret interrogat. Ille uocis affectum manu ac geſtibus proſecutus, bellica noſtrorũ opera relaxari poſcebat, quoad oppidanis deditionẽ arripere liceat. Negat Abſalon ullã oppugnationis remiſſionem fore, ni & ipſi pariter à prohibendo incẽdio operam retraxiſſent. Quam conditionẽ Barbaro comprobãte, acceptas preces illico regi porrexit, eoq; protinus hac de re euocatos pugna principes conſulente, Barbari uotis annuendũ ſubiunxit, dicendo oppidanis graſſantis incẽdij impetũ hoc diffi-
cilius, quo tardius ſopituros. Quod ſi reprimere deſtitiſſent, etiã remoto hoſte uictoriam igni daturos. Noſtros uero tametſi ocio indulgerent id propugnantium
B flammarum uiribus obtẽturos, quod ne proprijs quidẽ aſſequi ualuiſſent. Quod quanq; ad horã armis abſtineãt ocioſos exiſtimandos non eſſe, præſertim alieno miniſterio ſine ullo ſui diſcrimine præliantes. Probato conſilio rex oppidanos in fidẽ hac lege recepit, ut ſimulacro cum omni ſacra pecunia tradito, captiuos Chriſtianos ergaſtulo liberatos abſq; redemptione dimitterent, omniaq; ueræ religionis momenta Danico ritu celebrãda ſuſciperent. Quinetiã ut agros ac latifundia deorum in ſacerdotiorũ uſus cõuerterẽt, ſeq; quoties res poſceret, Danicæ expeditionis comites exhiberẽt, nec unquam accerſiti, regis militiã proſequi ſuperſederent. Pręterea annuatim ex ſingulis boum iugis quadragenos argẽteos tributi nomine penderẽt, totidemq; obſides in earũ conditionũ firmamentũ præſtarent. Quo audito, populus repẽtinis ſeditionis facibus inflammatus, hoſtilisq; prædæ ac ſanguinis cupidus, magnopere queri cœpit quod propinquæ uictoriæ præmijs ſpoliatus, nihil ex tanta fatigatione præter ictus & uulnera retuliſſet, quodq; ſibi de penè uicto hoſte tot iniuriarum ultionem proprio arbitrio exigere non licuerit, præfatus illorũ ſaluti iam cõſuli, de quibus tot ſpoliorũ, tot domeſticarum cladium minimo negocio ſpecioſiſſima uindicta accipi potuiſſet. Præterea deſeruturum ſe regem, quod urbem capi paſſus nõ ſit, exiguamq; pecuniã ingẽti uictoriæ prætulerit, minitatus eſt. Talibus rex obtrectationis ſibilis uexatus, quo longius ſtrepitu abeſſet, principes extra caſtra perductos, deditionem urbis an dire-
ptionem probent perquirit. A quibus Abſalon quidnã ea de re ſentiret differere iuſſus: munitionem quidem capi, ſed nõ ſine diuturno obſidionis impendio poſſe, aſſeuerabat. Quanquam enim ſtudia ſua ſiniſtra uulgi interpretatione excipe-
rentur, malle ſe tamen apud malignos eorũ æſtimatores ob ſalutares monitus diſplicere, quàm ſociorum ſalutem tanta rerum utilitate ſubuertere. Nam etſi ignis potius cœleſti miraculo quàm ulla mortalium opera accenſus, ſuperiores aggeris partes quæ lignis humoq; conſtabãt, propemodum in cineres redegiſſet, inferiorum tamen ſolidiorem compagem incẽdio non ceſſurã, quæ altitudine ſua haud

C facile hostium incursui pateat. Ad hæc oppidanos cuncta penè incendij loca luteis refeciſſe figmentis, eosq; partim flammarum uiribus arceri, partim præſidio muniri, quarum aſperitas noſtris non minus oppugnationis, quàm illis defenſionis impedimẽtum ingerere uideatur. Præterea ſi incolumitas Arkonenſibus negaretur, fore ut cæteræ Rugianorum urbes neceſſitate in uirtutem cõuerſa, hoc acrius quo deſperatius rebellarẽt. Quos ſi in fidem recipi cõperiſſent, facile eodem exemplo ſalutis conſilia circunſpicerent. Cum ergo multarũ urbium expugnationẽ ſola deditione concludere, quàm unius obſidioni pertinacius inhærere præſtantius ducatur, deditionis oblata reſpui non oportere. Sin cæteris ſecus uideatur inuiolatos obſides mitti debere, ne parum ſyncera fide cum eis actum exiſtimari poſſet, aut gentis noſtræ promiſſioni præter ſolitũ ulla lubricitatis labes accederet. Hanc ſententiam maximus põtifex Eskillus cõſentaneis ſuffragijs fraudare paſſus non eſt, dicẽdo plebem patribus, non plebi patres obtẽperare debere, neq; par eſſe maiores minorũ arbitrio cedere. Qũi autem optabiliorẽ uictoriam acquiri poſſe, quàm alienæ religionis populum non ſolum tributis, uerumetiã Chriſtianis ſacris ſubiectum efficere? Sed etiam potius Arkonenſium opera aduerſum reliquos hoſtes utendum, quàm cædibus inhiandum monebat: quippe ſubiugare hoſtem quàm necare tanto præſtantius eſſe, quantum pietas à ſeueritate diſtare cognoſcitur: inſuper aliquãto ſatius fore, complurium munitionũ præſidia pariter occupare, quàm unius obſidionẽ omnium expugnationi præponere. Ea monitorũ ratione permotos principes, tam ſuæ quàm Abſalonis ſentẽtiæ aſſenſores effecit. Rex quoq; eodem conſilij uigore firmatus, infeſtas populi uoces clauſis patiẽtia auribus reſpuit. Quibus ad curãda corpora dimiſſis, Abſalon ſuſcipiendorũ obſidum mandatum amplexus, partim liberorum pignora recipiebat, partim parẽtes in craſtinum uſq;
D pro liberis admittebat. Eodẽ proximæ noctis hora cõcubia quietem capiẽte, ingẽs Barbari clamor inſonuit, Guthskalki quo Abſalon apud Sclauos interprete utebatur copiam flagitãtis. Qui hac uoce excitus, quidnam Barbarus afferret mutuo clamore perquirit. Ille poſtulato Abſalonis aditu, propius accedere permiſſus, eumq; extra tentoriũ ad ſe progreſſum per interpretẽ alloquutus, impẽſius orare cœpit, permitteret ſibi Karẽtinis Arkonẽſium fortunæ nuntium afferre, hortariq; ut ſimilibus pactis exitium præcurrẽtes, ſuam atq; urbis incolumitatẽ paciſci non differant, præfatus ſe uoluntatis eorum indicium poſtridie relaturum. Præterea ſe patre Littogo Karentiæ natum, Grazamq; dici aſſeuerabat, præſentis urbis non ciuem, ſed aduenam eſſe, nec in eam ſponte profectum, ſed cum alijs interſuppleme nta tranſmiſſum. Quod ne fraudulenter aſſerere putaretur, debilitatum uulnere lacertum oſtendit, ſine cuius uſu ciuibus opem ferre non poſſet. Abſalon in hoc mine tam grauiter affecto parum momẽti hoſtium uiribus accedere iudicans, parq; uiq; ducens pugnæ an deditionis hortator exiſteret, petitionem eius ad regis arbitrium relegauit: ac protinus Vualdemarum è ſomno excitatum conſuluit. A quo rem arbitrio ſuo tractare iuſſus, expectanti Barbaro, omnia à rege præter triduj inducias cõceſſa reſpondit, ſollicite prouidens ne hoſtibus longum muniẽdæ urbis tẽpus daretur. Cæterum inſequẽtis diei ſpaciũ ne omnium inducıarũ expertẽ dimitteret pollicetur, præfatus ni in littore quod urbi ſuæ proximum foret, ſe cum omni Rugiæ primatu tẽpore prædicto obuiũ prębuiſſet, ulteriore pactionis aditu cariturũ. Poſtero die Esbernus ac Suno, iubẽte rege ſimulacrũ euerſuri, quod ſine ferri miniſterio conuelli nequibat, aulæis quibus facellum tegebatur abſtractis, famulos ſuccidendi officium arripere iuſſos, attentius monere cœperunt ut aduerſum tantæ molis ruinam cautius ſe gererent, ne eius pondere oppreſſi, infeſto numini pœnas luere putarentur. Interea fanum ingens oppidanorum frequentia circunſtabat, Suantouithum talium iniuriarum autores, infeſtis numinis ſui uiribus

A insecuturum sperãtium. Iamq; statua extrema tibiarum parte præcisa, propinquo parieti supina incidit. Cuius extrahendæ gratia Suno ministros ad eiusdem parietis deiectionem hortatus, cauere iussit, ne succidendi auiditate pericula sua parum dispicerent, neu se labenti statuæ per incuriam proterendos obijcerent. Ruinam simulacri non sine fragore humus excepit. Præterea frequens ædem purpura circunpendebat, nitore quidẽ prædita sed situ tam putris ut tactum ferre non posset. Nec syluestriũ bestiarũ inusitata cornua defuere, non minus suapte natura, quàm cultu miranda. Dæmon in furui animalis figura penetralibus excedere uisus, subito se circunstantium luminibus abstulit. Igitur oppidani simulacro urbe egerendo funes inijcere iussi, cum id pristinæ religionis metu per seipsos exequi non auderent, captiuis exterisq; quæstum in urbe petentibus, ut illud eijcerẽt imperabant: ignobilium hominũ capita diuinæ iræ potissimum obiectanda ducentes. Quippe domestici numinis maiestatem, quam tanto cultu prosequi consueuerãt, graues è uestigio pœnas à suis uiolatoribus exacturam putabant. Tum uero uariæ incolarum uoces exaudiebantur, alijs dei sui iniurias lamento, alijs risu prosequentibus. Nec dubium quin ingens prudentiori oppidanorum parti rubor incesserit, simplicitatem suam tot annis tam stolido cultu delusam cernenti. Pertractum in castra simulacrum admirãtis exercitus cõcursus excepit. Nec prius sibi principes spectandi licentiã indulserunt, quàm plebem uisendi satietas admonuisset. Reliquum diei in obsidibus qui pridie remanserant accipiẽdis deductum est. Sed & scribæ principum in urbem mittũtur, qui sacerdotali ministerio rudẽ religionis populum Christianis sacris assuefacerẽt, eiusq; sacrilegis sensibus sanctitatis disciplinam ingenerarent. Vespera appetente omnes qui culinis præerant, simulacrũ attentatum securibus, in exigua frusta aptosq; foculo stipites redegerũt. Crediderim tunc Rugia-
B nos pristinæ piguisse culturæ, cum patrium auitumq; numen quod maxima religione celebrare solebant, igni deformiter applicatum concoquendis hostium alimentis famulari cõspicerent. Post hæc nostri pariter & fanum cremandũ, & basilicam lignis machinamentorũ exædificandam curabant, belli instrumenta pacis domicilio permutãtes. Itaq; quod obterẽdis hostium corporibus excogitauerant, saluandis eorum spiritibus impẽdebant. Dies quoq; quo thesaurus Suantuitho uotorum nomine consecratus à Rugianis traderetur, præfigitur. His expletis Absalon Granzæ Karentinensis promissione ducibus exposita, cunctisq; eius experimentum sumi debere iudicantibus, cum triginta nauigijs noctu discessit, rege sub primam lucem insequi monito. Tantus autem Karentinis Arkonensis expugnationis nuntio terror incesserat, ut locũ qui ab Absalone prænotatus erat ante præfixum tempus accederẽt. Illic Granza equo insidens uoce eminus missa, quisnam classi præesset, rogabat. Quam postquam ab Absalone ductari cognouit, Granzam se esse confessus, regem Tetislauum cum Iarimaro fratre & uniuersis Rugianæ nobilitatis proceribus aduenisse perdocuit. Quos Absalon interposita fide naue exceptos, ac per omnia Arkonensium exemplo deditionem pactos, ad regis aduentum usque detinuit. Quo per omnia pactionibus assentiente, solo Iarimaro ex Rugianorum optimatibus assumpto, unà cum Suenone Arusiensi Karentiam pergit: reliquos quò tutius urbem peteret, per Esbernum fratrem epulis allectos, non ante reditum suum dimittendos curauit. Triginta solos domesticos milites secum habebat, quorum maiorem partem orantibus Karentinis ne quid rixæ per eius comites in urbe concitaretur remisit, fiduciaq; quàm familia abundantior ad urbem contendit. Hæc undique secus uoraginibus ac lacunis uallata, unicum palustri ac difficili uado aditum habet. Quo si quis incautis uiæ excessibus aberrauerit, in profundum paludis incidat necesse est. Hoc uadum emensis, prætentus urbi callis occurrit, hic ad portam ducit, mediusq; uallum

C ac paludem interiacet. Itaque Karentini quò deditionem ſuam concinniorem efficerent, ſex milium numerum explentes armati ſeſe portis effundunt, uiamq; noſtrorum progreſſui opportunam ſuffixis humo cuſpidibus, diuerſa acie circunſtare cœperunt. Quo aſpectu ſtupentem Suenonem rogantemq; quidnam ſibi hoſtium uellet excurſus, Abſalon metu carere præcepit, eorũ egreſſionem ab obſequendi ſtudio profectam docendo. Qui ſi nocendi animum gererent, facilius intra urbem facinus exſequi potuiſſent. Quanta porrò illum fiducia præditum æſtimemus, qui capitis ſui poteſtatem armati hoſtis ancipiti arbitrio tam facile credere non dubitauit? Sed & milites eius exemplo firmati, nec uultu nec ordine mutato parem procedendi conſtantiam ſeruauerunt, plus ſpei in unius Abſalonis præſidio quàm metus in hoſtium multitudine reponentes. Tranſgreſſos uadum, uiamq; uallo citeriorẽ aggreſſos, Karentini qui ſe hinc inde centuriauerant, humi proſtratis corporibus, perinde ac ſuperos adorãdi officio uenerati ſunt, exſurgentesq; eorum ueſtigia beniuolo ſtudio conſectari cœperunt. Iocundus Abſalonis ingreſſus, auido egreſſionis populo extitit. Necq; enim ut priuatæ rei legatus, ſed tanquam publicæ pacis miniſter excipitur. Inſignis hic uicus triũ præpollentium fanorum ædificijs erat, ingenuæ artis nitore uiſendis. Iis tantum penè uenerationis priuatorum deorum dignitas conciliauerat, quantũ apud Arkonenſes publici numinis autoritas poſſidebat. Sed & hic locus ut pacis tempore deſertus, ita tunc frequentibus habitaculis conſertus patebat. Quorum altitudinis tres ordines fuere, infimo, medij, ſupremiq; ponderibus ſuſtentamentum præbente. Quinetiam tantæ conſertionis anguſtiæ fuere, ut ſi tormentis in urbem lapides iacerẽtur, nudam humum in quam conciderent non offenderent. Super hæc natus immũdicijs fœtor cunctos urbis penates aſperſerat, nec minus corpora quàm metus animos
D cruciabat. Vnde noſtris Karentinos obſidioni reſiſtere nequiuiſſe conſpicuũ fuit. Neque enim eorum tam promptam deditionem ulterius mirari uoluerunt, quorum tam arctam neceſſitatẽ liquidò peruiderũt. Maius fanum ueſtibuli ſui medio continebatur, ſed ambo parietum loco purpura claudebantur, tecti faſtigio ſolis duntaxat columnis impoſito. Itaq; miniſtri direpto ueſtibuli cultu, tandẽ manus ad inferiora fani uelamina porrexerunt. Quibus amotis, factũ quærcu ſimulacrũ, quod Rugiæuithum uocabant, ab omni parte magno cum deformitatis ludibrio ſpectandum patebat. Nam hirundines quæ ſub oris eius lineamentis nidos moliræ fuerant, in eiuſdem pectus crebras ſtercorum ſordes congeſſerant. Dignum numen cuius effigies tam deformiter à uolucribus fœdaretur. Præterea in eius capite ſeptem humanæ ſimilitudinis facies conſedere, quæ omnes unius uerticis ſuperficie claudebantur. Totidẽ quoq; ueros gladios cum uaginis uni cingulo appenſos, eius lateri artifex cõciliauerat. Octauũ in dextra deſtrictum tenebat. Hũc pugno inſertum firmiſſimo nexu ferreus clauus aſtrinxerat, nec manui niſi præciſæ euelli poterat, quæ res truncãdæ eius occaſio exſtitit. Spiſſitudo illi ſupra humani corporis habitũ erat: lõgitudo uero tanta ut Abſalon ſupra primam pedum partẽ conſiſtẽs ægre mentũ ſecuricula quam manu geſtare cõſueuerat, æquaret. Hoc numen perinde ac Martis uiribus præditũ, bellis præeſſe crediderant. Nihil in hoc ſimulacro iocundũ uiſentibus fuit, lineamẽtis impoliti cælaminis deformitate ſordentibus. Iamq; famuli maxima cum totius urbis exanimatione, tubijs eius ſecures applicare cœperũt. Quibus abſciſſis, comitãte ſono lapſus terræ trũcus impingit. Hoc uiſo oppidani, Dei ſui uiribus inſultãtes religionẽ mutauere contemptu. Nec eius excidio contentæ, fatellitũ manus ad Poreuithũ ſimulacrũ quod in proxima æde colebat auidius porriguntur. Id quinq; capitibus conſitũ, ſed armis uacuũ fingebatur. Quo ſucciſo Porenutij templũ appetit. Hæc ſtatua quatuor facies repreſentãs, quintã pectori inſertã habebat, cuius frontẽ læua, mentũ dextera

tangebat.

A tangebat. Hæc famulorũ ministerio securibus icta concidit. Has statuas oppidani Absalonis edicto intra mœnia cremare iussi, preces imperio opponere cœperũt, orantes misereatur cõfertæ urbis: nec incẽdio obijciat, quorũ iugulo parcat. Nam si ignis ad uicina prolapsus, unum è tabernaculis corripuisset, ob eximiam conser tionem, uniuersa indubitanter conuelleret. Quapropter eas urbe egerere rogati diu repugnauerunt, quod se membrorũ quorũ ministeriũ imperio exhibuissent, numine pœnas exigente usum amissuros metuerent, contemptumq; religione excusare pergebant. Ad ultimũ Absalonis monitu, Dei qui sibimet opitulari non posset potentiam floccipendere docti, spe impunitatis accepta, imperio ocyus pa ruerunt. Nec mirum si illorum numinum potentiam formidabãt, à quibus stupra sua sæpenumero punita meminerãt. Siquidem mares in ea urbe cum fœminis in concubitum adcitis, canum exemplo cohærere solebant. Nec ab ipsis morando diuelli poterãt. Interdum utriq; pertícis ediuerso appẽsi, inusitato nexu ridiculum populo spectaculum præbuere. Ea miraculi fœditate solennis ignobilibus statuis cultus accessit, creditumq; est earũ uiribus effectũ, quod dæmonũ erat præstigijs adũbratũ. Sueno uero quo magis simulacra aspernẽda docerẽt, super ea cum à Ka rentinis eijcererẽtur sublimis cõsistere uoluit. Quo facto põdus cõtumelia auxit. Nec minus trahẽtes rubore quàm onere uexauit, domestica numina alienigenæ põtificis pedibus subiecta cernẽtes. Dũ hæc à Suenone gerũtur, Absalon tribus cœmiterijs in agro Karentino dedicatis, uespere Karentinã redijt: deletisq; simula cris unà cũ larimaro profunda nocte ad naues peruenit, eumq; secũ cœnitare coë git. Iamq; Absalon ternas continue noctes absq; somno exegerat, adeoq; oculorũ eius aciem uigiliæ debilitauerant, ut penè uidendi usum extinguerent. Sequenti luce scribæ & qui priuata principum sacra tractabant, sacerdotiorum ornamentis B donati, regenerandæ per aquam prouinciæ ministerium præbuerunt. Item basili cas compluribus in locis moliti, priuatæ superstitionis tuguria, publicę religionis domicilijs mutauerunt. Eodem die pariter accipiẽdis obsidum reliquijs uacatum est. Quo tempore Pomeranorum duces qui Tetislauum regno exuendum, seq; Rugianæ rei dominium in præmiũ militiæ recepturos putabãt, postulata abeũdi licentia, amicitias hostilitate mutarunt. Quæ res ipsis postmodum ac Danis lon gam belli discordiã interiecit. Vespere portu soluentes se ad proximam continen ti insulam appulerunt, illic regi septẽ æqualis magnitudinis arcæ, consecrata deo rum numini pecunia refertæ, à Rugianis allatæ sunt. His peractis remittẽdæ ex peditionis decretum uulgatur. Qua reuersa Absalon nouos sacerdotes nõ solum ordinis sui insignibus, uerumetiam commeatibus instructos, reuocatis prioribus in Rugiam delegauit, ne alienis impensis utẽdo populũ quem sacris documentis erudituri erant, in exigẽdis uitæ necessarijs onerarent. Nec prædicationis eorum ministerio miracula defuere. Siquidẽ cõpluribus debilitate corporis resolutis, per eorũ salutares preces bonæ ualetudinis habitus recuperatus est. Quod potius lu crandæ gentis respectu, quàm sacerdotũ sanctitati diuinitus cõcessum uideri po test. A quibus etiã detractæ religionis supplicia uaria membrorũ strage grauiter exigebãtur, ut manifeste Deum & cultus sui præmium, & cõtemptus uindictam afferre putares. Ibidem quoq; nuper clarum inauditi generis miraculum incidit. Matrona quædã à uiro immerẽs adulterij insimulata, cum purgãdæ infamiæ gra tia candenti lamine dexterã obtulisset, subitò ferrum quod exceptura erat perinde atq; innoxiæ manus contactũ fugiens, neglecto pondere sublime se extulit, pen duloq; motu gradiẽtis fœminæ incessum comitans, cum ante aram iactandũ erat, inter religiosam astantiũ admirationẽ proprio impulsu humi decidit. Ea res & mu lieris infamiã leuauit, & uisentiũ animos religioni proniores effecit. Nec temere quidem pudicitiã suam tam ancipitis argumenti iudicio credidit, cui corporis ani-

Præstigiosa mi racula dæmo num.

Lamina can dente pudicitia probatur.

C miq; fiduciam certæ ſynceritatis conſcientia miniſtrauit. Capta Rugia cum adhuc piraticæ labes cunctos maris noſtri ſeceſſus fœdaret, ſolerti Danorum inſtituto prouiſum eſt ut eorum claſſe recenſita, quarta quæq; nauis aduerſum maritimos prædones quoad temporum habitus ſineret excubandi officio fungeretur, ſicq; quorundam aſſiduitas uniuerſorum laborem abſolueret. Tantũ enim commodi gens noſtra in paucitatis cõtinua, quantum in multitudinis interciſa militia reponebat. In quod munus potiſſimum iuuenes coniugiorum expertes legi placuit, ne militiæ ſtudiũ tori charitate torpeſceret. Iiſdem Abſalon & Chriſtophorus duces adduntur. Qui domeſtici freti liminibus non contenti, etiam Rugiana littora ac Leuticios ſcrutabãtur anfractus. Ped idem tempus legati regis quos ut ſibi paternæ animæ ſanctitatem ſacris honoribus uenerari liceret Romam tranſmiſerat, conſentaneas uoto literas retulerunt. Quibus cognitis rex omni Danica nobilita te ſub edicto Ryngſtadium euocata, circa ſolenne Ioannis quod in æſtiuo ſolſtitio colitur, & parenti cœleſtes honores, & filio regios celebrare cõſtituit, maxima claritatis incrementa accepturum ſe ratus, ſi una eademq; luce ex iis alterum ara, alterum corona donaſſet, ut & huius infantiam regnum reciperet, & illius ſpiritum publica religio conſecraret. Sed neq; ſe ulla alia ex re tantũ uoluptatis hauſturum credebat, quàm ſi in filio maieſtatis ſuæ inſignia uiuus cõſpicere potuiſſet. Quin etiam naues à propinqua ſtatione reuocatas, longinquam agere iuſſit quo citius profundæ barbariæ piratas offenderent, ante feriam quæ Ioannis cenſetur partiſ cipandæ ſolennitatis gratia reuerſuras. Diſcedentes quoq; præmonuit ne huius generis piratas callidius quàm fortius conflígere ſolitos repẽte laceſſerẽt, & quibus id conſuetudinis ſit ut hoſtili claſſe ſuperueniẽte nauigijs ſuis in littus ſubductis, de induſtria citato curſu latebram petant, hoſtibusq; liberum inſtandi locum

D tribuant. Sed mox ut eorum nauigia ardenti remigum ſtudio paſſim littoribus applicata conſpexerint, improuiſo recurſu latebris erumpentes eadem brachijs per foros iniectis apprehenſa ſubducant, ſubductaq; nautis partim lapidum, partim telorum nimbo obrutis ferro perfodiant, ac crebris foraminibus abſumant. Hos itaq; tametſi fugere uideantur auidius inſequendos non eſſe, quorum non minus fuga quàm impetus metui debeat: neq; terga præbentibus præpropere inniten dum, ſed potius & littus compoſito nauigationis genere petendum, & in aciem iunctis patienter ordinibus deſcendendũ. Hæc agentibus in expedito uictoriam fore, quod inermes illi nudisq; penè corporibus dimicantes, plus aſtu quàm apparatu niti ſoleant. His monitis incaleſcẽtes ſe in Olandiam appulerunt. Verum quanquam Sueones ac Dani inimicitias gererent, ne deſtinatam paganis cladem Chriſtianis infligerent inſulæ parcendum duxerunt, religionis concordiam regnorum odijs præferẽtes. Hic ab indigenis permixtos Eſtonibus Curos propin quo in portu piraticam exercere perdocti, indicatum ſibi locum ut cuiq; nauigationis celeritas ſuppetebat, cum contemptu hoſtium, regij monitus immemores, certatim ſubintrant. Quo uiſo, ſpeculatrix Eſtonum ratis remigio in altũ exceſſit, obuiaq; nauigatione diffugere quàm ſociæ claſſi uiſorum nuncium afferre maluit. Quod reliqui piratarum experti, ſubductis in continentem nauigijs, de induſtria ſe propinquæ ſyluæ fruticibus occultare cœperunt. Quorum commentum Sueno Scolingus & Nicolaus Vuendilenſis haud callide æſtimantes, uehementi remorum impulſu concitatis nauigijs, cum uniuerſis remigibus littus inſiliunt, ubi protinus fallaci Barbarorum recurſu excepti, diuq; cum ijſdem ſtrenue præliati, neglecti regalis cõſilij pœnas exitio pependerunt. Quibus dum Touo Longus, & Eſgerus inſignes Abſalonis equites auxilio fore geſtiunt, quorum ſpiritum protegere ſtudent ſociantur funeribus. Talibus ſociorum periculis Magnus Scanienſis irritatus magis quàm territus, diuerſo littoris aditu ſimilẽ pugnæ euentum

A tum habuit. Horum omnium nauigia Barbari prius remigibus uiduata, mox ſe-
curibus perfoſſa profundo merſerunt. Has militum ſtrages Chriſtophorus con
templatus, temperato remigij curſu terris nauem abſtinuit. Quæ cum fluctuante
prora littori latus aduerteret, tanta ſaxorum ui ab hoſte petita eſt, ut remiges ſua
tantum corpora munire contenti, aliena attentare nequirent, nec iam inferendis
ictibus ſed uitandis uacarẽt. Hæc poſtquam Esbernus animaduertit, ne ſanguis
regius fruſtra ſibi creditus uideretur, ſtrenua nauigatione continentem petendo
medijs ſe iaculantium ſaxis immerſit, oneratumq; periculis iuuenem ab imminen
ti exitio nauigij ſui interiectu ſeruauit. Quod protinus Barbari magnis uiribus
appræhenſum, uulneratis qui proræ præerant, in littus haud ſegniter pertrahen
dum curarunt. Esbernus cum ſe tribus ſpiculis balliſta emiſſis, toties ictu frauda-
tum uideret, cõfracto tormento cuius uſum fruſtra tentauerat, à puppi in proram
armatus conceſſit, ſolusq; tot hoſtes aliquanto diei ſpacio mira animi corporisq;
uirtute ſuſtinuit. Tandem ſilicibus adeò contuſus teliſq; perſtrictus, ut pedibus
quoq; deficeretur, ægre puppi repetita conſedit. Iamq; à comitibus deſertus (nam
cuncti, præter unum, pellente metu profundo ſe dederãt) poſtquam barbaros na
uigium cuius iam latera dolabris perfregerant inſilire conſpexit, uirtutis priſti-
næ non oblitus, uiribus recollectis ſemel iterumq; ac tertio exceptos fugauit, te-
laq; in ſe cõgeſta acerrime in hoſtem retorſit: auxilio ſibi uertens quod in eius
perniciem uis aliena contulerat. Ad ultimum hebetatis neruis, laſſitudinis nimie
tate confectus, cum potius debilitati quàm hoſti cedens reſumendarum uirium
gratia paululum gradum referre cœpiſſet, tam grauem lapidis ictum capite exce
pit, ut ante puppim penè exanimis collaberetur. Quem cum Barbari conſcenſo
B nauigio iacentem obtruncaturi concurrerẽt, unicus eius comes cum uoce ſemi-
animem ſuſcitare non poſſet, dextera compræhenſum erexit, ſolaq; conſiſtentis
imagine propinquas hoſtium cateruas reppulit. Tanta quippe fortitudinis eius
experimenta fuerant, ut aſpectu non minus quàm uiribus hoſtem terrerent. Po-
ſtremo ſenſibus redditis, comitem percunctatus curnam ab eo fatigaretur: poſt-
quam nauigium Barbaris completũ audiuit, priſtino animi uigore, pulſis omni-
bus, in proram conceſſit, pugnaq; ſtrenuæ ædita, cum uiribus propemodum ab-
ſumptis ad malum regredi uellet, rurſum ſemianimis concidit: periſſetq; ni eum
Chriſtophori remiges ocyus naue exceptũ ſeruaſſent. Quæ res cæteros in littoris
acceſſione cautiores effecit. Eo nanq; proſpectius abſtinẽtes, eminus rem fundis
iaculisq; geſſere. Et quoniam rebus ulterius attentandis noctis propinquitas offi
cere uidebatur, ſumpto differendæ pugnæ conſilio, ne qua Barbarorum ratis no
cturno portus egreſſu clandeſtina fuga dilaberetur, excubijs obſeruandum du-
xerũt. Igitur Barbari cum ſe tantæ claſſis obiectu cõcluſos uiderent fortitudinem
ex deſperatione capientes, iam non de fuga ſed uictoria cogitare cœperunt. Itaq;
partim proprijs, hoſtiumq; nauigijs quibus potiti fuerant, partim ſylueſtribus
truncis arboreisq; molibus munitionẽ ad urbis inſtar ædificant, binos habentem
introitus arctos admodum, anguſtijsq; difficiles, quibus quis ueluti poſticis ſub-
miſſus irreperet: latera quoq; quæ ex nauigijs compegerant uelis in multiplices
ordines conuolutis exterius imminebãt, propugnaculorum uſum à telarum con
ſertionibus mutuãtes. Præterea alijs ſectos ſtipites figendis ictibus exacuere, alijs
littoralia ſaxa iactibus idonea legere curæ fuerat: & ne ulla ex parte remiſſis ani-
mis uiderentur, bacchantium more cantu choreisq; lætitiam ſimulabant, Danis
triſtem ſilẽtio noctem ducentibus. Tunc Lucas Chriſtophori ſcriba nationis Bri-
tannicæ, literis quidem tenuiter inſtructus, ſed hiſtoriarum ſcientia apprime eru-
ditus, cum infractos exercitus noſtri animos uideret, mœſtũ ac lugubre ſilentium
clara uoce prorumpens, ſolicitudinem alacritate mutauit. Siquidem memoratis

C ueterum uirtutibus, noſtros ad exigendam à ſociorum interfectoribus ultionem tanta diſſerendi peritia cõcitauit, ut nõ ſolum mœſtitiam diſcuteret, uerumetiam cunctorum pectoribus fortitudinẽ ingeneraret. Dictuq; incredibile fuerit, quantum uirium in noſtrorum animos ab alienigenæ hominis ſermone manauerit. Diluculo redito paucis ad prohibendã hoſtium elapſionẽ relictis, remoto ab eorum caſtris ſpacio littus conſcendũt, ne in ipſo apparatu repentinos ſuperuenientium paterent incurſus. Itaq; cultius armatis in acie præire iuſſis, ignobilibus quibusq; ſubſequendi locum attribuunt. At Barbari non per acies ſed paſſim munitione delapſi, ingenti clamore ædito in pugnã proſilire cœperunt, exiſtimantes Danos ſtrepitus uiribus perterrefactos primo cõgreſſionis impetu ſuperandos. Tantus autẽ clamoris eorum horror increbruit, ut in poſtrema acie collocatis non ſolum metum, ſed fugam incuteret. Verum à præcedentibus ſecus ac rebantur excepti, non minore impetu caſtra quàm reliquerant repetebant. Complures ex eis cæſi, ſolus è noſtris Olauus guttur telo traiectus multoq; ſanguinis profluuio debilitatus, ſemianimis in littus refertur. Primus Nicolaus Sticonis filius uir genere & uiribus iuxtà ſplendidus, defenſam à Barbaris munitionem irrupit, ſed in ipſo mox aditu uehementi fuſtis ictu exceptus procubuit. Quem Ako frater proprij corporis obiectu protegere cupiens, dirum in gutture uulnus excepit. Quorũ fortitudinis ueſtigia cæteri inſecuti, facto irruptionis gradu, cum contemptu periculorum atrocius in hoſtem graſſantur. Quibus etiam qui excubijs præerant ſuperuenientes opem tulere, alij malis appoſitis munimenti faſtigium tranſcendentes, ferendi ſocijs auxilij ſtudio hoſtilibus ſeſe globis immergunt. Tanta autem in Barbaros ſtrages exercita eſt, ut ex ipſa eorũ multitudine ne cladis quidẽ nuncius ſuperſtes reperiretur. At noſtri prædæ participatione acta, refectisq; nauigijs, nobilium ſo
D ciorum cadauera ſalientes, ignobilibus ibidem tumulatis, in patriam referenda curabant. Qua inita Vualdemarum apud Ryngſtadium magna cum optimatum frequentia regio apparatu feriantem reperiunt. Vbi Lundenſis pontificis miniſterio cuius id exequendi officium erat, & patris eius oſſa aræ traduntur, & filius ſeptem annos natus Kanutus rex conſecratur, regia in ſella purpura uenuſtatur. Quibus debita religione celebratis, Helgo pontifex Asloenſis, & Stephanus Vpſalenſis ab Erlingo miſſi, æditiore loco occupato pacem Noruagienſibus benigno precabantur alloquio. Quam à rege eo potiſſimum die concedendam eſſe monſtrabant, quo & filium diademate, & parentem altario honoratum uidiſſet, tantum quod excellenti eorum facundiæ tributum eſt, ut Erlingo familiaris colloquij aditus promitteretur. Ad quem Esbernus poſcente Helgone, nondum reſanatis uulneribus legatus dirigitur, Erlingo & Iuaro Noruagienſibus interim obſidum loco apud regem retentis. Multa illi in concione Erlingus inſolenter, hic multa Erlingo audacter reſpondit. Quo Erlingus domi ſuæ detento Vualdemarum allocuturus, Sialandiam, quatuor nauigijs Stephano Vpſalenſi comitatus, accedit. Quem cum Abſalon nuper à regis in lutiam proficiſcentis comitatu magna claſſe regreſſus, Iſorenſi in portu aduentantem uideret, ſocijs quicquam hoſtiliter conari uetitis, ne ſuperuenientibus metus inijceretur tranquille eius nauigationẽ excepit, quem etiam maiore claſſis ſuæ parte dimiſſa, ad regem perduxit. Is cum prima colloquij die obiurganter exceptus de concordia deſperaret, Abſalonem per Stephanum orat, tutò ſibi diſcedere liceat. A quo timidius quàm ſi in patria foret ſentire prohibitus colloquium repetiuit, pacemq; probatis conditionibus impetrauit. Enimuero cunctis Noruagienſium magnatibus in eandem ſacramenti formam obſtrictis, iureiurando pollicitus eſt ſe filium regis Vualdemarum admodum paruulũ educationis officijs proſecuturũ, eundemq; prius Noruagiæ ducem, deinde regni hæredem futurum, ſi filius ſuus Magnus abſq; liberis

A beris iusto matrimonio susceptis decederet. Quinetiam miles regis effectus, quotiescunque res posceret sexaginta Norvagiensium naues in eius comitatum expediendas promisit. Cuius pactionis tenorem Danorum fide laudata, domi postmodum in concione vulgavit. Quem Touo descendentem reducendi Esberni gratia proprio sequebatur navigio. In quo profecturus Esbernus, munificentia gentis arcuum telorumq; donis onustus abscedit. Cum ad Oddam provinciam perveniisset, ex eius speculatoribus, regem expeditione Pomeraneã petiuisse, cognoscit. Iidem ab eo interrogati an ullos recenter piratas uidissent, quadraginta fermè navigia ad insulam Syram appulisse denuntiant, præfati parum se nosse, negociatrix an piratica classis extiterit. His auditis Esbernus ut noctu inscios præteriret, neglecto syderis habitu quàm remotissime terras navigando uitare constituit, piratico se conspectui subducere cupiens. Sed dum obscuritatis auxilium expetit, subitò collucentis lunæ fulgore proditur. Nam Sclaui serena nocte conspecto uelo, obiecta classe navigantem excipiunt. Quibus conspectis Esbernus nautas arma capere, loricatosq; suis in locis consistere hortatus, reliquos secum in proram perductos ex utroque navigij latere spiculis hostem incessere iubet, ut salutem suam protegere necesse habentes, segnius alienam impeterent. Præcepit quoque cum primum classis obiectum, ueli beneficio penetrassent, eodem defensionis genere quo proram instruxerant se duce puppim communiant, obseruato ne quis præter eum inter præliandũ fandi licentiam usurparet, quo melius imperantis iussio exaudiretur. Quem si occidere contigisset, Touonis uererentur imperium. Hic si perisset, Esgero proloquium deferretur. Quibus prostratis, minimum pugnæ restaturum dicebat. Quo demum loricam sumere uolente, is qui gubernaculo præ-
B erat quo se sit protecturus inquirit, cum utraq; manu circa gubernandi officium occupata, neutra necessariæ defensionis usibus aptare possit. Cui continuò Esbernus munimentum quod erat sumpturus tradidit, secq; quàm gubernatorem hostibus inermem offerre maluit. Quo facto unius hominis corpus ferro, omnium uero mentes audacia instruxit, tantopere hostes à se contemni demõstrans. Quibus iuxta Esberni consilium obedienter ac strenue gestis, postquam classis globum aciemq; perruperant, primus sequentium Sclauorum incursus ui telorum abigitur. Secundus aliquanto maiore conatu æditus, pari modo repellitur. Tertio Barbari tantam unius navigij uirtutem mirati, cum quibus prælientur interrogant. Respondet Esbernus frustra nomina rimari, qui prædam occupare non possint. Hunc uocis iactum expertus Ericus Iurisij filius, uir generis clari sed cordis obtusi, quem fortè Sclaui illic captiuum habebant, quàm poterat clara uoce prædicauit Esbernum ab eis capi non posse. Quo audito seipsos nisi eo potirentur inuicẽ execrati, hostilis navigij latera citra malum cõmunibus rostris impellunt. In quo conflictu complures ex eis exanimati sunt, Sialandensium nemine periclitato. Cumq; uentus cuius non modicum auxilium erat, aliquantulum ex pristino habitu remittere uideretur, interrogatus à suis Esbernus, an uelo remigium adijcere oporteret, id fieri prohibuit, ne navigationem metu conficere putarentur. Cumq; Barbaros identidem firmatis animis pertinacius instare cognoscerent, perseuerãtiæ eorum metu, an silex intra navigium suppeteret percontatus, postquam haberi eum animaduertit, malum conscendi, inq; eius cacumine ignem extundi præcepit. Cuius facti acumine Barbaros sequẽtem classem imitari putantes, ab ulteriore sui insectatione cohibuit. Cum uelum extra prospectum hostium esse crederet, demisso eo domesticum in portum remigio peruenit. Ita non minus ingenio suo quàm sociorum uiribus adiutus partim à fortitudine, partim ab astutia præsidium mutuatus est. Interea rex Rugianorum classe auctus, perq; ostia amnis Zuuinę Pomeraniam ingressus, Iulini oppidi ipso intacto confinia populatur. Deinde ad fluuium

C Iulíno Camínoq; iunctum uniformem príncipijs oſtijs bipertitũ, regía claſſe progreditur. Cuius nauigationem crebra ſæpium obſtacula à piſcatoribus defixa difficilem faciebant. Pons quoq; prælongus Iulini mœnibus contiguus, media amnis interciſione tranſitiue coarctabat, citra quem impedimentis urgentibus pernoctatum eſt. Mane rex continentẽ aggreſſus, ex aduerſo urbis in ripa auſtrali pontem diſijci iuſſit. Nec minori Sialandenſibus piſcatoreas ſæpes conuellere ſtudio fuit. Quos cum Iulinenſes per occultum pontis tranſitum cimbis prolapſi propellere niterentur, Abſalon qui ſimul cum rege ripam aſcenderat, alienis nauigijs correptis opportunum eis præſidium attulit. In cuius clypeum coniecta tela inania cadebant, ſociorum ſcutis immiſſas cuſpides retentantibus. Cumq; eius nauigium huic ſpectaculo procul intentum, hortante rege propius acceſſiſſet, repulſis hoſtibus ingentiq; pontis parte conuulſa cæteræ claſſi nauigandi iter tribuitur. Quam cum oppidani prætereuntem ſcaphis inceſſerent, Abſalon & Suno, cimbas ſuas ſagittarijs completas eis obijciunt. Anceps q; exercitatio erat nauiculis, uario tormentorũ genere decertantibus. Verum ut Iulinenſibus oppidum, ita noſtris claſſis refugio fuit. Ad ultimum cedentes oppidanorũ ſcaphæ, liberum claſſi progreſſum dedere. Quam cum Suno poſterius ſequeretur, quendam è Iulinenſibus inſolentius ripæ incurſantem, eiecto balliſta ſpiculo interemit: eiq; mox alium ſubuenire conantem ſimili ictu proſtrauit. Quorum corpora totidem ocyus accurrẽtes, humeris ſuis excepta celerrime deportarunt. Cumq; noſtros ob id factum unus ex oppidanis perinde ac ſociorum necem maledictis ulturus acerbiore cõuitio inſequeretur, proteruè eum Guthskalcus agere prędicabat, quod dona quæ in alios ultro collata conſpexerit, contumelioſa uerborum uiolentia aſſequi cupiat. Nam cum duos eorum pedites à noſtris equites factos conſpexerit, reliquos ſi propius
D acceſſiſſent, ſimilibus equis eſſe donandos. Quo dicto non ſolum inſectatoris petulantiam cõtudit, uerumetiam oppidanorum omnium inſolentiam proculcauit. Inde ad inſulam Criſztoam peruentum. Cuius incendio abſtineri rex ut annonæ equorum alimẽtis neceſſariæ parceret, edixit. Proxime ad urbem Caminum permeato amne proceditur. Cuius ſeptentrionali prouincia armis incẽdioq; uaſtata, prælium eius in ponte conſeritur. Sub quem Sclaui per occulta uada repẽtes, lanceis inter rimas porrectis furtim noſtros uulneribus appetebant. Cuius incommodi fraudem Danicarum illico ſcapharum frequentia diſpulit. Pontis quoque fragilitas excidium minitans, amplius quàm hoſtis ſæuitia in metu reponebatur. Igitur omiſſa urbis oppugnatione, Criſztoam reditur, ubi reducẽdæ expeditionis ſumma cum totius exercitus hæſitatione conſilium agitantes, qua parte pontum reperterent ambigebant. Nam cum Pomeranorum lacus tribus oſtijs in fretum decurrat, duobus Penenſi uidelicet & Suuyznenſi longinquitatis tædio faſtiditis, propinquam Caminenſis exitus breuitatẽ adire placuit. Quem Gero quidam regionis eius locorum peritus adeò uadoſum incertæq; profunditatis aſſeruit, ut eum æſtus duntaxat regreſſu ſuo meabilem faciat. Cuius cognoſcendi gratia Abſalon cum tribus nauigijs miſſus contigui maris ſæuitia interpellante, profunditatis habitum excuſſe rimari non potuit. Hic fluuius ubi lacu emanat, contractiore alueo ſtagnat. Progreſſu uero ſuo ſupra amnis modum latitudinis incremẽta ſuſcipiens, eximiam paludem aut facit aut inuenit. Rurſum ubi pelago influit, priſtinæ cõtractionis menſuram reſumit. Quanquam uero claſſis regia Abſalonis reditum operiri deberet, nauigationis ardore præcepti oblita, imperio feſtinationi poſthabito ad idem amnis diuerticulum procurrit, ac ſeipſam proprio ductu difficilimis alueí locis inſeruit. Cuius cum Chriſtophorus terga cuſtodis more poſtremus tueretur, inſultantibus Sclauorum nauigijs haud facilem fluuij ingreſſum habuit. Quod attentationis genus partim uiribus ſuis, partim ſociorum auxilijs propulſauit.

A ſauit. Cumq; rex eodem die Iulinenſis prouinciæ denuò inuadendæ conſiliũ agi-
taſſet, Abſalon concubia nocte opportuna aſcenſui loca ſcrutatus, ubi ſolidiorem
fundi ſitum aduertit, illic aut palos fixit aut harundines ripæ iunctas nodis ſigna-
uit, poſteraq; luce eaſdem indiciorũ notas ſecutus, exponendis equitibus facilem
continentis aditum præmõſtrauit. Qui cum Magnum Erici filium diurnæ excur
ſationis agendæq; prædæ ſociũ haberet, eumq; incautius euagantem ab hoſtibus
propè interceptum, quanquam à rege uicorum incẽdijs inſiſtente reuertendi im-
perium accepiſſet, charitatem obediẽtiæ prætulit, Magnumq; partim nauali, par-
tim equeſtri hoſtiũ militia arctiſſimo in loco cõcluſum, eueſtigio cõcitato agmine
ſuperueniens imminẽtis exitij periculo liberauit. Nec ingratus auxilij Magnus,
ſalutem ſuam ſe ei debere cõfeſſus eſt. Ad hæc ingentes ſeruatori grates exſoluit,
ſeq; etiam ſpiritum ſuum ſi neceſſe foret eius ſaluti impẽſurum promiſit. Verum
Abſalon memor hanc opem à ſe latam aduerſum regis imperiũ eſſe, ne triſtiorem
eius uultum experiretur, gratiam quam contemptu læſerat prædæ obiectu recu-
perare conſtituit. Igitur pecorũ ordines præ ſe agi, captiuosq; in caſtra præcedere
iuſſit, eoq; aſpectu permulſos regis oculos in aduentum ſuum ſereniores effecit.
Is nanque cognitis, Abſalonis operibus ſpoliſq; conſpectis iram quam contem-
ptui inflixit uirtuti remiſit, eumq; leui reprehenſionis genere uenientẽ excipere
contentus fuit. Repetita claſſe anceps educẽdæ eius conſilium fuit. Alij ſiquidem
medias faucium anguſtias ad commodum nauigationis ligonibus patefacere, ſtri
ctasq; fluuij partes foſſorum opera ampliandas cenſebant. Sed quia manifeſtum
erat futurum, ut arenis maritimo æſtu appulſis foſſa obſtrueretur, opus attenta-
tum non eſt. Alij naues ſubiectis trabibus communi ui in portum pertrahendas
duxere, equitatu utrinque ripas tuente. Rugianis ſolis ſex paruulas rates hac arte
B educere contigit, cæteras uero oneribus admodum impeditas diſiungi quàm ab-
ſtrahi facilius fuit. Igitur cum noſtri infinito procedendi ardore aliquandiu fauces
fruſtra tentaſſent, reuocãte rege ægre cœpto ceſſerũt. Tanta omnes (Abſalonem
excipio) hoc exitu utẽdi auiditas ſtimulabat. Is nanque explorato amne, faucium
profunditatẽ nauigijs inacceſſam fore compererat. Interea Kazymarus imperita
noſtrorum ſeceſſione gauiſus, claudẽdi amnis gratia quinquaginta nauium claſ-
ſem eius principio obijciebat, ratus nihil hoſtium fortunæ præter mortem aut ca-
ptionem reſidui fore. Inſignes ei ſagittarij Konon & Cirinus fuere, ab Henrico in
Sclauorum auxiliũ, Danorũ odio miſſi. Bugiſzlauus quoq; cum equeſtribus co-
pijs ſuperueniens, nauigijs in ſupplementũ fratri tranſmiſſis, Iulinẽſes quod cum
noſtris acie non conflixerint ignauiã eis obiectando cõtempſit. Quæ res adeò Iu
tenſium animos metu confecit, ut Abſalonem ueluti concione circundatũ palàm
conuitijs aggredi deforme non ducerent, eius ductui imputantes quod propriæ
feſtinationis impulſu commiſerant. Quinetiã muliebriter & quaſi per lamentum
queri cœperunt, olim regum conſilia ad illuſtrium uirorũ arbitrium pependiſſe,
nunc in ſtolidiſſimi cuiuſq; monitis ſententiaq; cõſiſtere. Enimuero Danis eo loci
peruentum eſſe, unde reditus ſpes præſumenda nõ ſit. Quamobrem pauca naui-
gia qbus rex ac principes dilabi poſſent, publico conamine extrahi oportere, ne
Danorũ uires ac nomen uno temporis momento funditus collaberentur. Quam
inſectationem Abſalon adeò patienter ac moderate tulit, ut nihil ex cõſueto men-
tis aut uultus habitu deponere uideretur. Idq; ſolum monere cõtentus fuit, ut eas
tantũ ad præſens uoces profunderent, quarum in futuro meminiſſe non pudeat.
Huic fortè obtrectationi Scorro Vuaggnonis filius interueniens, primũ ob con
fuſas populi uoces, cuiuſnam rei mentio haberetur liquidò exaudire non potuit.
At ubi ceſſante iurgio, remiſſoq; ſtrepitu, Abſalonem maledico aſtantiũ ſermone
lacerari cognouit, Deſipitis, inquit, commilitones, pijſſimi ac ualẽtiſſimi uiri indu

C ſtriam tanquam ſcelus aliquod aut flagitium obſcœna uerborum petulantia pro-
culcãdo, ignauasq; & indignas fortibus uoces in eius conuitiũ muliebriter iacien
do. Neq; enim ſtrenuam ac fortem operã iniqua æſtimatione penſare fas eſt. Ipſo
ſiquidẽ ductore eas terrarũ partes armis luſtrauimus, quas ne aſpicere quidẽ ma-
ioribus noſtris contigit. Et ſanè principibus ducendi, militibus ſequẽdi ius com-
petit. Ergo nos proprijs niti, alienis uero imperijs regi conuenit. Neque enim ab
eodem & defendi & duci debemus. Quapropter nos illi grates habere par eſt,
qui fortunas ſuas toties pro noſtra præda uictoriaq; deuouit, cuiuſq; nunc fortiſſi
mo ductu eo neceſſitatis peruenimus, ut ſalutẽ armis protegere debeamus. Iam
enim patriã ac penates affectãtibus, ante hoſtiũ oculos conſpicuum uirtutis opus
ædere neceſſe eſt, reditumq; probitatis actibus impetrare. Has autẽ populi noſtri
querelas, à ſumma animorũ trepidatione profectas quis dubitet? Sed prô dolor
quid cauſæ eſt quod tot illuſtrium uirorũ præcordia tam repente fiducia defecit,
ignauia occupauit? Quid nobiſmetipſis nullo concutiente metum parimus, abie
ctaq; ſpe ſine periculo trepidamus? Corporibus integri ſumus, neq; nexus neq;
plagas experti. Dextris enſes geſtamus, nihilq; robori noſtro inopia aut clades
detraxit. Agè tantam fortunæ incolumitatem uirili mentiũ robore proſequamur.
Meminerimus nos exercitatos, nõ imbelles fœminas eſſe, & inter penè inermes
hoſtes, ſumma cũ armatura uerſari. Certe ſi claſſis noſtra aut naufragio aut incen-
dio periſſet, nihil impedimenti eſſet quo minus per medios hoſtes patriam equis
repeteremus. Mittite ergo trepidas ignauasq; uoces muliebriter auribus tantæ
concionis inſerere, exſurgentesq; animis hebetatos fortitudinis neruos priſtina
uirtutis fiducia recreate. Talibus aliquandiu monitis inſiſtens, potius obtrectan-
tium ora cohibuit quàm animos correxit, depreſſitq; iurgiũ exhortãtis autoritas,
D quod ei ſumma pietas ac præcipua fortitudo maximã ſociorũ gratiam conciliaue
rat. Interea Kazymarus claſſis noſtræ potiendæ ſpe admodum incitatus, ſimulan-
dæ fiduciæ gratia tentorio in ripa defixo, aureis argẽteisq; poculis ſibi ac militibus
merum propinari conſtituit. Cuius inſolentiæ faſtum, fugatus poſtmodũ rubore
mutauit. Interea Vualdemarus principes à claſſis pertractatione reuocatos, cu-
ratis corporibus ad ſe coire iubet. Quos cum intra nauigium ſuũ frequẽtes adeſſe
cognoſceret, quid factu potiſſimum ducant inquirit. Quibus reſponſum nõ dan-
tibus taciturnitatem miratus, cauſam eius exponi præcepit. Tunc quidã, hæſitan
tibus cæteris, pueros ei in conſilium adhibendos dicebat, quorum præcipue mo-
nitus ſectari ſoleat, ut quos duces elegerat etiam reduces habeat. Qua uoce Vual
demarus Abſalonis ſibi familiaritatem exprobrari cognoſcens, nõ moris eſſe, in-
quit, fortes uiros inuicem ſe muliebriter reprehendere, quin potius ubi publicæ
neceſſitati conſulitur, priuatas lites faceſſere oportere. Sed neq; hominem qui ab
ipſis imperitiæ damnetur, ſi conſultus fuerit reſponſionis ignorãtia ſilentiũ actu-
rum. Intuensq; Abſalonem quid ſuadeat rogat. Ille conſiliũ in expedito eſſe, cum
eo regi libitum foret uti pronunciat. Quæ enim alijs impedimenta atq; obſtacula
uideantur, diſpulſu facilia fore, neq; aut nauium obiectum aut equitum incurſum
morari poſſe, quo minus ea parte egreſſus pateat, qua aditus fuerat. Regem quip
pe expoſitis in continentem equitibus, protegendæ claſſis gratia ad ipſas fauces
ſecedere debere, eoq; nauigia nonnulla loricatis remigibus inſtructa cæteris ſin-
gulatim præire, & claſſem hoſtilem cum primum frequẽtium comitatus affuiſſet
irrumpere. Ridentibus cunctis & an ipſe præuius fore uellet percontantibus, uo
lo, inquit, ne fortius dixiſſe uidear quàm feciſſe. Etenim audaciũ conſiliorum au-
tores, quod ore ſuadent manu proſequi conuenit. Delectatus cõſilio rex, Abſalo
ni naues, remigesq; quos poſceret expediri præcepit, ac protinus ripam ſtipatis
equitibus petens ad amnis principium properauit. Quò Kazymarus eminus ad-
uentare

A uentare conſpecto, relicto ocyus tabernaculo ad claſſem trepido curſu ſe retulit. Septena delectu habito nauigia procurantur, eademq; loricato remige exornantur. E quibus bina Abſalonis fuere, totidemq; Esbernus ac Suno ductabant. Reliquis tribus Thorbernus, & Olauus, & Petrus Thorſtani filius præerāt. Cumq; Abſalon cætera claſſe ſeriatim ſubſequi iuſſa nauigio primus incederet, ignotum amnis diuerticulum infenſo nauigationis compendio penetrauit: cuius reliqua nauis gubernantis errore ſubitò uadis inſedit. Sed hunc deuiæ nauigationis exceſſum, detruſa arenis puppe remigum uelocitas porrexit, ſtatimq; barbara claſſis ceu uentis correpta paſſim dilabitur. Cuius fugam Dani magnis ac lætis uociBbus inſecuti, diſciſſum ſaxi uinculum effuſo clamoris gaudio prædicabant, deq; accuſatoribus Abſalonis ueneratores effecti, ingenti gratia ipſi relata, contumeliam laudibus redemerunt. Sed & eius animus moderationis & conſtātiæ uiribus præditus, mobilis uulgi adulatione extolli parui habuit: tantumq; ſe in deſpiciendis laudibus geſſit, quantum in contemnendis uituperijs egerat. Tantulo negocio tam ingens periculum diſpulſum eſt. Bina Sclauica nauigia remigum metu deſerta, apud Criztoam à noſtris excepta ſunt. Tertium ſubſtantibus aquæ palis affixum, ſociorum ſuccurſu ſeruatum eſt. Cumq; rex citatis equis Iulinum petiſſet, Bugiſzlauus circa pontis refectionem ineundæ urbis ſtudio occupatus, conſpectis Danis operam fuga mutauit. Adeò illum ſubita animi trepidatio priſtinæ dictorum ſuorum inſolentiæ obliuiſci coēgerat. At rex confeſtim refecto ponte tanquam hoſtium opera cōſummaturus, in auſtralem ripam equites traiecit, quò facilior exoneratæ claſſi inter amnis conſepta progreſſus pateret. Quò poſtquam Abſalon ſubſequenter nauigia ductando peruenit, ne eadem Iulinenſes ut ſoliti erant inceſſerent, inſtructam ſagittarijs ſcapham conſcēdit, eamq; medio inter urCbem & claſſem amne direxit. Verum oppidani nimio timoris hauſtu perculſi, anxia cum deſperatione totius militaris fiduciæ uacui, mœnibus ſuis incluſi latebāt. Pertranſitis impedimentis nauigijs equi redduntur, defeſſaq; remigio claſſis in portum colligitur. Cumq; Abſalon ac Suno conſueto excubandi officio poſtremum fixis anchoris locum cepiſſent, ueriti ne eorum nauigia uento circunferēte ſolo propius adacta, nocturnæ equitum irruptioni paterent, conſcenſis nauiculis quantum ripa à profundo diſtaret curioſa amnis colluſtratione explorare cœperunt. Interea quidam è Iulinēſibus mero ſolutus, ſed uenuſta admodum clientela ſtipatus ripam inſolentius obequitando petiuit, benigneq; eis Guthſcalco interprete locutus, atque obſides pacis poſtero die dandos pollicitus, reliquijs rerum parci, prædaq; abſtineri popoſcit. Quo diſcedere uolente, equo inſolentius ab eo per iactantiā concitatus ſubito lapſu corruit, eumq; uehemēti ictu humo inflictū, penè exanimem proſtrauit. Hunc ſatellites ueloci accurſu iacentē attollere fruſtra conati ſunt: quippe cuius ſenſus halitu intercluſo magnitudine caſus ſopiti uiderentur, noſtrorū uero ſagittis petiti capiendū hoſti herum liquerūt. Qui protinus à uernulis Abſalonis in ſcapham cōiectus, ad Liburnā defertur, ubi uiſu demum motuq; corporis recuperato inter ſuos ſe conſtitutū exiſtimans, aſſidentes oſculo amplexuq; petebat. Quo errore riſum ſpectātibus ſuſcitauit. Interea rumor falſò diſperſus exercitū ſubit, hoſtes impediēdi exitus ſtudio Suuynenſia oſtia crebris occupaſſe nauigijs. Cuius opinionis fidem idem Barbarus rumorem falſitatis arguendo leuauit, præfatus exculſum ſibi exploratumq; fore Sclauicum robur Danico adæquari non poſſe. Quod ſi Pomeranorū uires Polonenſibus ſociatæ ferro cum Danis decernere debuiſſent, malle ſe tutiusq; poſſe Danicas partes & aduerſas fouere. Cæterum ſi Polanis ac Sclauis cōtra Danos dimicaturis etiā Saxonica acceſſiſſent auxilia, neſcire ſe quam partem uictoriæ propiorē eſſet auguraturus. Qua aſſeueratione, noſtros ad capeſſendā cum hoſtiū cōtemptu nauigationem,

C alacriores effecit. Tanta autem timoris uis Sclauorum animos hebetauerat, ut ne extremos quidem ſicut olim conſueuerant, inceſſere tutum ducerẽt. Petrus quoq; cognomento Toddo cum nauigium ſuum palis illiſum rupiſſet, eiusq; reficiendi cauſa abeũtem ſociorum claſſem relinqueret, tempus reparationi impenſum ut ſo litarius ita omnis periculi immunis exegit, refectaq; puppe ſubſecutus ſocios, ne mine laceſſente per tutam & liberam nauigationẽ ad claſſem peruenit. Adeò Scla uorum petulantiam, priſtini metus reliquiæ caſtigabant. Ergo inconcuſſus pera ctæ expeditionis reditus fuit. Reſiduum anni ocio tributum eſt. Interea Kazyma rus & Burgiſzlauus Danicarũ uirium metu Henrico ſe ſubdunt, regnumq; ſuum hucuſque liberum Saxonici muneris faciunt. Ergo dum ex hoſtibus alterum me tuunt, alterius iugum ſumpſerunt, auxiliumq; petendo antiquæ libertatis benefi cium amiſerunt. Sed Vualdemarus Saxonicam opem fruſtra à Sclauis petitam iu dicans, utroq; hoſte contempto, cum inſtructa claſſe Stitinum ueterrimum Pome raniæ oppidum petit. Huius nauigationis præceſſor Abſalon, benigni erga Stiti nenſes animi ductorẽ habebat. Cuius fraude per Oddoræ amnis diſpendia abdu ctus, cæteris rectam & compendiariã nauigationẽ ſequentibus, mutato ordine po ſtremus ad urbem peruenit. Eſt autem Stitinum eminẽtis ualli ſublimitate conſpi cuum, inſuper natura arceq; æqualiter munitũ, ut inexpugnabile penè exiſtimari poſſit. Hinc mos prouerbij ſumptus, eos qui ſe tutos inaniter iactant, Stitini præſi dio non defendi. Huius tamen urbis expugnationẽ Dani ſpe uiribus maiore com plexi, cum materiã eius partim incẽdij capacem animaduerterẽt, conſtructas uir gis crates admodũ breues, ob iacula uitanda uelut ſcuta præ ſe geſtabant, ijſdemq; freti ligonibus aggerem petere cœperunt, tutius intra cuniculorũ latebras ignem ſparſuri. Rex interim oppugnationẽ orſus muralibus machinis omiſſis coronam

D admouit. Solis ſagittarijs ac funditoribus excelſa mœnium propugnacula appe tere poſſibile fuit, aditũ faſtigio negante. Fuere tamen ex iuuenibus qui gloriæ ſtu dio ſumma mœnium clypeis tantum protecti conſcenderent. Alij contiguas ſolo portas cõtemptis propugnatoribus cominus ſecuribus tentant, minusq; eis quàm procul agentibus periculi fuit, quod tanta telorum uis in hoſtes undique congere batur, ut ab ijs non niſi remotiores cerni impetiq; poſſent. Quo euenit ut audacia ſalutem, ignauia diſcrimen afferret, tutioresq; propinquitas quàm remotio præſta ret. Econtrario Danorum armis non magis propugnatores ipſi quàm cæteri intra urbem populares opprimebantur, ancipiti iactu ualli conſepta tranſcendentibus telis. Nulla res oppido magis aduerſum oppugnantium multitudinem quàm de fenſorum paucitas nocuit, utpote quorum bellicus labor ſucceſſionis auxiliũ non habebat. Præfectus urbis Vuathyſzlauus erat, qui & ipſe Bugiſzlauo & Kazima ro ſanguine contiguus habebatur. Huius animus nihil penè cum ciuium ingenijs commune ſortitus, tanto amplificandæ exornandæq; religionis ſtudio flagrabat, ut Sclauico ſanguine æditum, barbarisq; moribus imbutũ negares. Siquidem ut patriam ſuperſtitioni deditam ab errore cultus reuocaret, exemplumq; ei corri gendi credulitatis proponeret, monachalis uitæ uiris è Dania adcitis, in latifundio ſuo ſellam exſtruxit, eamq; multis & magnis ſtipendijs locupletauit. Qui cum laſ ſatis pugna ſocijs urbem captioni propinquã animaduerteret, hoſtium ſæuitiam ueritus, offerendæ deditionis gratia pacem petiuit, acceptaq; fide protinus à pauo ris conſortibus funiculo ſubmiſſus, regia caſtra petere non dubitauit. Quo uiſo, Danorum populus languidius pugnam exercuit, periculis ſuis regi pecuniam emi, ſeq; eius cupiditate uictoria pariter ac præda fraudari conqueſtus. Quo rex animaduerſo, demendæ notæ cupidine urbem equo circuiens, milites ad inſiſten dum hortari cœpit. Poſtquã multo labore ædito caſſam ac difficilem oppugnatio nem aſpexit, reuerſus in caſtra Vuartyſzlauum admittit. Cuius precibus motus

dedendi

A dedendi poteſtatem oppidanis indulſit, pecuniamq; quantam ægre uniuerſa Sclauia exſoluere poſſet cum obſidibus pactus, ſtatuit ut urbem Vuertyſzlauus à ſe in beneficium receptam tanquam regium munus, conſortio Sclauicę dominationis eriperet. Igitur reuocatis ab oppugnatione militibus neq; capi urbem neq; diripi paſſus, ſignũ ſuum propugnaculis affigi præcepit, receptæ deditionis indicia præbiturum. Illic cernere erat uallum ab imo in ſummum ita ſagittis undiq; conſtitum, ut arundine concretum putaretur. Quas noſtri ingenti ſtudio lectas phare-tris reddiderunt. Poſt hæc nauigationem remenſi, capto Lyubino Rugiam reuehuntur: & quoniã Rugianæ piſcationis tempus ſuperuenerat, in cõmune conſultum eſt eò loci tertia totius claſſis parte excubias ordinari, ne publicis alimẽtis pe-tendis hoſtilis uiciniæ metus officeret. Huic manui Kanutus Priſzlaui filius à rege præeſſe iuſſus, deformiter imperio repugnauit, præfatus ſe nihil præter anguſtos Lalandiæ fines in Dania poſſidere, eoſq; tanti non eſſe, ut pro ijs tuendis ſeipſum indubitato periculo obijcere cupiat. Cæterũ id negotij iuſtius ad pontifices quos ſolos rex arbitros habeat pertinere, quod tanto indignius ad ſe referri, quanto remotiorem à regis familiaritate gradum obtineat. Tam impudẽti iuuenis reſponſo percitus Vualdemarus, exigua illum beneficia (quod exiguis dignus ſit) accepiſſe reſpondit, de cætero ſe efficiente ſpoliandũ magis honoribus quàm beandum. Sed nec eum pontificũ familiaritatẽ inter probra ducere oportere, è quorũ numero reperire facile ſit, qui præſens negotiũ ſuo ductu finire non abnuat. Ita Kanuto impe-rium detrectante Abſalonem accerſit, eiq; Kanuti reſponſionem exponit. Deinde an naues quibus ipſum præeſſe oporteat inſtruxiſſet, perquirit. Contrà Abſalon interrogato, an ea res pontificum opera abſolui poſſet, ſuam cupidius offert, prædi-

B cando conſentaneum deſertioni opùs fore, regem periculis relictum reditum affectando dimittere. Quem Vualdemarus ob reſponſi uirtutem impenſioribus uerbis laudatũ, Kanuti moribus diſſimilem prædicabat, quod ille imperio parere non audeat, hic iuſſum ultronea ſuimet oblatione præcurrat. Regreſſus à rege Abſalon, amicis è Sialandia denũtiat ne eo torpidius remanſuras naues inſtruant, quod ab ipſo ductari regiq; debeãt. Primus Thorbernus incunctanter ſe comitem eius futurum reſpondit, cuius ſuccurſu quondam patriam exuli ſibi redditam eſſe meminerit. Petrus quoque Thorſtani filius non ſine magno rubore eum à ſe deſeri poſſe, quem & neceſſitudinis & matrimonij affinitate cõtingeret, prædicabat. Cuius comitandi Suno non minus ſibi quàm ipſis debitum incumbere profeſſus eſt, quod ei intima iunctus propinquitate noſcatur. Esbernus quem ſolum fratrẽ habebat, comitatu ſuo orbandũ negabat. In hunc modũ tota penè Sialandenſium claſſis condixit. Quo cognito rex non ſolum ipſis, ſed & Abſaloni grates habuit, qui ſibi tam propenſum ciuium fauorẽ, uirtutis meritis peperiſſet. Igitur Abſalon poſt regis diſceſſum ad tuẽdos Rugiæ fines relictus, non tam tutam incolis euagationem quàm ſecurã ipſi Daniæ quietẽ præſtitit, Pomeranorũ claſſe patriæ terminis excedere non audente. Huic Sueno Aruſienſis cum aliquãta lutenſium manu uoluntarius operum comes ac ſocius fuit. Eo tempore princeps Rugiæ Tetyſclauus cum Iarimaro fratre ſuperueniens, gratijs Abſaloni actis, tum ei, tum cæteræ claſſi ſuffecturos excubijs commeatus benigniſſime præſtitit, eiſq; inter nauigia diuidẽdis, induſtrios ex noſtris uiros præfici poſtulauit. Sed lutis allata paſſim & ſine diſtributione rapientibus, Abſalon hac munificentia ulterius uti noluit, excepto quod halec è captura ſibi deferri conſtituit, ne obſequium iniuria rependeretur. Inde domum repetiturus, apud inſulam Thynnam ſequacem lutorum claſſem dimittit. Quorum incautior pars dum auſtralia Fioniæ latera præteruehitur, apud urbem à Kanuto Priſzlaui filio conditam, piratis obuijs terreſtri ſibi fuga conſuluit, naues q; ſuas metu deſerere, pudori non duxit. Qua fama accenſus Abſalon con-

C tracta ocyus classe, magno scrutandi studio loca quæ maxime piratis familiaria noverat, indagabat. Igitur opacos insularũ anfractus, & abstrusos maris angulos assidua nauigatione rimatus, miseras captarum nauium reliquias tristiaq; prædæ uestigia repperit. Quarum inuentu ultionis auidior redditus, diuisa classe separatim lustrationis officium peragi iussit: ipse ad insulam Mansuetam cum potiore Sialandensium classe concessit. Iamq; præuiæ nauigationis excursu sociæ classis conspectu excesserat, cum fortè quidam in destinato consistens littore, crebra pilei uentilatione colloquium eius expetere uidebatur. Quem magnæ rei nũtium arbitratus, incognita ex eo cognoscendi cupidine, uelo posito terram cimba petiuit. Agnitiq; eminus hominis fidem prima uoce damnauit, quod egressę nuper à Sclauis piraticæ parum eo præscius fuerat. Is nanq; bissenas nummum libras annuatim mercedis loco pactus, quoties quatuor plures ue piratici Mioparones Daniam petere statuissent; indicia ad Absalonem se delaturum promiserat. Cuius non alia saluandi promissi ratio extitit, quàm quod ante pactionem secum initam piratas profectos asseruit. Idem Absalonem quorsum tenderet percõtatus, ut comperit domos repetere uelle, tunc denicq; expeditionẽ ab eo solui cum inchoari debuerat, astruebat. Iam quippe à Sclauis aduersum Daniam ingentem classem esse contractam. Quod ut cognitum sibi compertumq; fore, ita ambiguum extare quisnam Daniæ partes hoc paratu petere destinauerit. Aestuante Absalone & quo se hostes effusuri essent prædiscere cupiente explorationem promittit, præquisito quo nuntium referre debeat. Absalon promõtorium Monense designat, rogatq; tempus quo obuium mittere debeat: ille diem sextum definit. Nec diutile moratus abscedit, priusq; conspectum fefellerat quàm comes Absalonis classis appelleret. Nostrorum siquidem præsentiam perosus repente dilabi curæ habuit, ne re cõperta pro-

D diti ciuium consilij, morte aut exilio supplicia lueret. Nec rem Absalon tacitè habuit. Siquidem acceptum nuntium uenienti sociorum classi, suppresso autoris uocabulo, publicauit, præfatus tunc à se domos repeti cum classem exeri satius foret. Ignaris cunctis quo nam id autore compertũ haberet, tantamq; eius pręscientiam admirantibus: bifariam optione diuisa deliberare eos iubet, aucta classe an contracto equitatu uenturum hostem repellere mallent. Quod si neutrum probent, uel littorum incolas quò minus piratarum sæuitiæ pateant, proprijs relictis tutioribus recipi locis iubeant. Igitur magnates concordi sententiarum uoto neque incertam hostium appulsionem equitatu excipere promptum, neq; littorale uulgus ad interiora reijcere speciosum ducentes, naualiter confligendum decernunt. Igitur portubus augẽdæ classis gratia repetitis, remiges uelata nauigia dimittere iussi, passim ad petendos alterius expeditionis commeatus discurrere cœperunt. Absalon ob nonnulla negotia Roskyldiam proficiscitur. Quem inde reuertentem hybernum subito frigus excepit. Cuius tanta uis fuit, ut etiam aquas repẽte crustaret. Cumq; Sialandensium populares contractis alimẽtis, onustos commeatibus currus nauigia repetendo ductarẽt, tanta glacialis luti moles rotarum orbes implicuit, ut prorsus gyrare non possent. Quippe pertinax gelu ueluti glutino quodam lignis limũ astrinxerat. Quo euenit ut curruum rectores ijsdem relictis iumẽta oneribus subderent, ipsiq; pedestrium ductorum officia subirent. Quorum ocreas gelatæ sordium tabes supra quàm tibiæ ferre poterant, onerabant. Hos cum Absalon equo præteriẽs miseratorijs uerbis prosequeretur duraq; pro patria perpeti prędicaret, responderunt maioris ærumnæ esse captiuũ piraticis in transtris considere, plusq; se ex præsenti labore uoluptatis quàm amaritudinis capere. Igitur expeditionem orsus cum prope Monam uenisset, obuium accipit, quem nuper ad eiusdẽ insulæ promontoriũ nouarum rerum ex Sclauo cognoscẽdarum causa transmiserat. Illic accepit classem Sclauicam Suualdensi in portu morantem, petẽdæ Monæ propositum

A ſtum gerere, in auſtrali ipſius littore equites, pedites in ſeptentrionali ædituram, nauigia uero Kyalbyenſis ſinus anfractibus immiſſuram. Quam idcirco copias ſpargẽdas duxiſſe, ne incolis ullus fugæ locus admitteretur. Quo comperto, optímum arbitratus eſt tranquillo nauigationis genere Coztam petere: nec prius ab ea diuertere quàm claſſis hoſtica ſeipſam ex conſulto prædicti ſinus anguſtijs infudiſſet. Cui ſi inopinatè ſuperuenire nequeat, reliquas hoſtium copias occupatu facilimas autumabat, quibus nullus abſque nauigijs reditus pateat. Sclauis ſegnius agentibus, dilationem miratus Falſtriam petit, ibiq; è tota claſſe bina nauigia legit, quibus hoſtium actus ſpeculari præcepit. Horum alterum Sialandẽſibus, alterum Falſtrenſibus inſtruere iuſſum, ſtatuto, ut ſi eadem ab hoſte capi cõtigiſſet, reliquæ claſſis impenſis redemptio taxaretur. Quod audiens qui à Sialandenſibus in alterius nauigij regimen adcitus fuerat, operam ſe daturum aſſeuerabat, ne redemptionis beneficium captiuitatis iniuria paciſci neceſſe habeat. Quod non ignauiæ cauſa officium detrectando, ſed uigilantis induſtriæ fiducia ſecuritatem præſumendo aſtruxit. Verum Abſalone Coztam regreſſo, Guemmerus quidam conuiuio Falſtrenſibus præbito, nauem quæ ſpeculandi gratia ab eis expediri debuerat, epularum dulcedine retẽtabat. Siquidem humanitatis ſpecie fraudem occultans, omnium ſobrietatem eximio potionis onere fatigatam, ad ſalutare Abſalonis imperium exequendum, lentam nimis inhabilemq; reddiderat. Is Guemmerus nimia Sclauorum familiaritate corruptus, noſtræ gentis conſilia latenter eis prodere conſueuerat. Eodem quoque tempore Sialandenſium claſſem corpore magis quàm animo ſecutus fuerat. Ad cuius penates Sclaui iam portu Suualdenſi petendæ Falſtriæ propoſito egreſſi, præmittunt qui ipſum ſuper Danorum negocijs ſecretius percontentur. Tunc uero Guemmerus ab Abſalone in claſſem uocatus,
B patriæ excubias ſpecie, re uera inſidias exhibebat. Qua de re nuntij per eius domeſticos certiores effecti, maturè ſuis quæ acceperant indicant. Ea res Sclauicæ claſſis cœptum propoſitumq; fruſtrata eſt. Itaque cæteris rebus omiſſis ad ſinum, quem uiridem uocant, appellere contenti fuere. In cuius littore crucem religioſa ab incolis cura conſtructam excidere adorſi ſunt, inſigni ſtipitis ruina maiorem piraticæ gloriam habituri. Cuius ſacrilegæ temeritatis ſupplicia poſtmodum turpiſſima fuga, triſtiſſimoq; naufragio pependerunt. Falſtrenſibus quoq; heſterno mero ſaucijs ſuperueniſſent, ni Sialandicus ſpeculator inter remos ægre delapſus, ebrijs ſomnum clamore depreſſiſſet. Per quem Abſalon cognito hoſtium occurſu, noctu Inguarum & Olauum probatæ ſolertiæ uiros leuibus nauigijs ex inſula Boka ad ſpeculandũ eorum conſilium dirigit. Quibus profectis eorundẽ reditum præſtolare non paſſus abſceſſum proſequi ſtatuit, præcurrendos potius quàm imitandos exiſtimans, ne longa nuntij expectatione cuncta tardius exequeretur. Meminerat ſiquidem moris eſſe Sclauis exercitum ducturis, antelucanos amare procurſus, rebusq; celeriter confectis feſtinis ſtudere regreſſibus. Quos ne tardius aggrederetur remigium maturius inſtruit, unà ſpeculatoris ac ducis partes acturus. Quem Sclaui diluculo conſpicati, aduẽtanti cunctas nauium ſuarum puppes opponunt, proris in altum auerſis perinde ac fugæ non prælio conſulturi. At ubi Sialandenſium ſignum enituit, uehementi remorum conatu parem fugam intẽdunt, corpore uiros, animo fœminas exhibentes: nec ægre Abſalon fugientibus inſtitit. A quorũ inſecutione coorta ſubitò tempeſtate prohibitus, Falſtriã repetiuit. Tanta autem undarũ colluuio fuit ut nauium quæuis in aliam iactaretur, nec colliſioni leui opera ſuccurri poterat periculo omnes æque pulſante: periſſentq; noſtri niſi tẽpeſtati cedere maturauiſſent. Igitur Sclaui cum remigio aduerſum undarũ ſæuitiam eluctari nequirẽt, ueloq; ſibi cõſulere uellent, tẽpeſtatis magnitudine euerſis nauigijs mergebantur. Quorum periclitationis certiſſimum indicium crebra pira

C tarum nauium fragmẽta regionis noſtræ littoribus appulſa dedere. Bina ex ijs na uigia remigum uirtute à fluctibus defenſa, in larimarum Rugiæ principem incide runt, qui poſtmodum alterum ex ijs Abſaloni præmij nomine tranſmiſit, utriuſq; captionem ipſius negocio imputans. Solennis hic dies Nicolai nomine erat: cuius auſpicijs effectum eſt, ut Sclauorum exercitus ad hoc uſq; tempus Daniam hoſtiliter petere auſus non fuerit. Iamq; noſtros reditum intendentes (ut hyeme fieri ſolet) repẽtinum gelu concluſit. Quod tantæ uiolentiæ erat, ut ipſam ſinus in quo pernoctabant, ſuperficiem enata ſubito glacies occuparet. Huic tanta ſoliditas inerat, ut ſpiſſitudinẽ eius unico ictu tranſuerberare non poſſes. Cumq; eximia glaciei moles portu egreſſuris obſiſteret, induſtria prouiſum eſt, ut unius nauis præceſſu cæterarum inſecutio expediretur. Sed nec una quæuis præeundi officio dirutule fungi poterat, quod partes carinarum extrinſecæ glacialium cruſtularum acumine perinde ac ferri impreſſione exederentur. Quam ob rem præceſſionis uices inter nauigia æquo ordine diuidi curatum eſt. Ita demum per maritimos anfractus nauigatione protracta, in apertum pelagus peruẽtum eſt, indeq; ad propria cuiq; remeatum. Iamq; Abſalon temporum ſupputatione habita, uniuerſas præſentis anni partes, ternis mẽſibus exceptis, piratico labore emenſus fuerat. Poſtera æſtate apud Eydoram inter Henricum & regem communium negociorum agitatio, contractis utriuſq; prouinciæ principibus, habebatur. Vere reddito, Chriſtophoro ſolis præfecturæ ſuæ uiribus ſuccincto, proſpera aduerſum Brammeſeos expeditio fuit: qua peracta alia protinus regalibus iuſſis inſtruitur. Hanc Abſalon & Chriſtophorus ducum nomine proſecuti, primi Manſuetã uenere. Qui cum rege tardius agente rurſum Brammeſeos aggredi ſtatuiſſent, aduehitur Eskillus inſigni Scanienſium claſſe ſtipatus. Hic nuper Hieroſolyma regreſſus, barbam ad-
D modum immiſſam longinquæ peregrinationis teſtem gerebat. Igitur Abſalon ſi quid clàm tanto uiro experiretur, uitio ſibi uertendum exiſtimans, per Esbernum ei quid cupiat, indicat. Ille ſtudio Abſalonis impenſius laudato, orat ſocium ſe propoſiti habeat, caniciemq; ſuam iuuenilia quandoq; experiri permittat. Nec ſegniter promptiſſimis Scanienſium delectis, Abſalonem ſecutus, cõmuni nauigatione appulit Lalandiam. Illic noſtris obuiæ ſeptem Rugianorũ rates fuere. Vnde cum noctu ſoluiſſent, erroris metu peritũ nauigationis ex Abſalone depoſcit, quo recepto proſpero curſu deſtinati portus compendium aſſecutus eſt. Abſalonem uero noctis opacitas aliquantis nauigationis exceſſibus errabundũ effecit. Sed nec Sialandenſes erroris prorſus expertes reliquit. Par ignorantia Rugiana quoq; nauigia fefellit, & forte in eum locum inciderant, prope quem Brammeſiorum claſſis piraticam actura coierat. Cuius rei inſcij Rugiani, cum primum lux affuit noſtrorum ſe copijs inſerunt, paremq; cum ipſis militiam auſpicantur, paucis ad nauium preſidia relictis, quas Brammeſij cõſpectui ſubiectas, dilapſis metu cuſtodibus, populantur. Nec præda ſpolijſq; contenti, bina ex ijs nauigia præſtantioris fabricæ uiſa, ſecum abducunt. Quæ cum prohibentibus Sialandicæ claſſis cuſtodibus ulterius amouere non poſſent, ferro pertuſa merſerunt. Vnicam hæc prouincia urbem habebat, quæ à Danis rebus uacua reperta eſt, incolis eidem defenſionem ſuam credere non audentibus: cuius deſertioni partim defenſorũ, partim ualli inopia cauſam præbuit, antequam incolæ uocitabant qui mœnium ſuorum diffidentia cum coniugibus ac liberis ad eccleſiam extra uallum ſitam certatim ſe contulerant, religionis quàm belli præſidio tutiores futuri, pacisq; domicilio periculum uitaturi. Sed nec quiſquam è noſtris ad eorum bona manus porrigere auſus eſt, ne prædandi libido ſacrilegio implicaretur: quanquam in ſacra æde iniquas opes attentare nefas non eſſet. Neq; enim religionis autoritas, eius detractoribus auxilio obtentuiq; fore debuerat. Iamq; militãte Abſalone, Eskillus ne quid conſuetæ religionis

A gionis omitteret, primam sacris operam exhibebat. Cuius animo tantus hostium contemptus incesserat, ut in exercitu toga non armis uteretur. Interea Hurna quidam & Marquardus, quem Adolfus Holsatiæ præfectus filio moriēs tutorem reliquerat, Danorum copijs superbo sermone contemptis, ingentem Sclauorum, Saxonumq; manum contraxerant. Fortè autem nostris intermisso obequitandi labore, respirandi gratia aliquantisper humi cubantibus, Eskillus adeò se ætatis magnitudine contusum confractumq; asseuerabat, ut ne equum quidem sine adiutore conscendere posset. At ubi hostes in conspectum uenere, quouis iuuene ocyor equum insiluit, ita ut corporis eius robur nulla ex parte quassatum putares: adeò uirtus ætati imperat. Itaq; qui dictis senectutem causatus fuerat, hanc postmodum factis iuuentam redolentibus decorabat, quem in hanc uirtutis dissimulationem nihil præter uirtutē adduxit. Eodem fortè tempore ex nostris manus paruula prædæ dulcedine à cæteris digressa, cum hostes militum numero superiores, & fuga uitare deforme duceret, & pugna aggredi non auderet, inter metum pudoremq; defixa, sociorum præstolabatur aduētum, inter quam & reliquas nostri exercitus copias palustribus aquis medius fluebat, uno tantum uado meabilis, riuus. Quem Absalon cunctante primipilo primus equo transgressus, sequentibus superandæ difficultatis compendium præmonstrauit. Cuius rei ignari, hostes securius quàm cautius operiebantur, Danicorum equitum aduentum æditi montis interiectu celante. Igitur qui prius à nostris diuulsi fuerāt, non expectato sociorū auxilio quod sibi tam propinquum cernebant, auide in hostem procurrunt, ne bellum proprio metu dilatum, aliena uirtute expetere uiderentur. Quorum Sclaui paucitate contempta, postquam maiorem hac aciem humilioribus locis relictis montis iuga superare conspiciunt, terga uertētes, ab ijs quorum uires summa animi dictiq; petu
B lantia lacessiuerant, nullo negocio funduntur. Tantum semper ludibrij, insolentiæ exitus afferre consueuit. Tunc quidā ex nostris quos ex fugientibus occupabant, nuda hastarum parte equis detrudere contenti, ob communem religionem ferro prosternere passi non sunt, ne peremptorum cædes plus percussoris animæ noceret, quàm gloriæ prodesset. Quam iniuriam beneficij loco à passis acceptam credi derim. Ingenti deinde præda acta tam diu in littore perstatum est, quoad Rugianorum nauigia, quæ Brammesij uiolauerant, reficerentur. Interea Henrico duce apud Bauaros agente, uniuersi Saxonum satrapæ gerendi cum Danis belli cupiditate, quod minimo conficiendum negocio arbitrabantur, insignem uiribus exercitum amplificabant. Qui in itinere profugis occurrentibus, accipiunt Danos non rustica aut ignobili armatura, sed operoso ac militari instrumento bella gerere solere, tantæq; in Christianos clementiæ esse, ut fugientes colaphis quàm armis insectari maluerint. Nam aciem suam cum ab eis capi intercipiq; posset, equis non spiritu spoliatam, autorem uero uictoriæ solum Sialandensium antistitem extitisse. Id mirum satrapis uisum, quorum unus Guncellinus, cuius bellicæ uirtutis experientia apud Henricum ducem familiaritatis palmam creauerat, de re præsenti à cæteris consultus, Absaloni in maritimis occurrendum monebat, quod cum unius insulæ manu dimicare magni non sit. Interrogatus ab ijsdem rursum an cum ipso regemanum tutò cōferere possent: ne id quidem Henrico duci sine periculo audendum respondit. Quo dicto cunctantibus cunctis, Danicæq; uirtutis impetum formidantibus, uiam se tutioris consilij repperisse subiunxit. Nam cum uniuersæ Danorum uires maritima expeditione confluxerint, si interim Slesuicensium partes hostiliter peterentur, plus dispendij Danos quàm foris inferant, domi esse passuros. Quo audito Bernardus Razaburgensis in eam prouinciam arma se transtulturum negabat, quam per regem beneficij iure possideat. Sed neque Slesuicensium portas tametsi rex extrinsecus agat, adeousque defensoribus carere, ut planè hosti

C patêre uideantur. Nam earum custodiã sexaginta Danorum millibus esse mandatam. Quod audiens Henricus, qui Saxoniæ primatum uicario nomine administrabat, bellum à se Danis temere parari protestatus est, qui pacis patriæq; charitate flagrantes, propulsandæ magis quàm irrogandæ iniuriæ gratia aduersum insolentissimos seruos, teterrimosq; latrones Martem inducant. Quos cum innocẽtes inscessere nefas habeatur, tartareas sedes mereri, qui tam iustæ gentis cruore manus suas contaminare præsumerent. His monitis decretum remittendæ expeditionis obtinuit, cunctis tam indignum militiæ genus detrectandum censentibus. Igitur Guncellinus, qui bellicæ uirtutis operibus apud Henricum excellentem familiaritatis locum meruerat, cum sententiã suam sociorum arbitrio damnatam animaduerteret, pacificandum cum nostris ratus, Sunonem poposcit, eoq; compositionis partes plenius exhibẽte, usq; ad Henrici ducis è Bauaria reditum, belli dilationem obtinuit. Rex deinde Rugiam aduectus, Sircipinensem statuit attentare prouinciam. Quam dum peteret, eximiam uastæ cœnulentæq; paludis difficultatẽ offendit. Cuius superficies tenero uestita cespite, graminis quidem ferax, sed uestigij ita impatiens erat, ut plerunque calcantes obrueret. Nam limo funditus subsidente in luteas uoragines, sordidamq; colluuiem prolabebantur. haud aliud progressuris iter patebat. Tunc equites extenuandæ difficultatis uitandæq; lassitudinis gratia, arma sibi detracta equis imponunt, eosq; præuij ductare cœperũt. Quos ut altius cœno obrutos sustentabant, ita cum & ipsi ductando subsiderent, equorũ comam amplexi fulciebantur. Riuulos quoq;, qui in ea palude crebri admodum discurrebant, nexis uirgarum compagibus superant. Tunc uero insignis quorũdam probitas fuit. Nam quidam ex equitibus armis onusti, ductis post se equis, passibus incedebant, agilitatis fiducia onera abijcere recusantes. Quorum factum hoc illu-

D strius, quo inusitatius extitit. Sed & equi dum corpus lacunis immersum auidius erigunt, interdum ductores ungulis obruunt. Rex ipse duorum militum humeris innixus, omnibus præter proximam corpori uestem reiectis, ægre limi mollitiem superat. Raro unquam plus sudoris Danica uirtus expendit. Ingentem hostibus peragratæ paludis admiratio stupore inuexit. Neq; illis resistere tutum dicebant, à quibus & ipsam rerum naturam superatam cernebant. Victor tantæ difficultatis exercitus haud secus quàm si hostem fudisset, alacer incedebat. Ingentes deinde syluas emensus, animaduertit uicum apta nauigijs palude circundatum. Is aquarum natura quàm arte munitior erat, eaq; duntaxat parte uallum habebat, quam pons inter ipsum & cõtinentem porrectius tangebat. Hunc princeps urbis Otimarus prohibendi aditus gratia aduentante exercitu, undis illico exæquare curauit, solis stipitum reliquijs inter aquam manentibus. Quas nostri ceu quædam alterius pontis faciendi fundamẽta sortiti, propinquæ uillæ sepibus applicatis, patulatim intermeandæ paludis compẽdium moliuntur. Huius itaq; loci oppugnationem rex hortante mœniũ inopia aggressus, Absalone cum maiore equitatus parte prædatum misso, quæcunq; exædificandi pontis instrumento opportuna animaduertit, summo negocio contrahit. Huius operis contextum uerentes oppidani, cõtractis undiq; sudibus, ligneam turrim instituunt, cuius præsidio hostem tanquam arce uetarent, eiusq; propugnaculis freti, nostros promouẽdo operi quàm protegendo corpori intẽtiores, immissis subitò funditoribus, incessere cœperunt. Contrà Dani sagittis decernere adorsi quia propius accedere nequibãt, remenus tentant. Nec minus Otimarus noui pontis progressu territus, stagnum rate transgressus, regem petebat, ac prout nostrorum operam aut segnem, aut uegetem animaduertit, ita nunc parcius, nunc impensius pacis supplicationes agebat, semperq; pro oppugnationis habitu deditionis uerba concipiebat. Tunc uero remissior operis executio fuit. Sciebant enim milites si bellum reuocari deberet, pontem

A tem à ſe conſeri non oportere. In quem tanta iam armatorum moles conceſſerat, ut ne locus quidē ſuppeditādis, quæ ſtructuræ neceſſaria forēt, ſuppeteret. Adeò uincendi auida multitudo, operandi anguſtias ſibijpſa conſciuit. Sed nec aliter alatæ ſepium moles, quàm ſuper militum uertices eorundē manibus ductatæ proferri poterant. Nec inutilis ea neceſſitas fuit, cum ſepes in altum libratæ non minus corporibus muniendis proficerent, quàm aquis ſternendis prodeſſent. Eodem exemplo uulneribus ſaucij referebantur. Tum uero rarior tenuiorq; pontis contextus fiebat, militibus plus eius incrementis, quàm firmitati ſtudentibus. Et iam penè eundem inſulæ commiſerant, cum hoſtes partim arte, partim uiribus freti, nouo pugnandi genere bellum exaggerant. Siquidem haſtatas falces è turri directas, ad militum noſtrorum ſcuta tendebāt, eaq; pertinacius appræhenſa, prælian tibus detrahebant. Obnitentes interdum uiolentiore tractu ponte excuſſos profundum petere cogebāt. Cui malo ni maturius occurſum fuiſſet, Danorum iuuentus propemodum ſcutis uacua occubuiſſet. Nam ex noſtris quidam ligneī unci adminiculo, iniecta ſibi falce potitus, eadem cæteras occupando, hoſtem ſubſidio ſpoliabat. Iamq; dies occiduus erat, cum rex contiguæ noctis metu quid potiſſimum ageret incertus, ſeram oppidi captionem, futurumq; pontis incendium uerebatur. Quibus rebus cum ſe urgeri animaduerteret, ne uicto ſimilis magno cum ignauiæ rubore ab oppugnatione diſcederet, ad intuendas Otimari preces paulatim animum deflexit. Quem deſperationis errorem Abſalon cum ingenti præda ſuperueniens, conſilij ſagacitate mire diſcuſſit. Siquidem regem ſi ſe ignaro Otimari uotis annueret execratus, interpretemq; ſecretius abductum, quæcunque à Barbaro pacifice tractarētur, contrario modo exponere hortatus, armatus in pon

B tem deſcendit: militesq; eum prohibendæ pugnæ gratia adeſſe ratos, acrius inſtare compellit, prædam (ſi uincerent) eorum iuris futuram pollicitus. Grata militibus promiſſio fuit: iamq; explicito opere, alacres non ſolum telluris aditum, ſed & turris faſtigium occupant: quam ſcalis gradibusq; adorti, fundunt, obuios reſiſtentes obtruncant. Tunc Herborthus eques Danicus, ne pontis anguſtijs officientibus, ac turba ſociorum obſtante, tardior ſuperueniret, facilem ad hoſtes tranſitum nouo irruptionis genere quæſiuit. Etenim armorum onere retento, profundo ſe credidit; quoſq; gradu non poterat, incredibili nandi uirtute præceſſit. Quod factum æmulantibus cæteris, teneram pontis compaginem militum concurſus repente ſubſidere coēgit. Cuius ruina Abſalonem quoq; inter alios excuſſum, peſſundedit; qui cum nandi aſtu calleret, tametſi armis obſitus eſſet, non ſolum inter undas ſecurus emerſit, uerumetiam alios eius artis ignaros, ab imminenti periculo tutos præſtitit. Interea Sclaui non ſuppetentibus ad fugam nauigijs, dolijs ſe committere auſi, ijſdem pro rotunditatis habitu circumuoluētibus, ab inſequentibus occupantur. Qui nimirum ob inuſitatum nauigandi genus, ut ſuis miſerabiles, ita noſtris ridiculi fuere. Itaque ludibrio permixta eorum infelicitas erat. Capto uico trucidantur mares, fœminæ captiuantur. Fuere etiam qui regi capiendi Otimari conſilium inſtillarēt: quem ne recentis uictoriæ gloriam unius hominis perfida captione corrumperet, inuiolatum dimiſit, hoſtiq; parcere, quàm famæ nocere maluit. Cum omni deinde exercitu priſtinum iter remēſus, prius claſſem, mox patriam repetiuit. Poſtera æſtate Hērīcus Bauaria reuerſus, apud Eydoram ſolenne cum Danis colloquium habuit: in quo ob proſperos rerum ſucceſſus adeò ſe inſolenter ac tumide egit, ut medium pontis, ſicut antè conſueuerat, uiſendi regis cauſa, tranſgredi recuſaret, ne ſibi dignitate præſtare, quem peteret, fateretur: immemor prorſus illum paternum, auitumq; regimen gerere, ſibi alieni imperij præfecturam ceſſiſſe. Quam inſolentiam rex adeò patienter ac moderate tulit, ut in eius occurſum exæquatis pontis ſpacijs, tanquam par, non maior deſcenderet, ho

C noratiorem se ratus, si cum indignantis uiri fastu humilitate certasset. Siquidem præditus mansuetudine animus, celsitudinem suam citra debitam maiestati uene-
ratioñem submittere, quàm alienæ superbiæ exemplo insolescere maluit. Itaque
pace cum Henrico composita, Absalon cum secus Stethinnense promontorium
nauigationem haberet, leuibus saxis & ad iaciendum habilibus in eius littore lecti
tatis nauigium onerat, usurus eis ad castelli tuitionem, quod in publico negocia-
torum portu condiderat. Quibus nauigio impositis, ad idem castellum postera die
peruenit: ubi cum munditiarum gratia balneis uteretur, animaduertit cuiusdam
nauis è septentrione uenientis mentionem foris stantium collocutione crebresce-
re. Quam ut piraticã intellexit, semiloto corpore uestem popposcit, nauemq; quam
in portu uelatam dimiserat, remigibus lituo contractis, conscensam in altum diri-
gere curauit. Nicolaus quoque qui clientelæ eius & stabuli curam habebat, aliud
nauigium iampridem rimarum uitio pessundatum, exhausta sentina, ad patiẽtem
nauigationis habitum celeriter perduxit. Sed Absalon uelo, Nicolaus remigio pi-
ratas petebat. Qui cum Absalonis nauigationem suam superare conspicerent, cal
lidum fugæ commentum amplexi, submisso uelo cõtrariam uento nauigationem
remigio moliuntur. Id attentantibus, Nicolaus rate obuius fuit. Quam aduersa na-
uigatione petẽtes, mira gubernatoris solertia fefellere. Nam cum ad eius penè con
tactum peruenissent, obliquato remigio in illud nauigij sui latus quod ab hosti-
bus auersum erat, pariter concurrere iussi, reliqui se erigentis oppositu perinde
ac muro hostilia quibus incessebantur iacula uitauere. Sic hoste eluso diuerticu-
lum nacti, callidis nauigationis ambagibus recessus petebãt. Quas tanta fugæ aui-
ditas ceperat, ut cum ingens telorum uis in eorum nauigium effunderetur, etiam
manus sagittis traiecti, manentibus spiculis, remigandi officia non omitterent.
D Adeò illos timoris magnitudo uulnerũ molestiam negligere coëgit. Fuere etiam
qui undis impensius obluctantes, uitam remigio finirent. Alij telis terga confixi,
maiorem nauigandi, quàm spicula proprijs corporibus auellendi curam præsta-
bant. Adeò illis minorum uulnerum dolorem maiorum metus ademerat. Cumq;
anceps diu nauigationis certamen fuisset, quod ex remigiorum uolucritate pen-
debat, nostris tandem superantibus occupantur. Tunc quidam ex eis indubitati
periculi metu ferrum expectare non ausi, in undas desiliunt, mortemq; sibi ipsi in-
ferre, quàm ab hoste recipere maluerunt. Itaque plerunque timidos unius pericu
li metus, in aliud præcipites iactare consueuit. Maxima horum pars qui fluctibus
abstinuerant, ferro perempta est, quanquam ignobile sociorum fatum comitari
nolentibus iure parcẽdum uideretur. Quorum capita corporibus auulsa, propter
Absalonicæ urbis mœnia ijsdem stipitibus affixa sunt, qui nuper aliorum pirata-
rum à Sialandensibus captorum ceruicibus onusti fuerant. Ea res ingenti prædo-
nes pauore confecit. Plurimum siquidem ad extirpanda piratarum latrocinia spe-
ctaculi huius atrocitas ualuit. Gubernator ipse cum paucis admodum remigibus
captus, cum falsam redemptionis spem animo præsumpsisset, ac fortè putria socio-
rum capita conspicatus, idem se Danis facturũ dixisset, captiuitatis supplicijs con-
sumptus est, pœnasq; non solum ueteris piraticæ, sed etiam recentium minarum
exitio pependit. Per idem tempus Esbernus & Vuethemannus opportunas pa-
triæ excubias multo nauigationis impendio prosecuti, sedulumq; piraticæ opus
ingressi, in septem piraticos mioparones quatuor incidere nauigijs. Tunc Miro-
cus pugil spectatæ audaciæ, fortitudinis suæ motum intra propriæ nauis spacia con
tinere non passus, Vuethemanni se appetentis nauigium uirtutis fiducia solitarius
insilit, cedentibusq; per ignauiam remigibus, neminem in eo præter Vuetheman
num rebellem habuit. Quos Esbernus rate præteriens, risu prosequi contentus
fuit: neque aut hostem lædere, aut ciuem iuuare sustinuit, ne pluribus aduersum

unum

A unum opem tulisse uideretur. Progressus itaque Strumicum athletam insignis fortitudinis capit. Sed nec prius Mirocus ut pedem referret, urgeri poterat, quàm alius nauigij superueniẽtis uiribus arceretur. Cuius respectui tantum uenerationis à victoribus tributum est, ut cum captus supplicium mereretur, redemptionem acceperit, potiusq; in eo probitas honorata sit, quàm facinora punita. Ita cum impietati pernicies deberetur, fortitudini salus donata est. Eodem tempore Eskillus domesticis supra uires negocijs fatigatus, dum quieti intentius consulit, profiscisendi licentia à rege difficulter extorta, nobile Galliarum cœnobium, quod Clarauallis nũcupatur, petiuit: ibiq; priuati more tranquillam uitam degens, asperum patriæ conuictum uoluntariæ peregrinationis lenitate mutauit, iocundiorem rerum usum apud exteros, quàm inter ciues habiturus. Per idem quoque tempus Vualagostenses mœnium suorum angustias perosi, cõtractiora urbis spacia propagare cœperunt. Nec incrementa adiecisse contenti, noua defensionis præsidia excogitabant. Siquidem frequentibus palis circa mœnia defixis, quò minus hostis aditu potiretur, propinqua muris uada claudebant, profundiora fluenti loca aduolutis ingentibus saxis nauigijs inaccessa reddentes. Cæteros quoque meatus nauigationibus opportunos, aut lapidum coagmentis, aut alio impedimentorum genere præstruebant. His obstaculis rex optato locorum accessu prohibitus, classem postera aduersum Sclauos expeditione promotam, Zuinensibus ostijs inserit, Iulinicq; uacuas defensoribus ædes incendio adortus, rehabitatæ urbis nouitatem iterata penatium strage consumpsit. Nec solum Iulini uiciniam, sed & confinia Camini ipso præterito populatus est, ut factu celerius, ita quoque hostibus perniciosius ratus, patentem ruris ubertatem diripere, quàm dubia munimentorũ claustra pulsare. Nam Iulinenses cum urbis suæ recentes ruinas ferendæ obsidioni in-
B habiles cernerent, perinde ac uiribus orbati, deserta patria, præsidium Caminense petiuerant, aliena amplexi mœnia, qui propria tueri diffiderent. Ab his demum finibus exercitus noster ad urbis Oznæ solum dirigitur. Cuius mœnibus abstinẽs uicinjam irrumpit, certam agrorum uastationem, incertæ urbium obsidioni præponderare existimans. Sed etiam idem aliquanto satius faciliusq; reputabat persequi dispersos, quàm urgere munitos. Cui postmodum compendiariæ nauigationis reditum circunspicienti, in commune prouisum est, propinqui fluminis abstrusos referare secessus. Cuius ostia cum quondam nauigantibus peruia fuerint, nunc arenis obfusa, ad pristinum habitum fossa redigi possint. Quam sententiam considerata difficultatis magnitudo quassauit, rege eximiam obstaculi molem ligonibus penetrari morosum ducente, uetanteq; negocium suscipi, quod plus impensæ quàm utilitatis afferre uideretur. Igitur repetito Ozno, tormentisq; propter uallum erectis, obsidio fingitur, cuius specie deditio obtineretur. Quam simulationem spernentibus oppidanis, expeditioni finis imponitur. Aliam rege post uer posterum exorso, eiusq; opinione finitimos terrente, cum se Sclaui nec proprijs uiribus, nec peregrinis auxilijs aduersum Danica arma abundare conspicerent, delegatur Prisclauus, qui bellum apud Danos deprecaretur. In quorũ præparatam classem incidẽs, oblatæ pecuniæ captione non solum profectionem prohibuit, sed etiam pacem in biennium taxauit. Cæterum publicæ religionis conditiones Barbaris ingestæ non sunt, cuius professores plerique eorum principes existerent, uulgo sacrorum societatem damnante. Qui tametsi Christiano nomine censerentur, titulum moribus abdicabant, professionem operibus polluentes. Per idem tempus Henricus compositis in Bauaria rebus, quia Sclauis aduersum Danos adesse non poterat, amicitiam Vualdemari prius per internuncios petitam, mox apud Eydoram colloquio obtentam callidius quàm uerius amplexatus est. Nam peruicaci eius ingenio, nulla boni stabilitas seruiebat. Cum gente nostra

C nunquam diutinas ac conſtantes amicitias gerere ſuſtinuit. Mentiri uirtutem dubat, honeſto utile anteferendo. Aſſidue noſtros rupta turpiter ſocietate lædebat. Econtrario regem conſpicua animi integritas, perpetuaq; in cunctis conſtantia decorabat. Quid ergo miremur, quod inter eius uirtutes, & Saxonicam leuitatem firma ſocietatis copula, aut ſolidum concordiæ uinculum contexi non poterat? Iiſdem ferè temporibus Suerus quidam fabro patre genitus, ſacerdotij quod in Ferogia aliquandiu geſſerat partibus abdicatis, Noruagiam petens, religionis munus militia mutauit, Oſteni cuiuſdam ab Erlingo proſtrati occaſione adductus, cuius agmini per deſerta fugienti fortuito obuius ducem ſe præbuit, resq; aduerſum uictores nauare cœpit. Et ne generis titulo carere uideretur, originem mentitus, Haraldum Hybernienſem auum ſibi uendicando, Siuardo ſe procreatum confingit. Cuius etiã nomen filio, quem antea patris uocabulo unà appellauerat, aptauit. Et ut omnia prioris fortunæ momẽta ſubrueret, proauiq; uocabulo in eo repreſentari crederetur, ſimulatæ proſapiæ decus, noui nominis ornamentis uſurpare ſuſtinuit, Magnumq; ſe in argumentum generis uocitari conſtituit. Quod tam impudens mendacium turbulento militum errore, credulaq; uulgi ſuffragatione protectũ, ad totius Noruagiæ cruentiſſimam ſtragem, extremamq; perniciem penetrauit. Idem cum adhuc priuatus Suetiæ ducem Birgerum petiſſet, ſacerdoti cuius fortè hoſpitio uſus fuerat, ſtolam præcipuũ Diaconi inſigne, cum libro ſacerdotalia ſacra continente dono dediſſe fertur. Sed ne peregrinis ulterius immorer, ſtilum ad propria referam. Neq; me domeſtica ſcelera per idem tempus exorta, diutius externis inſiſtere patiuntur. Siquidem Magnus Erici filius præſentis fortunæ ſtipendijs non contentus, cum Kanuto & Carolo quibus
D paterna cum Vualdemaro neceſſitudo, maternus autẽ auus Eskillus erat, alijsq; compluribus in ſocietatem facinoris accitis, opprimendi per inſidias regis conſilium capere ſuſtinuit. A quo cum Suenonis partibus militando bello Grathico captus fuiſſet, non ſolum ſpiritu ſed etiam amicitiæ & familiaritatis iure donatus, atque ex priuata fortuna ad eminentem dignitatis locum prouectus fuerat. Tantam uictoris charitatem, ſupplicij quod meruerat loco expertus eſt. Cuius inſidiarum apparatus, hoc ſecurior, quo incredibilior extitit. Neque enim facile regis animum ſubire poterat, ab illo ſibi inſidias necti, cui quondam ſalutem à ſe tributam meminerat. Cum res diu latuiſſet, indicium huiuſmodi fuit. Quidam Theutones inſidiarum conſcij, Magno cliẽtelæ obſequijs deuincti, cum fortè negocijs eius curam adminiſtrãdo Holſatiam peragrantes, cuiuſdam ſolitariam uitam degentis hoſpitio excepti fuiſſent, eiusq; cubiculum à ſe medio tantum pariete diſcretum neſcirent, nocturno inuicem ſermone effuſius habito, uehementer ſe mirari dixere, quo pacto rex inter tot præparata ſibi inſidiarum commenta mortalium adhuc luce fungeretur, quas Magnus cum Karoli filijs eius capiti clandeſtino conſilio molitus fuerit. Has uero omnes aduerſum inſcium excogitatas, non fortuitis humanæ conditionis caſibus, ſed conſtantibus diuinæ protectionis ſubſidijs eſſe diſpulſas. Siquidem Magnum gladio duntaxat uenabuloq; quo tigres occupandi conſuetudinem habebat utentem, petituro Sialandiam regi comitandi obſequium ad cuiuſdam uſque uadi tranſitum exhibuiſſe, ibiq; Kanuti qui pari armatura inſtructus (nam id genus in uenationis ſectatoribus ſuſpectum eſſe non poterat) cum coniuratis eodem tempore ſuperuenire debebat, occurſu fraudatum, facinusq; ſine complice experiri non auſum, per ſummam propoſiti diſſimulationem cõſalutato rege propria repetiuiſſe. Poſt cuius diſceſſum Kanutum regi uadum tranſgreſſo obuium extitiſſe, turbatumq; conſortis abſentia, proſecutionis officium ſimulaſſe. Aliquãto tamen eum acrius auidiusq; quàm Magnum propo-

A propositum exequi perseueraſſe: qui regem equites ad mare præmittere, ſtipan
tibusq; fœminis morabundum in littore conſidere, & inter extremos nauigium
conſcendere ſolitum aggredi conſtituerit, peregiſſetq; facinus, ni rex abſq; omnis
humani indicij monitis, benigniore cœleſtium cura compulſus, relictis ocyus pe
diſſequis, ratem præter ſolitum ſcandere maturauiſſet. Karolum autē antea à con
iuratis in Scaniam tranſmiſſum fuiſſe, ſi fratri propoſitum ex ſententia ceſſiſſet,
ad extirpandam regis ſobolem amicorum auxilia contracturum. Sed ne ſic qui=
dem Kanutum propoſito cedere uoluiſſe, quod apud Fioniam fruſtra tentatum,
in Scania maiori cum opportunitate conſummare ſperauerit, Vualdemarum ad
Helſingorum urbem præcurrere maturando, eumq; cum primum Scaniæ adue=
ctus rate excederet, incautum opprimere moliendo, quem poſt diurna uenatio=
nis exercitia, præmiſſis arbitris eo loci paruula rate corpuſculo tranſire ſolitum,
non ignoraret: quam machinationem fortuitis neceſſitatis præſidijs eluſam fuiſ=
ſe. Nam ratem quæ regem uehebat cum fortè glaciali impulſu procul à cōcupito
littore detorqueretur, militum eius aduentum præſtolantium ingēti cohorte ex=
ceptam fuiſſe, eamq; manum neceſſitati ſubuenire conatam, coniuratorum inſi=
diis obſtitiſſe. Ita Kanutum & Karolum bis propoſiti caſſos, loricas quas inuaden
di regis gratia ſub tunicis geſtabant hoſpitijs reddidiſſe. Horum autem omnium
admirationem uincere, quod Vualdemarus unius ex cōiuratis ſibi perfamiliaris
ſuſpectum minime, ferrum uitare potuerit. Qui cum regi per rhedam aucupium
exercenti, ſolitarius comes aurigaq; exiſtere ſoleret, deficientibus coniurationis
autoribus, parricidale miniſterium circa ipſum comprehenſa aue curru delapſus
iuuandi accipitris curam intēta corporis inclinatione tractaret, ſua manu peragen
B dum promiſerat, fortunam tamen in tanta tamq; facili inſidiandi materia promiſſis
parricidij partibus aditum non dediſſe. Horum itaq; euentuum miraculis liquere
mortali manu regem perire non poſſe, cuius ſalutem inter tot exitioſa, arcanaq;
pericula, non induſtria humana, ſed cœleſtis protexerit diligētia. Hanc hoſpitum
relationem à rerum admiratione profectam, eremita perinde ac ſi diuinitus dati
indicij myſterium ueneratus, cuidam monachorum rectori ad ſe uenienti memo
ri narratione replicuit, iuſſo horum indicandorū gratia ad regem tranſitum non
differre. Quibus acceptis rex, cum ex diffinitione locorum, argumentisq; tem=
porum, necnon itinerum ſuorum circunſtantijs fidem aſſertis habere cœpiſſet,
non minus ſibi ſubſidij Deum in prodendis inſidijs præſtitiſſe, quàm in fruſtran
dis tribuiſſet, gratulatus eſt. Cuius rei ignorantia Karolus priſtina adhuc ſecu=
ritate ſuccinctus, ſiue tegendi parricidalis propoſiti calliditate, ſeu peragendi de=
ſperatione, Abſalonem ob cognationis fiduciam petitum, impetrādis ſibi à rege
prouincialis beneficij adiutorem depoſcit. Quo propinqui preces attentius ex=
equente, Vualdemarus diſſimulata inſidiarum cognitione, ex fiſco ſuo ſe ſtipen=
dia Karolo ſoluturum promittit, quoad honoris ei impertiendi facultas incideret.
Cumq; Roskildiam ueniens in æde Trinitatis optimæ maximæ, morem ſacris
geſſiſſet, amotis arbitris Abſalonem adeſſe præcepit: quo ſecum conſidente in=
dicem aduocans, quæ ſibi detulerit iterato exponere iubet. Ille propinquitatis
metu qua Abſalon à Kanuti filijs contingebatur eloqui ueritus, atque os rubore
perfuſus, aliquandiu plenum hæſitationis ſilentium egit. Cuius taciturnitatis rex
ilico cauſam coniectans, hoc, inquit, te metu Abſalonis fides liberat, apud quem
meæ reſpectum charitatis propriæ neceſſitudinis affectioni præponderare non
dubitem. Quo dicto ſenioris uocem uerecunda animi hæſitatione torpentem, ad
eloquenda quæ iubebantur intrepidam reddidit. Is itaque relationem ab inſidia=
rum principio orſus, cunctasq; earum partes ueris narrationis indicijs proſecu=
tus, hoc non ſuæ ſed alienæ compertionis fuiſſe teſtatur, rogatum ſe tantum ea=

C dem regi referenda curare. Tunc rex eo ſecedere iuſſo, ductis alte ſuſpiriſs, priuatim apud Abſalonem queri cœpit, numquam ſibi uel cognationis ius, uel beneficentiæ meritum obtentui fore potuiſſe, quo minus malis propinquorum artibus appeteretur. Quorum fraudem ſi diſſimulanter tolerare cœpiſſet, effectum inſidiis præbere poſſe, quæ tam potentũ tamq; ſibi familiarium ſtudiis necterentur. Si uero parum adhuc publicato facinore, ſupplicia de indemnatis ſumere maturaſſet, dolioq; notitia à paucioribus ſumpta crudelius in æmulos conſuluiſſet, innoxia capita cõfictis criminationis partibus obruere uideretur, inuidiaq; uirtutis accenſus, ad communem generis ſui interitum uariis inſimulationis modis exùr gere neceſſitudinis euerſor, affiniumq; conſumptor cenſendus. Igitur & patientiam periculoſam, & ultionẽ ſi præpropera foret, probroſam exiſtere. Ita ſe quem uindictæ modum apprehendere debeat ignorare, cuius & ignominioſa accelera tio ſit & pernicioſa dilatio. Cæterum inſidiarum periculis patere malle, quàm in autores facinus retorquere, ni mors ſua ad aliorum confeſtim exitium redunda ret, quam liberorum ſuorum amicorumq; miſerabilis ſtrages, mox diſcordia ciuilis, ſæuaq; exterorum irruptio, ac totius patriæ teterrima uaſtitas inſequeretur. Hæc & cõſentanea rex crebris anxiſq; gemitibus proſecutus, quæ maxime ſibi conducant Abſalonem diſpicere iubet. Ille ſe nihil à regis æſtimatione diuerſum perpendere refert, præfatus ipſum ex repentino uindictæ procurſu, non leuius fa mæ diſpendiũ quàm ſalutis ex dilatione capturũ. Quam ob rem animaduerſionis ius diuino permittendũ arbitrio, qui potis ſit inſidias quas eluſerit publicare. Sed neq; rem cuius multitudo cõſcia ſit, diutule uulgus latere poſſe. Hortatur deinde corporis ſui cuſtodiam conſuetis comitibus attentius mandet, iubeatq; nunquam ſibi inermes aſſiſtere, nec magis ſalutem ſuam diurnis eorũ officiis, quàm noctur-

D nis excubiis uallari curet. Sic enim coniuratorum aliquos, ſe proditos ſuſpicãtes, repentinum propoſiti indicium ædituros. Gratum Vualdemaro conſilium fuit. Cuius Roskildiam linquentis Abſalon comitem agens, ſolicitatur à Carolo petitionis ſuæ partes quas nuper apud regem egerit, iterare. Quod exſequente eo, reſpondetur à rege, raram beneficij gratiam eſſe, quod accipiens parricidio penſare ſtudeat. Præterea miram quorundam ingeniis & fallendi pertinaciam, & diſſimulandi ineſſe uerſutiam. Se nihilominus cum primum lutiam introierit inſidioſo militi munificum futurum, à quo potentiæ ius in id maximæ uulgus affectari non dubitet. Iocunda Carolo promiſſio extitit, quam ſibi per Abſalonem expoſitam impenſiore gratiarum relatione proſequebatur: finxit enim oris hilaritatem, lætitiamq; effuſius prætulit, quam non tam recipiendi beneficij quàm implendi parricidij affectus progenuit, quod ei regiæ diſſimulationis induſtria ſecuritatis incrementa tribueret. Huic poſtmodũ fortè materni aui Eskilli per idem tempus à Gallia nauigantis appulſus, urbem Ripam cum Kanuto fratre petendi cauſam præbuit. Quorũ Benedictus quidam ſolo patre germanus, ſed pellice æditus, regiæ cliẽtelæ fortior quàm fidelior comes, Vualdemaro paucis pòſt diebus quàm Fioniam ingreſſus fuerat in propatulo prandente, ſiue celandæ fraudis impatientia adductus, ſeu parricidij quod cogitauerat furiis cõcitatus, neglectis epulis cultrum, quem fortè prandendi gratia ſumpſerat, compreſſa manu, huc atque illuc actum, uaria ancipitiq; uerſatione ſtringebat, perinde ac uſum eius ad inferendas plagas agitationis exercitiis prædiſcere cupiens. Interdum ferrum ſinu condebat, detectumq; rurſum digitis inſerebat. Inter hæc aſſidue regem oculis deſtinabat, quibus non minus quàm manui minarum ineſſe uideretur. Cuius motibus amentiæ conſentaneis, Vualdemarus per ſponſam filij Gerthrudem ob id muliebriter lachrymantem oculos inſerere monitus, Nicolaum qui regiæ menſæ præerat, quàm poterat arcanis nutibus accerſitum, uiſum ad inuſitatos Benedicti

A nedicti gestus obliquare tacite iubet, amotisq; post epulas mẽsis cæteris sibi proprium consistere, prædicti equitis si quas moliretur insidias excepturum. Sed Benedictum tum ipsius regis, tum commilitonum plena stuporis contemplatio, ferrum uaginæ reddere coëgit. Crediderim uero hunc animi æstum eius præcordijs diuinitus ingestum, eodemq; autore proditum facinus quo prohibitum esse. Tum demum Vualdemarus neglectum Absalonis consilium pœnitentia prosecutus, deuocatis in cubiculũ militibus, inter quos & Benedictus astabat, rem mœstam eisq; perquam maxime displicituram afferre se dixit, quam & prodere triste sit, & celare pestiferum: nec se dubitare quin eadem in cõmune delata, amicorum mentes tristitiæ salebris sit implicatura, tantoq; eis plus amaritudinis incussura, quanto regem suum propensiore charitatis cultu contingerent. Siquidem quorundam conspirationem de nece sua habitam, nõ dubijs coniecturæ rationibus, sed ueris conscíorum indicijs, certisq; rerum uestigijs sibi proditam esse, cuius autoribus primam salutis suæ custodiam credere consueuerit. Nolle uero se eorum declarare uocabula, quod noxios resipiscẽdi inducijs donare, quàm insimulandi studio obruere mallet. Hortatur deinde maiore cum sedulitate uallandũ se curẽt, nec usquam gladijs uacui incedentẽ comitari sustineãt, stipãdiq; officia hactenus per incuriam gesta, deinceps elaborato famulandi studio prosequãtur, tantaq; id solicitudine peragant, perinde ac quiuis propriæ synceritatis certitudine de alienа ambigere necesse habeat. Sed neq; se uniuersos notabiles ducere, de quorum grege complures ad mortem pro se excipiendam, si res posceret, paratissimos sciret. Tunc milites mutua fidei æmulatione conscíorũ indicium flagitantes, à perfidis erga regem capitibus uindictam se exacturos promittunt: neque aut necessitudinis aut familiaritatis gratia tẽperaturos, quo minus sanguinis eius cupidos,

B pœnas quas mererentur persoluere sint coacturi. Ad hæc rex referre, fidei syncerítate contentos, ulteriores indicij partes expetere nõ oportere. Ita militum preces ab innocentiæ conscíẽtia profectas, plenum moderationis responsum cessare compulit. At Benedictus coniurationem à conscijs regi proditam ratus, eumq; his quos incautos opprimere cuperet, callidis simulationis ambagibus ueniã policeri, pleriscq; militiæ insignibus relictis, lutiam qua potuit celeritate petiuit, detectæ factionis nuncio ad Magnum dimisso. Ita perfidum eius animũ mordax conscientiæ crimen regiæ mãsuetudinis promissis fidem habere uetuit. Quæ res Magno proxima nocte nauigio Lubecam proficiscendi, indeq; Henrici contubernium expetendi causam præstitit. Eodem nuncio Kanutus & Carolus per Benedictum accepto, tacite Ripensium urbe egressi, conscensa apud Randrusium naue, præfectum Gothiæ Birgerum propinquitatis fiducia petiuere. Adeò illos malignæ conscientiæ uis securitate defectos, subito pauore quati coëgit. Quorum profectionem Eskillus, tum propriam, tum nepotum fortunã miserabilius questus, infinitæ ægritudinis molestia prosequebatur, ob cuius magnitudinẽ linguæ debilitate contracta, parum uocalis euasit. Quem rex ad se Vuibergi uenientem iocunda admodum fronte suscepit, ne quid suspicionis in eius aduentu reponere uideretur. Quam regis moderationem pontificis prudentia æquauit. Supplicem enim pro nepotibus uocem mittere non sustinuit, quo magis se ab insidiarum suspicione alienum efficeret, neue eorum culpæ affinis, quos precibus seruare cuperet, existimari posset, consultius arbitrando taciturnitatis argumento malignitatis suspicionem uitare, quàm offensam pro noxijs supplicando contrahere. Cui postmodum Scaniam profecto, opportuna medicorum industria debilitatæ uocis opem redintegrauit. At mentem eius ingenti curarum æstu obsitam ægritudine uacare nepotum proprio spiritu chariorum fortuna passa non est. Adeò facilius corporis quàm animi discrimina uitantur. At Magnus facinoris pudore

C quam exilij cauſam haberet, Henrico pandere ueritus, reconciliationis ab ipſo
duntaxat remedia poſtulabat. Ille exulis uota auerſari impium ratus, epiſtola ad
Vualdemarum tranſmiſſa, conceptæ erga Magnum offenſæ remiſſionem effla-
gitat. Ad hæc Vualdemarus legatione quàm literis reſpondere ſatius ratus, Hen
ricum quem ſtabulo ſuo præpoſuerat, Germanicæ uocis admodum gnarum, in
Saxoniam dirigi curat, apud eius ducem Henricũ, Magni perfidiã accuſaturum.
Quo audito, Magnus rubore in audaciam uerſo, quàm poterat pertinaciter obie
ctis ſe affinem negare, & ueluti in augmentum innocẽtiæ duello manum offerre,
eodem acumine diſſimulationem amplexus, quo facinus molitus fuerat. Refert
legatus nõ ob hoc ſe eò miſſum, ut accuſationis partes apud exteros ferro proſe-
qui debeat, ſed ut reum cauſam ſuã ad regis cognitionẽ transferre, defenſionemq;
patria lege decretã ſubire moneat. Tum duce, quem defenſionis modũ aduerſum
hoc criminationis genus lex Danica ſtatueret, rogante, penes ferrũ purgationis
morem conſiſtere reſpondit. Tunc Magnus à duce rogatus, an tantũ fiduciæ in
innocentia ſua reponeret, ut huius experimẽti indicio ſpem defenſionis petere au
deret: anceps id genus, nec ſemper miraculo prædituin aiebat, quod plerunq; &
inſontes damnare, & noxios abſoluere ſoleat, fortuitosq; maxime experimentorũ
euentus habeat: neq; enim diuinam potentiã tanta mortaliũ cura flagrare, ut qui-
buslibet eorum uotis rerum naturã cedere compellat. Suſpecta pleriſq; reſpõſio
fuit. Tum duce quam à ſe opem ſperare debeat, qui tanti criminis obiectionẽ pa-
trijs inſtitutis refellere nollet, arctius perquirẽte, quid ageret incertus, aliquandiu
reſponſi cunctationem exhibuit. Tandem ulterioris profugi diffidẽtia adductus,
ultrò regem aditurũ ſe dixit, ſi ſibi quemcunq; cauſa exitum ſortiretur, impunita-
tis fides daretur. In cuius fiduciæ certitudinem ſtabularius ſpõſionis ſuæ pignus
D offerre cœpit, præfatus capitali crimine damnatis, patriæ legis inſtituto dilabendi
inducias tribui, ijſdemq; è ueſtigio ſupplicij irrogari nefas haberi. Qua Magnus
oblatione contempta, ſolam Abſalonis fidem ſe pignoris loco recepturum aſſe-
ruit. Quæ cum rex ex legato cognoſſet, epiſtola duci redditur, qua Magno ſub
Abſalonis obtentu, ueniendi, diſcedendiq; poteſtas promittitur. Quo euenit ut
Abſalon prius Magnum hoſpitio exciperet, quàm ullum aduẽtus eius nuncium
à rege ſumpſiſſet, literas quæ pro eiuſdem receptione deſtinabãtur nimio feſtina-
tionis ſtudio præcurrentẽ. Quibus tandem per regem ſuſceptis ſolicitudinem im
prouiſi hoſpitis plenis fiduciæ promiſſis diſcutere curæ habuit. Quibus erectus
Magnus, plus ſpei in Abſalonis auxilio, quàm metus in ſua noxa repoſuit. Quo
euenit, ut maiore formidinis parte depoſita, propria repetere non dubitaret, na-
uigationẽ qua lutiam petiturus erat, neceſſarijs uſibus inſtructurus. Quippe cau
ſam apud Auruſiam dicere iubebatur: uerum hoc ſecuritatis robur, deprehenſa
ſecretorum eius legatio quaſſauit. Siquidem binas eius epiſtolas proditionis man
data geſtantes, à publicorũ itinerum obſeruatoribus intercipi cõtigit. Quas cum
regi allatas ab intermeantibus expertus fuiſſet, formulam qua ſignatoria utebã-
tur, proprij ſcribæ negligentia amiſſam confingit. Idq; non ſolum inter ſuos, ſed
etiam apud Abſalonem ſimulatione proſequi curauit, opinionem ſerere cupiẽs,
adulterinas epiſtolas à formulæ repertoribus odio ſui fuiſſe cõpoſitas. Appetẽte
cauſæ dictionis tempore, binis nauigijs inſtructus, Abſaloni Sialandiæ & Scaniæ
magnatibus comitato obuius affuit. Quo adito conſcientiæ ſtimulis actus, trepi-
dationem fide maiorẽ, præteritæq; uitæ fortitudini indebitam exhibẽdo, nullis ſe
exhortationibus ut lutiam peteret adducendum iurabat: plus à ſe metus in regis
offenſa, quàm opis in cuiuſpiam patrocinio reponi præfatus. Præterea fortuitam
figilli ſui amiſſionẽ cauſatus, æmulorũ commento occaſionẽ ex eiuſdẽ inuẽtione
nactorum, inimicas regi literas ſuo nomine confictas aſſeuerabat. Sed Abſalone
tametſi

A tametſi criminis acta ab eo cõfeſſio foret, nihil commiſſum quo minus inuiolatus diſcederet, cõſtantius aſſerente, ſociali illum nauigatione proſequitur, plus amici monitis quàm proprio pauori indulgens. Cui rex omni Danica nobilitate ſtipatus, apud uillam Vuiby ſibi per Abſalonem oblato, menſæ ſacra communicare paſſus nõ eſt, ne conuiuam agendo offenſam deponere uideretur. Quem die poſtero ad concionem uocatum, ſuorũ in eum benignitate expoſita, maieſtatis reum agere cœpit, pietatem parricidio rependere auidum, quod eius fuga nõ uiolenter ingeſta, ſed à ſolo conſciẽtiæ reatu profecta recẽter prodiderit. Ad hæc Magnus, ſe non cuiuſpiam delicti, ſed minacis nunciꝫ per Benedictum accepti impulſu, dilabendi conſiliũ cepiſſe teſtatur, regiæ ſuſpicionis cauſam è longinquo tutius ſpectaturus. Præterea mirari ſe, quo pacto rex propinquum, quem omni familiaritatis iure proſequi cõſueuerat, inanium ſuſpicionum ductu perſequi ſuſtineat. Contrà rex, hoc eum ingratiorem, quo meritorum ſuorum negligentiorem, aſtruere: & in perfidiæ argumentum ſupradictas ipſius epiſtolas, quarum altera clauſa, altera aperta obſignabatur, in commune proferre. quas etiam per præſentes pontifices circunferri, & an uero Magni ſignaculo obſitæ eſſent, curioſius annotari præcepit. Quod inſpectãtibus cunctis, adulterinumꝙ eſſe negãtibus, recitari eas in publico iubet. Aperta Scanienſibus ſcribebatur, regem ſuper complurium oppreſſione calumnians, cunctosꝙ ad bellum cum eo gerendum exhortans, Magnum repetendæ libertatis autorem habituros. Clauſa ad Kanutum & Karolum eodem quo prior titulo mittebatur, quæ eos res in Scania nouare moneret, Magnumꝙ idem apud Iutiam facturũ promitteret: ſic regem uiribus carituram, maiorum regni prouinciarum auxilijs ad eum cõmeare prohibitis. Perlectasꝙ epiB ſtolas Magnus cum reſponſo excepturus putaretur, indice metus ſilentio utebatur. Quinetiam tantũ ſtuporis animo contraxerat, ut uoce quoꝙ deficeretur, interneæ perturbationis notas confuſo oris habitu præ ſe ferens. Notabilis uiri taciturnitas fuit, quæ ne confeſſionis loco duceretur, prudens Abſalonis interuentus effecit, miratu indignum dicẽtis, ad nouos criminationis obiectus hominem defenſionis dubium, pleno meditationis conſilio reſpondendi officia tardius exhibere, protinusꝙ eum dandi reſponſi gratia colloquio excedere, & quos uelit ex amicis in conſilium trahere iubet. Quo dicto recreatus Magnus, atꝙ ad ſpem labefactãdæ accuſationis erectus, acceptis cõſultationis inducijs, Abſalonẽ cum Tukone Vuendilenſiũ antiſtite ſeuocat. Is Tuko patri eius Erico diaconatus obſequijs percharus habitus, deꝙ eius clientela ad pontificatum accitus fuerat. Cuius rei grata recordatione, Magni charitatem propẽſius animo inſitam habebat. Quem multũ diuꝙ ob cogitati ſceleris immanitatẽ, profectis à dolore cõuicijs inſecutus, reſpondẽte eo epiſtolas aliena fraude cõtextas, ſuperuacuũ id purgationis genus aſtruxit, non ſolũ ſcripturæ, ſed & ſtili modũ quo ſcriba ipſius Lambertus in dictandis epiſtolis uti ſoleat, certiſſime recognoſcere præfatus. Cuius affirmationẽ Abſalone conſentaneis uerbis proſequente, tantũ Magno deſperationis inceſſit, ut an eos ſibi confeſſionis remedia amplecti liceret, trepide percontaretur. Tum Abſalon tametſi cõfeſſio periculo non careret, ad hanc tamen ante procurrẽdum quàm de uenia actum excuſſumꝙ foret, negabat, ſuadetꝙ uti ſtupore depoſito, per ſe uel per amicũ in poſterum diem inducіarũ facultatem audacter efflagitet, firmato animo rem felicius expleturus. Quibus admiſſis, rex præſentẽ nobilium cateruam ueſpere iter ingreſſus, ad Vnnonis locupletiſſimi uiri penates ſecum perduxit. In qua profectione Abſalon à Magno admodũ æſtuãte, quiſnam defenſionis modus obiectis cõgrueret curioſiore percontatione cõſultus, nullã partem probro aut periculo uacuã agebat. Nam nec accuſationẽ tot rerum indicijs ſubnixam refellere promptũ, nec purgationis partes detrectare ſyncerum: confeſſionis

C uero exitum ancipitem fore, quam nulla ueniæ certitudo præcurreret. Ita uerax
responsi dator consultori ignorantiam prætendere, quàm in dubijs certitudinem
promittere, fidelius duxit. Tunc Magno omnia se ueraciter relaturum, si ueniam
confessioni tribuendã speraret dicente, intrepide eum sibi secreta quæ uellet com
mittere iubet, nullum eorum indiciũ ad regem ex se manaturum præfatus. Tum
illo omnem insidiarum ordinem patefacere cupiente, Absalon narrationem ad=
mittere noluit, ne eam sacerdotali ministerio confessionis loco recipere uideretur.
Suadet itaque Sunonem & Esbernum secum adhibeat, quos in rebus arcanis te=
gendis industrios sciat. Quibus admissis Absaloníq; data fide pollicitis, absq; eius
conniuentia nullam se præsentis arcani mentionem acturos. Magnus insidiarum
seriem à principio retexere orsus, non solum se cum his quorum crimen testis fu=
ga prodiderat, iure notatum asseruit, sed etiam complura ad regis caput pertinen
tia adhuc eius notitiæ parũ indita, apertissima cõfessione detexit: Eskillum (Asceri
hic filius erat) & Christiernum patre Suenone natum, eiusdem culpæ cõscios as=
seuerando, Christierni fratrem Ascerum cui in templo Lundensi prima post anti
stitem dignitas cesserat, coniurationis consilium scisse potius quàm probasse testa
tus. Confecto itinere postquam opportunum colloquio tempus occurrit, Absa=
lon cum Sunone & Esberno regẽ paulisper sine arbitris esse iussum, contemplari
causæ exitum monet, in qua nec accusationẽ actori instruere expeditum, nec reo
confessionem amplecti tutum ducatur. Qui si indemnatus abscederet, complures
ad innocentiam sibi decernendam adduceret. Sin confessus uenia careret, simpli=
citatis exemplo culpæ socijs tegendæ eius documentum præberet. Igitur elabo=
randum ut spontanea ab eo confessio elici posset, quem testimonio insequi prom
ptum non esset. In hanc sententiam perducto rege, & se pœnam confessioni re=
D mittere promittente, cum Magnus postera die in concione ab eo quid super re=
sponso deliberasset interrogatus fuisset, à coniurationis initio orsus pudore post=
habito, omnem insidiarum contextum, non solum conscios, sed etiam loca rerum
ac tempora perstringendo, uera narrationis serie prosequebatur: regem inter tot
peruicacissimæ artis ambages, non sorte humana, sed diuina opera seruatum affir
mans: seq; non aliud magis mirari quàm quod fraudẽ tanta familiarium arte com
positam propitiæ fortunæ interuentus eluserit, hominemq; tot ciuium dolis peti=
tum casus incolumem seruare potuerit. His dictis, genibus regis supplice uultu
gemebundus aduoluitur. Quem rex præteritæ amicitiæ uerecundia consurgere
iussum, ingratæ mentis exprobratione coarguit, illius per insidias opprimẽdi cu=
piditate perfusum, cuius à primæua ætate perpetuam charitatem expertus fuerit:
à quo belli Grathici temporibus, non tantum spiritum sibi datum, sed etiam adie=
cta potestatis incrementa meminerit. Se enim non solũ propinquitati supplicium
remisisse, sed etiam munificentiam impendisse, eum uero cum fidem beneficio
debuisset, perfidiam rependisse. Itaq; meritorum suorum obliuionem ab eo tam
nequiter actam admirans, nec pristinæ cõfessionis assertione contentus, an se per
insidias opprimere cogitasset inquirere perseuerauit. Ille nec animum sibi nec ar=
ma, nihilq; quod tanto facinori attinuit, excepto Dei nutu defuisse subiũxit. De=
lectatus rex tam audaci hominis responso, ueniam se confessioni tribuere, non fa
miliaritatem restituere dixit, ne rursum amicitiæ copia insidiarum irritamentum
existeret. Eundem quoque tacita ad Kanutum Karolum ue mandata habere pro=
hibuit, monitum ne culpam repetere uelit, cui diuinam potentiam tam constan=
ter obniti persenserit. Ille se si quid tale committeret, ulterioris ueniæ remedijs in=
dignum uocare, ne precibus quidem salutem deinceps tueri ausurum. Quo rex
sedendi locum repetere iusso, protinus Suenonis filiũ Christiernũ quem peracta
Magni causa, per ignorantiam casus obtulerat, iracunda admodum accusatione
persequitur,

A perſequitur. Qui cum ſe cõſortis indicio proditum accepiſſet, defenſionis inops confeſſione ueniam impetrauit: nec ſolum ſpiritum, uerumetiã bonorũ omnium incolumitatem aſſecutus eſt, exilio duntaxat pœnas dare coactus, ne promptus ad crimen regreſſus ſuppeteret. Ita moderatio manifeſtam militis culpam, extremumq; ſupplicium meritam, proſcriptione inſequi contẽta extitit. Taliter exacto conſilio, Magnoq; Fioniam reuerſo, Vualdemarus inſulã ferarũ gregibus abundantem, more regio prædæ uenaticæ uacaturus ingreditur. Quo loci Abſalon & Aſcerus à maximo pontifice Eskillo ob ueniam eius nepotibus cõciliandam, quæ Magni exemplo ſpõderi uidebatur, tranſmiſſi, inexorabilem regis animum experti ſunt: à quo demum Aſcerus an coniurationis fautorem egiſſet rogatus, cognitioni ſe quidem affinem, ſed à cõſenſu immunem aſſeruit, nec tam odio regis quàm delationis pudore, prodendiq; commiſſi uerecũdia hæc feciſſe. Quem confeſſionis modum diuturni poſtmodum exilij cauſam habuit. Huius legationis contemptũ tam ægre Eskillus tulit, ut uarijs corporis peſtibus contractis, gra uibus hyemem morbis exigeret. Qua finita Vualdemarus, Daniæ, Suetiæq; primoribus accerſitis, regales filiæ nuptias exornat. Quibus peractis Vualdemarũ Eskillus ſecreta allocutione petitum enixe depoſcit, arcani quod ei committere uelit intempeſtiuam confeſſionem non arguat. A quo poſtulata ſperare iuſſus, iampridem deponendi pontificatus allatam ſibi cupidinẽ dicit, quem tanto oneri imparem ætas uiribus defuncta conſtituat: neq; enim in faſtigio ſe, ſed priuatum ac procuratione liberum decedere uelle, præteritæ conuerſationis habitum monaſtica mutaturum. Quem cum rex uerbis charitatem ſimulantibus propoſito prohiberet, idq; ei ſine Romana autoritate exequendi fas eſſe negaret, habere ſe

B ſummi pontificis epiſtolas, per quas non ſolum abdicandi honoris licentiam, ſed etiam transferendi in quem uellet poteſtatem acceperit, teſtatus eſt: huc accedere quod ſe Romanæ legationis officio fungentem, ne ſedes ſucceſſore uacua habeatur, ſubrogationis curam exhibere par ſit. Quod dictũ rex, Aſcerum ab eo pontificem adoptari ratus, ſuſpitione inſequi cœpit, nec dubius Kanutũ & Karolum ſi quid ulterius aduerſum ſe conati forent, multũ ab auo uiriũ contracturos. Cum diu uerbis amicitiam præferentibus egiſſet, ad poſtremum uotis eius annuere ſe dixit, quod Romanæ ſententiæ decreto obuiam ire nequeat, penes quam publicæ religionis norma cõſiſtat. Tum Eskillus honoris abdicationem contractorum pontificum frequentia celebrari magni æſtimans, profecturum ab urbe regem precari inſtitit, uti ipſos exacto menſe ſecum reducat, quos non ſolum ſuæ renunciationi, uerumetiam noui antiſtitis creationi intereſſe expediat. Quam rem prorſus ſilentio dignã exiſtere, ne cognita quenquam electionis metu dilabi cogeret. Quo conceſſo ſtatam interim ſolennemq; popularium concionem ingreſſus, docet quantã ſubditorũ charitatem faſtigio functus exhibuerit, quanque beneuolo ſtudio merita ſua publicus eorum fauor penſauerit. Iam uero ſibi re pontificali cedere in animo eſſe, cuius adminiſtrationi ſupremæ ætatis ſuæ habitum diſſidere conſpiciat, ideoq; ſe eorum curam quam hactenus plenis pietatis officijs geſſerit, diuino mãdare præſidio, cunctisq; ſibi militiæ fide deuinctis huiuſce generis nexum remittere: ſuper hæc omnia alienis delictis ueniã dare, proprijs petere, uniuerſos etiã diſceſſum ſuum pijs precibus proſequi, uotisq; pro ſe excubare precatur, parem ſe eis dignationem repenſurum pollicitus. Adeò autem miſerabiliter in concione egit, ut eam lachrymis ſuffuſam dimitteret. Qua ſoluta, Abſalonem Sialandia redeuntem, miſſis quibus exciperetur equis, penatum ſuorum hoſpitio uti compulit. A quo quid ita plebem mœſtitia affeciſſet rogatus, tum ſenium ſuum, tum exilium nepotũ, dignitatis ſibi patriæq; faſtidium afferre reſpondit. Huc accedere uoti religionem qua ſe dudum Bernardo Clarauallenſi põtificatu ultrò

C ceſſurum, priuatamq; uitam & honoribus defunctam acturum ſpoponderit. Die poſtero cum prædicti prouinciarũ antiſtes in ædem Laurentij matutine coiſſent, ornamenta ſacrarij armamentario egeri, conſpectuiq; ſubijci iubet, quantum ueteri altarium cultui, priſtinoq; ſacrorum ſplendori noua ac religioſa liberalitate adiecerit, in propatulo oſtẽdere cupiẽs. Quibus prolatis, uoce ſuſpirijs permixta, quantis charitatis impendijs pro ſubditorum pace ac ſtabilitate excubuerit, quot erumnis, quot periculis obſitum omne pontificatus ſui tempus exegerit, edocet. Quem ob hoc ſe deponere ſtatuiſſe, quod ætatis ſuæ magnitudinẽ ulteriori eius functioni inhabilem ſentiat. Cuius orationem rex reſpondẽdi officio ſubſecutus, eum tametſi crebras cum regibus ſimultates geſſiſſet, põtificis partes laudabiliter executum affirmat. Suæ uero ſententiæ reſignationis eius propoſitum non place re, cui iam eò ætatis peruentum ſit, ut malignitatis ultra notari nõ debeat. Deinde eum proprio motu, an ſuo compulſu paſtoris officium detrecta ret, fateri iubet. Tunc Eskillus directis in aram manibus, iurare & præſentia ſacra teſtari ſe non odio regis, aut ullius iniuriæ ex eo receptæ uiolentia, ſed perituri honoris faſtidio, perpetuiq; ſtudio huc propoſiti eſſe perductum. Grata regi reſpõſio fuit, cupienti uera põtificis aſſertione, calumniæ ſuſpicionẽ uitare. Rogat deinde, an unquam regia ſeueritate pœnas ab his exigere ſuperſediſſet, aduerſum quos ille pontifica lem cenſuram prior diſtringendam curaſſet. Quo nihil tale eum egiſſe fatẽte, gra ui metu liberatum ſe dixit, ueritum ne ſubita antiſtitis abdicatio, occultam apud complures ſibi notam crearet. Romani deinde põtificis epiſtola, ſine cuius nutu rex dignitatem ab ipſo deponendam negabat, in commune relegenda profertur. Ea ſcribebatur, Romanum antiſtitem Lundenſi põtificalis miniſterij laxationem
D petenti, quod eum huic muneri perutilem ſciſſet hactenus repugnaſſe, nunc uero precum eius perſeuerãtia ſuperatum, ætati ipſius aſſiduoq; languori petitæ rei licentiam detuliſſe. Cuius autoritati rege refragandum negante, ſua ſede exurgens, uirgã anulumq; præcipua pontificalis ſacerdotij inſignia altario imponens, perfectam ſui muneris abdicationẽ agere proteſtatus eſt. Cuius facti miſeratione lachrymæ aſtantibus obortæ, ſuſpirijsq;, murmuris inſtar reddentibus, ædes repleta. Igitur Eskillus, qui regni clerum excuſſius noſſet, ſedis à ſe relictæ ſucceſſorem à rege circunſpicere rogatus: comprobata monitoris induſtria, aliam Romanæ dignitatis epiſtolam explicat, qua ſibi legationis habenas tenenti, ſubrogandi antiſtitis arbitrium mandabatur. Ea perlecta, poteſtatem quam ſibi indulgentia Romana detulerat, ad eos quibus eligendi ius eſſe conſuerit transferre ſe dixit, quod ultrò iure ſuo cedere quàm alienũ offendere malit, ne eccleſiam pro cuius maieſtate tuenda ſemper excubuerit, conſueto libertatis beneficio fraudare uideretur. Tunc ijſdem regi uti conſilium ſuum exponeret, obſecrãtibus, regeq; cleri poſtulationem ſub plebis nomine, cuius ſe partibus proloqui referebat, conſentaneis precibus proſequente, ſententiam ſuam inter diuinam humanamq; charitatem fluctuari aſſeruit, quarum alteram tacendo, alteram loquendo offendere poſſet. Dei nanq; mentem exaſperaturum ſe eſſe, ſi illius quem huic maxime regimini idoneum ſciſſet, indicem agere ſuperſediſſet. Si uero hominem huius officij gnarum, pontificisq; partes alibi laudabiliter executum, ſed & pro patria difficilia audere ſolitum nuncuparet, familiaris & propinqui gratiam uiolaret, quem huius honoris oblationem auerſari nõ dubitet. Tunc cuncti quiſnam ab eo deſtinaretur animo perpendentes, ſolam uocabuli ceritudinem flagitant. Et ille Roſkildenſem, inquit, antiſtitem mihi propinquitate, uobis opinione notũ deſigno. Igitur compluribus bene eccleſiæ conſultum acclamantibus, exurgens Abſalon maiorem hunc faſcem quàm ut humeris ſuis imponi debeat, refert: nullo ſe pacto ad deferendam eccleſiam adduci præfatus, quam anguſtiſſimis rei Danicæ temporibus

A poribus ſuſceptam, ad eminentem fortunæ habitum ſumma animi corporiſq; fatigatione perduxerit, cuiuſq; nõ ſolum externum hoſtem armis ſubmouerit, ſed etiam ueterem atque hæreditariam paupertatem felicibus opum incremẽtis mutauerit. Tum ij quibus ſuffragandi ius erat ab Eskillo taciturnæ hæſitationis increpiti, & cuinam officij ſui partes cedere uellent rogati, paribus in Abſalonem uotis pronunciant, adeoq; concordes ſuffragiorum uoces miſere, ut nihil in his diuerſum aut dubium reperires. Nec oris officio contenti, manu comprehenſum ad ſedem quam ei uoce detulerant, ui pertrahere conãtur. Nam primus Eskillus iniectæ in eum dexteræ, exemplo cæteris idem audendi fiduciam tribuere uidebatur. Qui etiam ut mos eſt concinere exorſi, celebrem electionis concordiam decoro pſallendi officio proſequuntur. Quorum plenum uenerationis concentum populus ingenti plauſu tripudians, ſacro cantilenæ genere æmulabatur, glorioſis clericorum uocibus aliquid honorificæ modulationis adijcere geſtiendo, perſonantibus alijs, deformem ſibi taciturnitatem exiſtimans. Adeò in eligendo eo tota multitudo unam beneuolæ ſuffragationis uocem habuit. Ille uero trahẽti ſe turbæ ſummis corporis uiribus obluctatus, cõplures robuſtiore impulſu præcipites humum petere coëgit. Ab ijſdem quoq; exuuiæ renitenti detractæ, iamq; res ad uim & rixam uſque progreſſa, permixtos ſtrepitu cantus exaudiri non patiebatur. Igitur Abſalon ad ſedem pontificali faſtigio conſecratam, pia plebis uiolentia perductus, in ea collocari paſſus non eſt, ne ulla ex parte cogentibus aſſentiri putaretur. Quam ob rem prius ab Eskillo, mox à Vualdemaro oblati ſibi diuinitus honoris ornamenta amplecti rogatus, ne præſentis eccleſiæ maieſtatem nouo & inaudito contemptu perfunderet, impetrata loquẽdi copia, ad appellandi officium procurrit. Cumq; precibus obſecuturus putaretur, ualidiſſimum re-
B pugnationi ſuæ tutamentũ adiecit. Rapuiſſet alius oblatæ dignitatis beneficium, auideq; ſe tanti ſacerdotij tribunalibus ingeſſiſſet. Nicolans Roskildenſis chori ſenior, ſuper irrogata antiſtitis uiolentia parem appellationis uocem ædere cunctatus non eſt. Tum Eskillus aliquanto concuſſior, certiſſime ſe ſuffragatorum partibus affuturũ dicebat, ſenſurum Abſalonem ſua an illius uota plus momenti Romæ ſint habitura. Hinc miſſæ ſtudiũ datur. Qua percelebrata, benedictionem Eskillus Abſalonis miniſterio præſtari præcepit. Hac uſurpatione eum electionis aſſenſorem efficere geſtiendo, ſe iam cunctis pontificatus partibus defunctum, huic miniſterio congruentia amplius exequi non oportere præfatus. Quem Abſalon tametſi pontificalia depoſuerit, legationis tamen iure benedicendi prærogatiuam retinere dicebat, neq; ad inferioris potentiæ uiros, debitum faſtigio ſuo munus relegare debere. Ea Abſalonis uerecundia, ſenem uoti cupidum, neglectę dignitatis ſuæ meminiſſe coëgit. Alio quoque moderationis genere, repugnationis eius perſeuerantiam idem labefactare tentauit. Siquidem in cubiculum deuocatum cum precibus perflectere non poſſet, genibus nixus plenis ſupplicationis lachrymis aggredi conatus eſt. Profectu uacuus, tertium irritamenti modum quo electi mentem ad ſuam ſententiam adduceret excogitauit, incertum relinquens, maior in cogente an reſiſtente perſeuerantiæ conatus extiterit. Siquidem equites ſuos numero & amplitudine inſignes ad eum direxit, militari fide ſe eius partibus obligaturos. Quorum Abſalon famulatum repudians, ſe prorſus in honorem eorum obſequijs dignum conſenſurum negabat. Qua demum conſtãtia euictus Eskillus, ne ſupellectilis quam eccleſiæ relinquere ſtatuiſſet obſcurior depoſitio foret, eundem in arcanam ueſtibuli partem abductum inſtantius hortari cœpit, uti ſaltem oculis eam ſubijcere dignaretur. Sed & hanc quoq; ſollicitationis partem ſuperiorum uictor mire contempſit, ne qui gloriæ tentamenta calcaſſet, auaritiæ irritamentis ſuccumberet. Quam ob rem Eskillus ira accendi creditus, mi-

C nus se bonorum quàm cogitauerit, inquit, sacris atque domesticis usibus relictu
rum, ipsumq; tam stolidæ pertinaciæ quandoq; damna sensurum. Aureo deinde
poculo regem Absalonemq; simili muneratus est. Præterea neminem ex amicis
indonatum reliquit, apud patriam sibi præclara liberalitatis monumenta creare
cupiens. Varia quoque membrorum debilitate perstrictus, ad postremum etiam
igne (quem sacrum uocant) quadam corporis parte respersus abscedere matura-
uit, perinde ac diuinitus iniecti sibi supplicij cruciamenta sortitus. Quem cum
Absalon Scania excedentem castelli sui hospitio excepisset, seq; tanto pedum fri-
gore teneri ut noctu quietem capere non posset conquerentem audiret, calidum
laterculum cistula crebris foraminibus distincta inclusum plantis applicuit, eoq;
fomenti genere præfrigido seni patientem quietis calorem restituit. Cuius medi-
camenti beneficium hoc Eskillo gratius fuit, quod ab artificis charitate, non scien
tia aut professione manauit. Qui cum Absalonis nauigio, comitatuq; Slesuicum
perlatus fuisset, cyphum argenteum ab eodem sibi pro munere oblatum susci-
pere recusauit, præfatus se deinceps nullum insignium uasorũ usum habiturum.
Idem cum regem Slesuicensi in ponte obuium conueniisset, ita corporis debilitate
solutus est, ut à plerisq; exanimis putaretur. Recreatus tandẽ, fretumq; rate trans-
gressus, ac præsentes benignius exosculatus, inter flebiles amicorum uoces plo-
rabundus, & ipse curriculo per Absalonem procurato, cum prorsus equitãdi im
patiens foret, quo mollius ueheretur, imponitur. Cuius flentis discessum amico-
rum turba ipsum ulterius non uisura perinde ac funus lachrymis prosecuta est.
Post hæc regis legati cum Lundensibus, cogendi Absalonis gratia Romam mit
tuntur. Qui primum Clareuallum profecti, reperti illic Eskilli epistolam, cuius ea
tempestate non mediocris apud curiam fauor uigebat, in adiumentum suæ peti-
D tionis accipiunt. Nec minus Absalon ac Roskildenses legationibus curiam fati-
gant, electioni quam Lundenses confirmatum peragebant, plenis reclamationis
sententijs obnitentes. Interea proceribus apud Roskildiam paschali tempore fe-
riatis, conuiuioq; per summam omniũ hilaritatem exacto, per Thordonem Lun-
densium præfectũ regi significatum est, Thormerum quendam Magni nuncium
nuper Gothia reuersum, tanto itinere Scaniam esse transgressum, ut captionem
celeritate uitauerit. Cuius occupandi gratia Beltensem transitum insidijs esse ual-
landum, quem ab eo ocyus adiri ambiguum non sit. Rogatum super his Ma-
gnum, præsidiumq; negationis amplecti conatum, rex tutò fateri posse promittit.
Ille summa cum dissimulatione obiectorũ fidem leuare, si quid huiusmodi cõper-
tum foret ulteriorem sibi ueniam negari precatus. Rex negatorum incredulus,
Adulfo cuidam insignis fidei sed clericalis conditionis, quod propter Belticum lit
tus habitaret, obseruationis negocium mandat per satellites ad eum directos, cul
tus & corporis notis, quibus prædictus Magni nuncius dinosceretur, expressis.
Taliter captus Thormerus, ac coram rege super mãdatis, quorum esset gerulus,
perquisitus, post diutinæ negationis ambages quæstionis metu credita sibi secre-
ta detexit, lignum compactile, quale more Danico inter amicos sigilli uim obti-
net, à se epistolæ loco gestari confessus, cuius dimidium à Kanuto & Karolo per-
inde ac syngraphus haberetur. Cuius nequitiam rex uinculis multare cõtentus,
Absalonis eum custodiæ tradit. Igitur per Nicolaum stabuli sui præpositum Fio-
nienſium militum eum sequi iussorum auxilijs succinctum, Magnum perinde ac
denuò sibi insidiosum, pœnamq; perfidia meritum capiendum curat. Qui in cu-
biculo nocte concubia circumuentus, dum pristinæ uirtutis immemor salutem la
tebris non armis circunspicit, post aulæa repertus abstrahitur. Ita nescias miserio-
rem eum deformitas captionis, an captio ipsa reddiderit. Oblatus regi cum super
insidiarum consilio rogaretur, aliquandiu obiectis se affinem negabat. Tandem
conuin-

A conuincentibus eum captiui indicijs, diſſimulationiſq; materia non ſuppetente, confeſſione crimen aperuit. Cuius mentem rubor neſcio magis an ſupplicij metus afflixerit. Hunc rex ad urbem Laterenſem miſſum, Thorberniq; cuſtodiæ tradidit, carcere quàm morte mulctare maluit. Per idem tempus Sclauorum piratæ ſpoliatis Vualdemari legatis, nauigiũ muneribus eidem à ſocero tranſmiſſis onuſtum cepere. Cuius repoſcẽdi gratia nuncijs ab eodem miſſis, ſuperbe reſponſum dedere. Qua iniuria Vualdemarus, ut par erat, accenſus, Henricum in ſocietatem ultionis ſollicitat, Rugianiſq; quod hoſtilium locorum gnari eſſent, in cõmilitium euocatis, per Suinam inuectus, Iulinum oppidum incolarũ fuga deſertum incendio tentat, Henrico Diminum obſidione complexo. Qui cum expugnationẽ duabiam difficilemq; animaduerteret, amnem qui caſtra ſua à mœnibus diuidebat, tranſuerſo deductum alueo, remotiore curſu urbem præterlabi coëgit. Quo facto hoſtium muris ſummam defenſionis opem conciliauit, præſidium eius pro oppugnatione molitus. Ea re effectum eſt, ut actam æſtate obſidionem autumno inglorius ſolueret. Cuius diſceſſionem fortuitum urbis incendium ſubſecutum eſt, ſuis uiribus tribuente fortuna, quod Saxonicis deferre dignata non fuerat. Eadem benigniore Danos lumine contemplata, eorundẽ miniſterio Cozcoam urbem conflagrare permiſit: indigenas uero metu palantes, ad loca paludibus obſita uirium inopia cõfugere coëgit. Quod Abſalon captiui cuiuſdam cum fratre minore, coniugeq; & liberis comprehenſi indicio expertus, rogare eum cœpit, an ſuam ſuorumq; libertatem latentium ciuium proditione mercari cuperet. Ille conditionem cupide pactus, ſeipſum terreſtribus copijs petẽdam, paludem cincturum, fratrem uero nauigaturis ducem promittit. Sic enim Sclauos ancipiti fuga implicitos, nuſquam dilabendi materiam habituros. Ea palus à ſuperiore per anguſtum amnis
B diſcrimen abrupta, minoribus duntaxat acceſſa nauigijs erat. Quibus dum Abſalon eam peteret, à captiuo errorẽ ſimulante ductum minis extorſit, ſaltumq; medi tantis ceruici nexum inferri præcepit. Multi in eum ex Sclauis dum cimbis fugam capeſſunt, incidunt. Armenta ab ijſdem inter mare paludemq; coacta, à Sialandenſibus capta, ac per totum exercitum diſtribui curata ſunt. Quæ res ei plus inuidiæ apud ſocios quàm gloriæ quæſiuit, quod ab uniuerſis capiendum erat, à ſolis Sialandenſibus occupari dicentes. Quo paludem egreſſo, quidam ex nautis petulantioris linguæ ducem ſupplicio dignum per iocum dixere: quod cum nauigationem præmonſtrare deberet, ignorantiam finxerit, promiſſumq; ſuum ſecutos ſimulato errore fallendos curauerit. Ille ludibrijs pro ſerio ductis, laqueo deſtinari ſe ratus, dum aquam è ſtagno tanquam munditiarum gratia peteret, ultrò præcipitato corpore profundum inſiluit, anticipare fatum, quàm expectare præoptans. Qua temeritate dubium reliquit, perierit ne, an ſub undis ſaluus enauerit. Quibus rurſum, ut fieri ſolet, euomitis, reſtim quam collo innexam habebat, manibus ne per eam attraheretur, complicandam curabat. Merſus denuò, uiſentes eadem qua prius ambiguitate compleuit. Sed corpore eius tandem exanimi reperto, dubietatis quieuit contentio. In tantum autem illic exercitus noſter captiui pecoris gregibus abundabat, ut in ijſdem agendis quotidiana paſtorum opera uteretur. Quorum diſcurſum periculo uacuum, generalis earundem partium uaſtitas efficiebat: quam tanta incendiorum uis pepererat, ut hirundines quoq; tectis quibus habitare conſueuerant orbatæ, gubernaculis nauium ac proris fœtum procreaturæ nidos affigerent, domiciliorum uſum ab hoſtibus mutuantes. Poſt hæc rex Henricum diutina Diminenſium obſidione ſuſpenſum alloquio petiturus, terreſtri itinere arrepto, urbem Cozcoam à nemine defenſam igni implicitam reliquit: cuius proceſſum tum amnis cuiuſdam profunditate inſignis, tum ulteriorum locorum difficultas indicata cohibuit. Hinc regi in Caminẽſium prouinciam tranſitus fuit,

C quam rurali magis populatione, ꝙ ulla munimentorũ oppugnatione permẽsus, Camino duntaxat inaniter attentato, nauigia quîs captiuum pecus ueheret prendenda curauit. Hæc tam uber pecoris, opportunaq; commeatibus erat, ut exercitum nostrum bimestri edulio aleret. Legatione deinde ad Henricũ missa, præsenti militiæ finem imponere iubet, illo obsidionem quam frustra gesserit, ocyus soluturo. Quibus responsis acceptis, interiacentia quæq; partim ferro, partim igni adortus, per summam hostilis rei populationem Vualagostum accedit. Quo uiso Vualagostenses Zulistro duce extremã pontis sui partem conuellere cœperunt, ne quis hostium per eum irrumperet, inhibituri. Cuius fragmentis pauci ex nostris perinde ac scalis utentes, adminiculantibus socijs ascensu obtento, hostium urbe exilientium irruptione petuntur. Quibus ob paucitatem resistere nequeuntibus, Hemmingo excepto, omnes cessere. Absalonis hic armiger erat, leuibus armis instructus, ad discrimina subeunda promptissimus, semperq; se periculis immergere solitus. Qui dum se paruulo pedis regressu urgentibus subtrahit, talis gladij quo cinctus erat longitudine offensis, supinus concidit. Quo lapsu plus gloriæ quàm incommodi expertus est. Nam inter crebras hostium hastas, quibus acerrime petebatur, nõ tam suo quàm fortunæ clypeo protectus, ut primum genibus se excipere potuit, districto ferro propiorum tibias appetiuit. Quibus paulisper cedere compulsis, sublimis desilijt, sociorumq; tandem ex pudore fortitudinem capientium accursu petitus, oppugnatores urbem repetere coëgit. Ita ad suos regressus, ac toto corpore integer repertus, admirationi uisentibus fuit. Igitur non solum fortitudini ipsius, sed etiã fortunæ ueneratio tributa est. Ea tempestate Romani schismatis controuersia astipulante Cæsare Federico pertinacissimo Germanorum errore compluribus annorum curriculis alita, ueri pontificis
D Alexandri pedibus proculcata, succubuit, diuiduumq; ecclesiæ statum catholicæ concordiæ uinculum colligauit. Quo in tempore regis, Lundensiumq;, necnon Absalonis legati Roma regressi, læto patriam nuncio compleuerunt. Qui tametsi diuersas atque contrarias res petitione complexi uiderentur, ea tamen Romani pontificis industria sunt excepti, ut pars utraque sibi pro uotis consultum gauderet. Nam & Absaloni Lundensem pontificatum assumere iussum, & Roskildensem administrare permissum. Ita geminũ ecclesiæ regimen in eius ius ditionemq; concessit, alterum præcepto, alterum indulgentia sortientis. O nouam & inauditam curiæ munificentiam. Recusanti pallium ingestum est, insigneq; quod petentibus ægre præstari solet, repugnanti uiolenter imprimitur. Dignos humeros, quibus tam præclarum onus imponeretur. Veniens siquidem Romanorum legatus Galandus, Lundensi clero Roskildiam euocato, præsentem Absalonem non solum literarum recitatione quæ eum electioni parere iubebant, sed etiam anathematis comminatione, quo se aduersum eum (si repugnare perseueraret) usurum dicebat, electoribus assentiri, fidemq; obeditionis solenniter ab ijsdem recipere coëgit. Quem postmodum Lundensi in templo, pallio quod attulerat muneratus, die postero Ripensium electum Homerum, religioso eius ministerio pontificem consecrari conspexit. Ita legatione syncerissime atque integerrime gesta, hybernis exactis Romam reuertit.

HISTORIAE DANORVM LIBRI DECIMI QVARTI FINIS.

STORIAE DANICAE LIBER DECIMVSQVINTVS.

POST hæc rex nondum ultionis in rerum suarum raptores sa
tietatem adeptus, expeditione eam petere statuit. Quam dum
septentrionalibus lutis supersedere iussis, australes immenso
uentorum flatu peterent, Slesuicensium antistes Fredericus
perfectissimum honestatis specimen, dum ueli magnitudine
eximiam aurarum molem, intolerabilesq; nauigationi Notos
ne socijs periclitatus, contractæ classis animos ingenti luctus acerbitate confecit.
Cuius fato minus triste non fuit, quod sociorũ cadaueribus ultrò repertis, solũ eius
corpus impensius perquisitum, ante spiritus sancti solenne deprehendi nõ potuit.
Cuius tempore Sialandico littori appulsum nõ odore triste, nec aspectu deforme
compertum est prorsus, ut corruptela uacuum existimares. Quo integritatis ha=
bitu, sanctitatem uiri diuinitus declaratam crediderim. Nec minus ueneratu di=
gnum, quod idem frustra ab amicis quæsitus, eius potissimum festum corporis sui
repertione claresc ere uoluit, cui peculiaris cultus officio honorem habere consue
uerat. Tum uero insignis Absalonis gemitus erat, præcordialis amici casum lu=
gentis. Rex copijs apud Falstriam obuius, uocata maiorũ cõcione, prouisum sibi,
inquit, paruula manu magnas hostium copias non lacessere, eam militiæ conditio
nem habenti, cui plurimum gloriæ uel opprobrij debeatur. Quam ob rem se po=
tius Absaloni, Kanutoq; filio expeditionis summam committere: si bene rem ge=
B rerent, aliquantulum laudis: si male, parum uituperij relaturis. Illi iussibus cele=
riter obsequuti, Rugianorum etiam classe quanta subitò contrahi poterat adiuti,
incessata nauigatione Ostroznam accedunt, in occupando hoste non minus cele=
ritate quàm audacia usuri. Quorum tam latens improuisaq; irruptio extitit, ut ple
rosque Sclauorum domi inopinatos opprimerent, prouinciamq; penitus incau=
tam uastassent, ni incendio demum ab inertioribus ædito proderentur: illic binis
fortè Sclauis nauigio fugam quærentibus, cum alterum à Gerimaro teli iactu pro=
stratum reliquus ulcisci cuperet, cognito quod Rugianorum ducem appeteret,
telo uerecundius abiecto dilabitur. Tanta apud hanc gentem uiris in fastigio po=
sitis ueneratio penditur. Interea classis per Penum amnem allapsa, equis quos in=
ter pascua reperit captis, Vualagostum progreditur. Cuius ponte disiecto, transi=
tuq; obstaculis uacuefacto, propter mœnia anchoras iacit, oppidanis imperata ad=
huc tormenta tractantibus. Eadem obsidionis fastidijs nauigationis dispendia an=
teponens, tam uagum sparsumq; militiæ genus secuta est, ut hostibus errore ludi=
ficatis, ubinam maxime sua tueri deberent, incertum relinquerent. Siquidem eui=
tatis locis in quibus eos obuios habebat, defensoribus uacua petebat. quibus ea=
dem accedentibus ex consulto cedebat, & ad partes præsidio carentes militiam
transferebat. Et ne ulla negotiorum intermissio foret, peditibus remigio noctes,
somno dies exigere: equitibus uero nocturnam requiem diurnis militiæ labori=
bus rependere, constitutum. Aduersum quem excursationis modum Bogislza=
uus & Kazimarus nihil in armis remedij ducentes, animaduerso patriæ uastita=
tem nostrorum non minus agilitate quàm uiribus inchoatam suo ductu propul=
sare non posse, emendæ pacis consilium capiunt, quorum arma ferre non possent
amicitiam mercaturi. Quibus accessis, eorum se uiribus impares confessi, præsen=
tium finium iacturam inter damna ducere non simulant, amplissima Pomeraniæ
deserta nouis sedibus complexuri. Ad hæc Nicolaus Falstricus in risum solu=

C tus, siniſtrè eos patriæ conſulere dixit, cuius inferiora Danis, ſuperiora Polanis, finitimorum manu huc atque illuc iactati cedere cogerentur. Quo dicto patriæ ſalutem circunſpicere moniti, centum libris nummûm Abſaloni, quod penes eum expeditionis arbitrium eſſet, totidemq; Kanuto promiſſis, legatorum à ſe captorum dimiſſionem cum duobus millibus talentûm, qua ſumma rapinam regi inflictam rependere pollicentur. Ad hæc Abſalon reſponſum moratus, ſeductis maioribus, offerri conditiones ab hoſte dixit: quarum uſus pernicioſus patriæ, ſi gratus: contemptus uero commodior quàm charior eſſet futurus. Siquidem pecuniam regi, pacem ciuibus, captiuis miſſionem, pacti nomine lucri, fauori quàm utilitati propius emolumentum eſſe. Iisdem uero pro nihilo ductis, à bello non recedere ſaluberrimum. Iam enim Sclauorũ uires eò tenuitatis eſſe redactas, ut ſi pax deſit, deditionem ſequi neceſſe habeant. Ita ſe ſuis bellum an pacem probent, deligendum relinquere, ne alieno conſilio præterito, proprium audacter ſecutus uideatur. Reſpondetur, ei potiſſimum parti ſtudendum, qua publicus fauor poſſit acquiri. Hac ſociorum ſententia Abſalon uti compulſus, ne anxiam regis expectationem inopinata reditus ſui celeritate concuteret, ab Esberno ſe præcurri iubet, ſpecioſum geſtorum nuncium perlaturo. Qui propter Hythim inſulam tempeſtatum aduerſitate coërcitus, non ante tempeſtiuum profectioni cœlum ſortitus eſt, quàm Abſalon receptis obſidibus, eiuſdẽ uenti beneficio allaberetur, cuius præcelerandi gratia nauigationem impenſius conficiebat. Qua fortè rex inter uenandum conſpecta, præproperum poſteræ claſſis reditum admiratus, fugam ſuis iniectam credebat. Quam ſollicitudinem falſò contractam, cognitis ex Esberno rebus, effuſiore gaudio permutauit, utilius pace bellum confeſſus. Quem etiam hoſpitio benigniſſime exceptum, plenis hilaritatis officijs proſecutus eſt. Die poſteD ro claſſem non ſolum impenſioribus uerbis laudatam, uerumetiam oſculis honoratam dimittit. Quo poſtmodum apud Iutiam diuerſante, Kanutus & Karolus petulantiore manu quàm ualidiore delecta, Hallandiam adorti, exilij proprio ſcelere contracti ſupplicium à patria ſumere conabantur. Qui dum Hallandenſium multitudine, quam ſibi fauturam ſperauerant, repellerentur, fatum fugæ anteponentes, propter nemus, quod Hallandiam à Gothia ſecernit, aciem ordinant. Vbi infelicibus auſpicijs præliati, graues tentatæ patriæ pœnas dedere. Nam Kanutus crebris uulneribus exceptus, ab agreſtibus captus, eundem quem Magnus carcerem expertus eſt, ſupplicij ſocium ſortitus, quem facinoris conſortem habuerat. Karolus mortifico uulnere obrutus, paruulo uiæ exceſſu petito, fortem ſpiritum inter molles arborum frondes depoſuit, felicior obitu quàm frater uita. Quorum patrimonium Vualdemarus, lege quæ patriæ reos omnibus bonis damnat, adeptus, inſperata opum incrementa contraxit. Igitur Karoli corpus putre poſtmodum ab indigenis repertum documento fore potuit, aliena faſtigia cum propriæ contemptu fortunæ concupiſcenda non eſſe. Poſt hæc Henricus ob exercitum Cæſari aduerſum Italos negatum, grauem bello offenſam expertus, cum tantæ rei molem uiribus ſuis maiorem cerneret, Vualdemarum ſibi obuium crebris nunciis euocatum, pertranſito ponte cuius nunquam antea dimidium excedere conſueuerat, per ſummam mutuæ fidei exhortationem obnixa auxilij petitione ſollicitat. Adeò ſuperbiæ neceſſitas imperat, faſtus que infortunio domatur. Ad quod rex ſe nullo fidei debito compelli præfatus, amicitiæ tamen quam olim cum eo iunxerit, ſi monitis ſuis obtemperatum foret, affuturum promittit. Igitur Henrico quænam hæc eſſent cognoſcere cupiente: cum terrenum, inquit, imperatorem attentare inter ardua ducatur, multo cœleſtem laceſſere periculoſius, qui proprio nutu præter humanum adminiculum, proſpera uel aduerſa afferre mortalibus

A mortalibus posſit. Quem ſi Henricus iampridem à ſe pontificalium bonorum rapinis offenſum, congruis reſtaurationis officijs complacaſſet, uictoriam mente præſumere poſſet, alioqui bellum temere conaturus. Quod ſi infeſto Deo communiter ab ipſis committeretur, ambos hoſti uictoriam ceſſuros. Neque enim dubium fore quin caduca ac fragili potentia uſurus ſit, quiſquis diuinæ pertinaciter obuiare præſumpſerit. Igitur ſe non niſi expiato periculo commilitium præbere auſurum, publicæ religioni quàm priuatæ amicitiæ propiorem. Tum Henricus multa à ſe põtificum bonis beneficij nomine extorta confeſſus, quibus ſi ſponte cederet, ultimę paupertati ſubijceretur: corraſæ attonſæq; ceruicis homines tanti à ſe æſtimari negabat, ut ultrò opibus carere, plusq; eorum iræ quàm gloriæ ſuæ tribuere uelit. Repulſæ tamen ſuæ ſilentium ab ipſo geri precatur, ne in uulgus negatæ opis fama diſſereretur. Sic rege dimiſſo, promiſſi ab eo præſidij ſimulationem apud milites ne ad Cæſarem deficerent, exhibebat: hac ſpe eorum animos firmare cupiens. Regreſſis inde Danis, mirum dictu & nouitate prodigium incidit. Siquidem una noctium infinitus murium grex è longinquo rure concurrens, triſti occentu ædito, Seleenſibus aquis ſua ſponte ſubmerſus interijt: quorum cadaueribus uento iactatis littus mane conſtratum apparuit. Quæ res utilior incolis an mirabilior fuerit, incertum eſt. Eadem quoque nocte Abſalonis quietem capientis exuuiæ à ſoricibus corroſæ, certiſſimũ futuræ uexationis eius omen dedere. Cui Sialandiam regreſſo nunciatur, turbatis Scaniæ rebus plebem à primoribus diſſidentem, aduerſum regios quæſtores publicæ conſternationis impetum diſtrinxiſſe, è quibus Agonem ſplendidæ præfecturæ uirum in concione Lundenſi plena temeritatis uiolentia probroſius contrectatum, ac propè uulgi manibus diſcerptum, ni in ædem diui confugiſſet Laurentij. Quam facem turbulentiſſimo multitudinis furore accenſam, non niſi per Abſalonem extingui B poſſe, cui facilius ſit orientis quàm adulti tumultus arma comprimere. Quam ob rem oportere eum citatò Scaniam petere, ſi rebus regis laborantibus digne conſultum cupiat. Qua de re Suno & Esbernus conſulti, quàm poterant diſſuaſorijs uerbis profectionem damnabant, dicendo compertum ſibi tacita principum conſpiratione plebem inſtinctam, non aliud hoc motu quàm Abſaloni periculum petere. Sed Scanienſium legatis rem ſine eo ſedandam negantibus, iturum ſe utcunque fors tuliſſet reſpondit, etiam ſalutem ſuam ſi ita res poſceret, tot egregijs regis meritis impenſurum. Igitur præmiſſis qui Scaniæ primores habendæ concionis cauſa ad urbem Lundiam contraherent, extemplo ſe uenturum promittit. Nec Scaniam petere cunctatus, patritio ſpiritu publico furori conſtantiam ſuam obijcere properauit. Plebs ſiquidem acerrimis conſternationis fluctibus concitata, ciuilis iniuriæ querelas ſeditioſo accuſationis genere proſequebatur. Sed & Thordonem concionari exorſum, crebris ſibilis infeſtoq; clamore uexatum cœpto deſiſtere coẽgit. Cæteris quoque regiarum partium aſſenſoribus dicendi poteſtate negata, ſolam Abſalonis uocem tranquillis auſcultationis modis exaudire ſuſtinuit. Qui cum multitudinem imperitis clamoris iurgijs obſtrepentem, ſalubriumque monitorum impatientem aduerteret, diuidendam ratus, prouinciarum concilijs trifariam diſtribui iuſſis, cunctas ſe principum culpas emendaturum edixit. A quo Thordo, quod eum ad tumultus uix ſedabiles parum ueracibus mandatis euocaſſet, increpitus, concitatæ plebis dementiam à temulentia coortam affirmat, eius que rei quoſdam in concione ſtertentes fidem feciſſe. Quam ob rem non in urbe, ſed campo concionandum fore, ne hominibus potionis auidis, uiolandæ ſobrietatis acceſſus ſuppeteret. Proxima Abſaloni cum auſtralibus concio fuit. Illic regium ſatrapam Petrum (Euari hic filius erat) profectis ab inuidia accuſationibus aſperius quàm uerius laceratum, quò

Prodigium de muribus.

C tutiorem ab hoc calumniæ genere præstaret, proximo sibi sedendi loco recipi iussit, uenerabilique uicinitatis suæ præsidio, ne quid in amicum atrocius consuleretur, prouidit. Postera luce per summam litium cognitionem exacta, pleno æquitatis iudicio cunctas querelarum partes absoluit, causisque legitima definitione explicitis, delectatam beneficio plebem ad grates sibi rependendas adduxit. Inde progressus, indigenæ militis indicio cognoscit seditioso edicti genere concitatum populum, apud Album fontem concioni quatriduo uacaturum. Igitur tametsi Scanorum potissimis stiparetur, ad supplendum tamen arbitrorũ numerum etiam Thordonem nuntio uocatum, quid sibi super popularium motu recens fama prodiderit, edocet. Ille uerbis suspicionem dementibus rumoris fidem leuare, nihilque tale metuendum astruere, cæteris aduersum uim publicam res cautius gerendas monentibus. Ita sententia uariante rerum dubijs, indubitato Sygaftham insulam explorandi gratia adire collibuit. Illic Absalon ante accepta certiore expertus nuntio, consternatam amentia plebem, quod ei se tutò obiecturus non uideretur, procuratis qui concionem accederent, per summam æquitatis promissionem delinire constituit. Qui cum omnia atrocissimo multitudinis furore misceri, ipsamque ausu petulantiore instinctam, effusa uerborum licentia nobilitati insultare cognoscerent, acto mandatorum silentio maximum seditioni incitamentum dedere, plus alienæ dementiæ quàm propriæ legationis officio tribuentes. Quod perfidia an metu egerint, dubium reliquere. E quibus Petrus longus insignis staturæ, ægre dicendi potestatem adeptus, affirmare se tametsi miles Absalonis esset, respectum eius ciuium cultui non anteferre, populi maiestatem pontificis partibus priorem ducere, plus publicæ charitati quàm priuatæ debere. Cæterum ad omnes uulgi actus imitandos propensiore animo fore, libertatem eius iam quasi naufra-

D gam ac periclitantem, ne armis quidem protegere dubitaturum. Responsum à concione est, ludificari plebem quam Absalon magnatesque rapinis uulgus affligere soliti, de industria petere supersedissent. Quam uocem uniuersis acerrimo clamore comprobantibus, multitudo maximo fragore dissiliens, armata passim equos inuolat, Absalonis penates hostiliter petitura. Neque enim eò properanti succurrit illos à se lares incursari, quos toties sibi munificos experta fuerat. Cuius nuntiandi gratia, legatorum iuniores telis quibus undique petebantur callidius euitatis, citatò Sygostham peruenere. Ea re concussi milites Absalonis, diuerso consilio defensionis auxilia circunspiciebant. Alij pratis spaciantes equos colligere, pars uadum prætentum insulæ, quod postmodum Absalon lateritio opere ualidum curauit, contractis quas fors obtulerat quadrigis obcludere, pars saxa iactilia lectitare. Tum Absalon, hortante seniorum turba, aut obsidioni animum præparare, aut primis incursantium ante nimium & intolerabilem multitudinis aduentum oppressis abscedere, neutram consilij partem probare se dixit, quod nec opportunos obsidioni commeatus haberet, & se patrem potius quàm prædonem existere meminisset. Sed neque se pacis studium cuius condendæ causa aduenerit, humano sanguine polluturum, aut pias pastoris partes truculento percussoris officio mutaturum. Malle uero qui primi irrumperent innocue & sine cæde deturbandos curare, facile fugam daturos, quod nullo fulciantur imperio. Militibus deinde quempiam plebeiorum uiolare prohibitis, primorum agmen propinquum collem acie occupantium, prælata cruce adortus, in proximum nemus refugere coëgit: comprehenso seditionis autore, quem memores iussorum equites, armis amictuque nudatum, pulsare duntaxat contenti fuere. E quibus unus confertissimis hostium globis lasciuioris equi petulantia adactus, loco palustri ignorantibus socijs, concursu popularium interficitur. Ita Absalon agrestium impetum elusisse contentus, nullo hostiliter imminente, liberum repetendæ urbis

A urbis iter habuit, eisdem auidissima insulæ direptione, irarum suarum procursum explentibus. Igitur patricij spiritus pontifex, ut tranquillum ita salutare consilium secutus, pietatem sæuitiæ præferendo, dum gregi parcẽdo consulit, plus gloriæ & uirtutis in innocentia ac moderatione quàm lesionum suarum ultione constituit. Quo enim se longius à ferri licẽtia retraxit, hoc religionis laudi propius admouit. Superuenientibus deinde quos ad deleniendam concionem direxerat, eorum uocatione queritur simplicitatem suam huc discriminis esse perductam: percontatus cur improuidum se & imparatum, ad res tanta difficultate implicitas, secura mandatorum specie pertrahere uoluissent. Quibus se nihil tale suspicatos dicentibus, culpamq; negligẽtiæ confessione excusantibus, æstimare eos quid nunc expediat iubet, præteritum errorem præsenti consilio correcturos. Respondent, nec armis se, nec auxilijs instructos, contrahendi utriusque commodi causa domum digredi necesse habere, paratiores postridie reuersuros. Ipsum interim exquisito latebræ genere uti debere, probro cariturum qui tempori consulat. Quod utrum malignitate ingenij, an inopia consilij prætulerint, æstiment quibus sequentia eorum acta cognosse fastidio non fuerit. Refert Absalon honestiorem sibi castelli quod in Sialandia haberet aditum fore, parum latebras exquirere solito. Quarum deformitatem perosus, Thordone nauigium præbente discedit. Neq; enim claritatem suam obscuriore loco coarctãdam putabat, cuius fulgorem per tot terrarum spacia, conspicuis uirtutis operibus diffusum non ignorabat. Sialandiam ingressus, Vualdemarum apud insulam Samsam uenandi studio inseruientem, recepta ab ipso epistola, petere iubetur, necessarijs patriæ usibus uacaturus. Vbi cum Sunone Esbernoq; propositas negotiorum curas debita agitatione complexus, postremo apud regias aures Scanici tumultus famam ædidit, primusq; ipse perturbationum suarum nuntium agere non exhorruit. Aestuantem animo regem seditiosisq; supplicia minitantem, consilij sui delenimento à proposito retraxit, exigendæq; ultionis affectum, primorum Scaniæ uirorum beneuola uocatione differre docuit, quos etiam illum apud Fioniam petituros, plenis humanitatis officijs prosequi non supersedit. A quibus eundem precari rogatus, ne Saxonem, Achonem, Sunonem, & Esbernum homines extra Scaniam ortos, eius rebus præesse paterentur, affirmantibus finem seditioni fore, quæ ob solam eorum petulantiam cœperit, si procurationem exteris attributam ad indigenas transferri curasset. Inuidere eos regis potentiæ respondit, cuius in dandis beneficijs arbitrium abrogare nitantur. Se uulgi sæuitiam experiri quàm regiarum rerum dominium tot sæculorum usurpatione firmatum, insidiosa prece subruere malle. Tum illi omnem consternationis rabiem in eius caput effundẽdam minati, superbius æquo responsum dedere, lisdem à rege quidnam mitigandis Scaniæ rebus efficacissimum esset interrogatis, solam eius epistolam quæ blanda asperis certæ moderationis temperamẽto misceret, huic tumultui sedando suffecturam dicebãt. Quorum instinctu rex plebem Scanicam plenis minarum literis aggressus, non parum nutrimenti publici furoris incendio addidit. Siquidem indignatus populus, eum aduersum se cõcitatioribus notis usum, aduersum hunc scribẽdi ausum iram suam sæuerius destringẽdo, omnia uectigalium iura solenniter abrogãda curauit. Pontificales quoq; decimas execratus, sacerdotibus coniugia decernebat: quorũ etiam sacra sibi exposo pontificis ministerio sufficere prædicabat. Igitur in diuina pariter humanaq; grassatus, maiestatis cõtemptum religionis iniuriæ sociabat. Rex frustra minis institisse se uidens armis agere constituit, exactoq; messis tempore, in trajciendo milite magnis nauigiorum copijs succinctus, Helsingum oppidum petit, Absalone inter postremos appellere iusso. Plurimũ illic uulgus piscandi opportunitate contractum, crebris habitaculis occupauerat littus. Quod Absalone uiso, odium eius alimẽtorum suorum

C ſuorum ſtudio anteponens, littorales & quos caſus obtulerat lapillos aduentanti ipſius nauigio obijciebat, parum recolendo illum à ſe Scanię finibus pelli, quí cunctis Daniæ locis tutum habitationis uſum præſtiterat. Pars rege in concione relicto, per ſummum maieſtatis cõtemptum ad mare decurrens, antiſtitis aduentum pari iniuria excipiebat. O ingrata Scanienſium gens, quæ pleno temeritatis furore, tot commodorum tuorum autori iniuriam pro gratia rependere rubori nõ ducis. Paſtoris parentisq; tui nauigium improbiſſimis euecta furijs, finibus tuis prohibere conaris, cuius beneficio tibi piraticam toties ſæuitiam expertæ, tuta late nauigatio patet. Illi præſentẽ littoris aditum negas, cuius bellica uirtus ne tu quidem hac littoris ſede pellerere, perfecit. Deſine ergo optimis ampliſſimi integerrimiq; uiri meritis quaſi grauiſſimis inſultare delictis, erroremq; iniquo animorum iudicio contractum, ueloci pœnitẽtiæ ſtudio redime. Nec patienter rex tam contumeliоſam eorum audaciam ferre potuit. Aeſtuantem eum equosq; & arma poſcẽtem Aruſyorum pontifex Sueno medium complexus, ne quid duri in plebem cõmiteretur, obſecrabat. Pietas illi an metus hunc auſum præſtiterit, incertũ eſt. Sed apud regis animum continua Abſalonis charitate flagrare ſolitum, uenientis amici perículum, complectentis precibus præponderabant. Quo deſcendente, qui nauigium infeſtauerant ſumma cum innocentiæ ſimulatione, repetitis tabernaculis Abſaloni littus ceſſere, in quo poſtmodum diuiduum ei regíq; cum Scanico milite colloquium fuit. Scanienſes apud quos rex ſopiẽdæ ſeditionis conſilium agitabat, Abſalonem, aduenasq; Scaniæ portioni præpoſitos remittendos monebant, dicendo nihil ad publicam demẽtiam comprimendam eorum abſentia efficacius fore, quæ non aduerſum regẽ, ſed in illorũ plenos malignitatis actus exarſerit. Huius ſententiæ ſuffragatores lutenſes milites fuere. Creditum eſt eos partim decimarũ odio,

D quarum nuper Scaniæ Sialandiæq; ſolutio inoleuerat, partim metu ex forenſis pugnæ recordatione cõtracto, Abſalonis affectaſſe diſceſſum. Quam eiuſdem equites honeſtiore animi iudicio execrati, tantum ſibi neceſſitudinum, tantum generis armorumq; robur eſſe dicebant, ut inuitis infeſtisq; popularibus herũ ſuum abſq; regiorum militum adminiculo, per cunctas Scaniæ partes à ſe tutò libereq; circunducendum ſperarẽt. Quorum animoſis adhortationibus rex, ob pacem plebi conciliandam, ignauos lutenſium monitus anteponẽs, uocato Abſalone ſecreto, memorat quantam inuicem ſententiarum concordiam ſemper geſſerint. Nunquam ſibi tam diuerſa ac rigida animorum iudicia fuiſſe, quin ad poſtremũ alter alterius arbitrio flecteretur. Orare deinde eum progreſſionis in Scaniam propoſitum deſerat, Sialandiamq; repetere deforme non ducat, ſpecioſis aliquando conſilijs utilia prælaturus. Ad hæc Abſalon ne tunc quidem ſe ueterem obſequendi morem relicturum præfatus, conſilio uſurum affirmat, quamuis abſentiam ſuam multis & grauibus mendaciorum notis lacerandam ſciat. Rex gratijs tantæ moderationi impenſius actis, equites eius in augmentũ comitatus depoſcit. Illi in plenos fidei charitatisq; fletus effuſi, hunc ſibi ſupremi perpetuiq; dedecoris diem affirmant, huic ignominiæ non propria ſed alienorum ignauia protractis, ut cui famulatus officia debeant, deſertionis probra perſoluant. Ita Abſalone per ſummam animorũ mœſtitiam relicto, regem proſequebantur. Graues illi difficilesq; cum plebe concionеs fuere. Vbiq; enim cauſas armata dicebat, animum habitu oſtentatura. Quotidie Abſalonem falſo & inaudito obtrectationis genere lacerabat. Hæc audientes lutenſes occulto laudationis ſtudio proſequebantur, blanditijs fouentes quod armis punire debuerãt. Qua adulationis deformitate, maximum ſeditioni irritamentum dedere. Rex finitis cõmeatibus Scaniam relicturus, lectos è plebe uiros componendi cum Abſalone gratia, ad illud Sialandiæ littus quod ab Elſingo oppido uocabulum tenet, traijcere iubet. Vbi demum Abſalon regi obuius factus, com-

pluribus

A pluribus innocentiæ teſtimonijs obiecta purgando, cunctas mendaciorum par-
tes quibus abſens notatus fuerat, adeò ualidis copioſiſq; rationibus ſubruebat, ut
criminatores reatum confiteri coactos ad ueniam à ſe flagitandam adduceret, deq;
accuſatoribus ſui ueneratores efficeret. Nec parua apud omnes eloquentiæ eius
admiratio extitit, compluribus qui aderant diuino ore eum egiſſe dicentibus. Sed
hæc omnia Scanienſium legati ad ciuium arbitrium relegantes diſcedunt, abſque
patriæ conſenſu nullum ſibi componendi ius eſſe teſtati. Sed neq; eorum fida ad-
hortatione, populus Scanienſis ad deponendam conſternationis ſuæ rabiem ad-
duci potuit. Nam nec decimas pontificalibus uſibus ſolui curatum, nec quicquam
quod ad præſtanda ſacrorum iura attinebat exhibitum. Quorum infandam ſacri-
legamq; pertinaciam Abſalon proximo ſacerdotali conſilio per epiſtolam uiſita-
to, cunctarum Scanię eccleſiarum obſeratione puniri præcepit. Cuius edicti præ-
monita plebs, per idem tempus ante ædem Laurentij in cõcionem armata deſcen-
dit. Ad quam ſacerdotes binis ordinis ſui uiris, qui pontificalis edicti rigorem ex-
ponerent miſſis, ſacrorum ceſſationem, diuiniq; taciturnitatem officij, ſi decima-
rum ſolutionem abnuere perſeueraſſet, minati ſunt. Delegantur totidem è plebe
mutuas ſacerdotio minas intentaturi. Ab his reſponſum eſt, ſacerdotes alimenta
ſua plebi, non pontifici debere, quorum munere & beneficio neceſſarijs uitæ uſi-
bus inſtructi noſcantur. Quocirca aut diuinis inſeruiant, aut ingrati patria cedant:
ſi neutrum egiſſent, non ſolum honorum omnium pœnam, ſed etiam ſæua mem-
brorum ſupplicia recepturi. Ad hæc clerus reſponſo conſtantiſſime dato, ſe neq;
mortis metu, neque paupertatis reſpectu, quo minus antiſtitis ſui imperium pera
geret, ceſſaturum affirmat. Tam pia tamq; religioſa cleri conſtantia, euictum uul-
B gus precibus minas mutando, quoad Abſalon conueniri poſſet ſententiæ dilatio
nem poſcebat. Ciuile ſiquidem bellum ſe excitaturum timebat, ſi in ſacerdotes ſibi
nobilitate pares animaduertere ſtuduiſſet. Nam cum in Scania alienigenæ indige
nis permixti, ſacerdotia gererent, amplior tamen digniorq; domeſticis reuerentia
præſtabatur. Quo effectum eſt, ut utriuſque ordinis conſenſu mitterentur, qui iu-
ſtas animaduerſionis inducias flagitarent. Haud ægre ab Abſalone obtentæ ſunt,
plus clementiæ quàm ſeueritati indulgendum putante. Multum ab eodem gratia
rum ſacerdotalis cœtus conſtantiæ perſolutum. Nihilominus populus cum con-
temptu beneficij, regiorum, põtificaliumq; militum penates publice diripere per-
ſeuerauit. Appetente publici ieiunij tempore rex Scaniam, eius Sialandiæq; mili-
tia ſuccinctus, Helſingi tranſitu petit, Fionienſium lutorumq; comitatum ob præ-
bita ab eis iamdudum ſeditioni irritamenta pertæſus. Abſalon ob chriſmatis con-
fectionem pontificali officio adminiſtrandam Lundiam deproperat, ubi paucos
cum rege dies feriatus, uicino rure ſe excepit. Hac fama ſeptentrionalis Scaniæ po
pulus cum Hallandenſibus excitus, more gentis miſſo per omnes ſtipite, ſub ſpe-
cie petendæ libertatis belli titulum fingit, eoq; edicti genere exercitum conſtruit.
Quem tanta dementia ceperat, ut manum cum rege conſerere properaret, ſummi
imperij uires laceſſere nullius negocij exiſtimando. Quo rex è plaga auſtrali re-
greſſus, apud Dyſiam pontem excepto, oranti ſe Abſaloni fuſtibus quàm armis
agere mallet: cum uiris ſibi non canibus confligendum reſpondit. Igitur non iræ
aut furoris impulſu concitatus, ſed conſpicua animi induſtria ad corrigendam
ciuium inſolentiam, metumq; conſimilis audaciæ cæteris inijciendum, aliquid ab
inuiſiſſima ſibi feritate mutuandum ratus, manſuetudinem ingenij ſui depoſita ad
tempus clementia crudelitatis actus imitari coëgit. In ponte res geſta eſt, utriſque *Tumultus po-*
tranſitum anticipare ſtudentibus. Anceps diu prælium fuit: inſignis illic agreſtium *pularis.*
pugna extitit. Quorum aciem Abſalonis equites per ignoti uadi compendium ir-

C rumpentes,repentinam uictoriam ædidere.Multi illic popularium cæsi,compluribus amnis exitio extitit. Ferrum uitantes,aqua periclitati sunt,reliquiæ fuga seruatæ. Ita nefarius ille cœtus diuino iudicio profligatus,sacrilegi furoris pœnas exoluit. Rex Lundiam regressus, orientalium partium armatam plebem aduentare cognoscit,unius iam exercitus uictor,alterum excepturus.Cuius generalem conuentum pugnæ celeritate præcurrere monitus, à Lundensibus,stipendiorum loco uectigalium laxationem poscentibus, aliquandiu retentatur. Quibus obtentis in proximum campum excessisse contenti, longius eum sub excusatione uiendæ urbis prosequi superfederunt. Id regi tardius hostes excipiendi causam præbuit. Getungam appellant pontem apud quem armata popularium corona consedit. Grandes illuc lapidum aceruos prohibendi pontis gratia uecors turba congesserat. Rex alio amnem uado transgressus, ferro decernere statuit. Sed plebem non tam præsentia regis arma,quàm dira recentis sociorum cladis exempla terrebant. Missis igitur qui pontem à rege repeti precarentur, ab armis se discessuram promittit.Præcipue regem Absalonis in nimiam agrestium stragem uitandam dicentis temperamenta flectebant. Repetito ponte supplices à seditionis autoribus ad regis genua manus tenduntur, cunctaq; famulandi officia auidius promittuntur. Cum de fide ambigeretur, iusiurandum promissionibus additur. Sic uulgi collegio dimisso,Lundiam reditur.Scaniæ deinde giro pertransito,obsides à plebe recipiuntur.Ad reliqua facilis populus,decimarum solutionem duntaxat pertinacius abnuebat.Nihil magis regi quàm ad earum remissionem Absalonẽ abducere curatum est: summopere cauendum dicenti, ne sibi fortè quod olim Kanuto Othoniensi decimarum iura propagare nitenti acciderat,eueniret. Absalon quicquam ex consueto sacrorum iure decerpere,non minus inglorium quàm sacrilegum ra-
D tus,constantius id se facturum negabat,dicendo,tametsi rex plebis sententiam fauore prosequeretur,sibi impedimento non fore quo minus ab ea decimarum debitum exigere perseueraret, neminem ad participanda secum pericula prouocaturus.Tutissimum igitur regi silentium fore,ne ecclesiæ opem ferendo, populari seipsum odio implicet. Tam iustam, tamq; fortem Absalonis constantiam rex animo ueneratus,cum remissionẽ admittere nolit,exactionem deferre postulat, consilio postmodum effici posse quod armis nequeat. Paruit precanti Absalon,præstitus se decimarum loco prioribus pontificum conditionibus non usurum, ne prorsus earum iura negligere uideretur. Tam modesta Absalonis promissio consternationi remedio fuit. Summa postmodum Cæsaris in attentando Saxoniæ principe calliditas patuit: non enim minorem expugnandi eius spem in acumine quàm uiribus reponebat. In primis Vualdemarum,quem eidem certius affuturum credebat,astutia tentat. Siquidem binas eius filias,totidem filijs suis,quorum alterum successioni imperij destinarat, alterum Sueuiæ satrapam constituerat,per legatos in matrimonium postulabat: non quod sanguini suo bonæ fidei nuptias quæreret,sed ut hostem amicis abundantem auxilijs spoliaret. Quod callidius an impudentius egerit,ignorauerim. Ad illum enim falsas iungendæ affinitatis preces dirigere non erubuit,quem olim perfidiæ laqueis complicatum ad obsequia sibi pacisceda pertraxit. Amici regis intellecta fraude,hæc non matrimonij uoto,sed Henrici odio flagitari dicebant. Tam ueros Cæsarianæ calliditatis interpretes, sola reginæ sententia superauit,sanguinis sui connubijs affinitatem cum Cæsare iungere glorioſum ducentis. Quærente rege quantum ab eo dotis nomine exigeretur, legati se ignorare dixere, remq; ad Cæsaris arbitrium retulere. A quo rescriptum est, curandum regi Lubecam petere, cuncta secum illic commodius definituro. Obtemperatum rogatui est,Interea Cæsar omnibus imperij neruis ad obruendas

Henrici

A Henrici partes conniſus, urbes eius paſſim ad ſe deficientes in deditionem rece-
pit. Defectionis cauſa non tam Cæſaris amor quàm Henrici odium extitit. Is ſiqui-
dem nimijs ac diuturnis felicitatis ſucceſſibus elatus, inq; ſummo fortunæ faſtigio
nullum ruinæ incommodum ſuſpicatus, ſubiectas tyrannidi ſuæ ceruices inuſita-
ta dominationis ſæuitia, atque intolerabili morum acerbitate uexabat, nec hoſti
quàm ciui importunior exiſtere conſueuerat. Igitur non bello aut clade, ſed frau-
de militum & deſertione uiribus amiſſis, cum ſolas ſpei reliquias in Tranſalbiano
rum auxilijs haberet, Lubeco oppido relicto quod ſe eius mœnibus parũ tutum
arbitraretur, ſumma cum feſtinatione correptis nauibus, in Stormariam intimum
fugæ ſuæ receptaculum penetrat. Huius prouinciæ præſes Adolfus apud ipſum
profuſis charitatis officijs à puero alitus, feliciaq; naturæ pariter ac fortunæ incre-
menta ſortitus, atque ad ordinem militarem ſummis beneficentiæ ſtudijs proue-
ctus, tam fœdam educationis ſuæ mercedem exoluit, ut inter omnes Henricianæ
militiæ comites, primus ſe defectoris nomine macularet. Poſt hæc à Cæſare naui-
gia quibus Albiam ſuperaret, ſagittarijs & funditoribus completa, per pronum
amnis alueum immittuntur. Pari ſtudio claſſis exquiſito bellatorum agmine refer-
ta, ad impediendum Cæſaris traiectum ab Henrico contracta. Quæ poſtquam ho
ſtilium nauium multitudinem in conſpectu habuit, earundem numero perterrefa
cta, propoſito per fugam deſerto, Cæſari tranſitum ceſſit. Qui dum oppidum Lu-
becum obſidere cœpiſſet, Bogiſzlauiq; & Kazymari fratrum uires admodum ſu
ſpectas haberet, utrique ſe potentiæ & claritatis incrementa daturum, ſubornata
legatione promittit, prouincias quas hactenus obſcure & ſine honorum inſigni-
bus geſſerint, ſatraparum nomine recepturis. Iocunda Cæſaris toties ab Henrico
B læſis promiſſio extitit, non intelligentibus ſibi ſub ſpecie beneficij, deforme ſerui-
tutis iugum intendi. Interea Vualdemarus claſſe luxu quàm armis ornatiore Lu-
becum profectus, occurrentibus ſibi Germanorum equitibus, eximiasq; eius ad-
uentui grates habentibus, nauigationem medio amne quoad poſſit proferre de-
poſcitur, quo breuius inter ipſum ac Cæſarem iter reſtaret. Quo facto, poſtero die
an Cæſarem medio itinere obuium affectaret à legatis rogatus, caſtra eius petere
præoptauit, Romani imperij rectorem in re modica fatigare ſuperuacuum exiſti-
mando. Nec minor Cæſaris in excipiendo Vualdemaro calliditas, quàm Vualde
mari in petendo Cæſare moderatio extitit. Siquidem in primis eum amplexu atq;
oſculo decentiſſime ueneratus, mox dextra honorabiliter apprehenſa, depoſito
amiculo per media caſtra perduxit, præconis more cunctos ei uia cedere iuben-
do. Tentorium quoque nimio multitudinis conſpiciendi regis auidæ concurſu col
lapſum, planum campi petẽdo deſeruit: ubi ſedandæ preſſuræ gratia diſtenta uir-
ga, quàm poterat celſa uoce cunctos locis in quibus conſiſterent conſedere præce
pit. Sed Vualdemarus cum eius dignatione perinde ac quadã moderationis æmu
latione contendens, ſellam ſuam ſe expectaturum reſpondit, ne probato ſedendi
uſu, imperialis cathedræ honorem uſurpare uideretur. Magnates honoribus emi
nentes, non ordine aut ratione diſcretis ſedendi ſpacijs, ſed ut quenque uiolentæ
preſſionis caſus iactauerat ſedilia habebant, fortuna non dignitate locorum uſum
diſtribuente. Illic exaudire erat Theutonum uoces formam regis ſtaturamq; mi-
rantium: quos tanta uiſendi eius cupiditas ceperat, ut ſedendi humilitas obſtaret,
alter alterius conſcenſis humeris productis illum ceruicibus inſpectarent, hunc
regem, hunc dominũ, hunc imperio dignum referre, Cæſarem regulum homun-
cionemq; uocare. Adeò Barbaris eum excellens corporis habitus uenerabilem fa
ciebat. Crediderim Cæſarem has militum uoces diſſimulanter tuliſſe, ne regis lau-
dibus offendi uideretur. Quem poſt diutinam omnium admirationem, paucis ſe-

C cum exurgere iuſſis, in proximum tabernaculum eodem comitatis genere deducendum curauit, quo uenientem fuerat proſecutus. Illic enim ſerijs omiſſis aliquandiu beneuolo iocundoq; ſermone detentum, ad ueſperam proſequente totius Germaniæ iuuentute diſcedere permiſit, luce poſtera apud ſyluam portui uicinam opportunioris colloquij gratia præſentiã redditurum. Interea filios regiam nauem petere, inq; ea ſub ſpecie luſitandi morari præcepit, chariſſimorum pignorum familiari conuerſatione in quanto regis aduentũ poneret, oſtendere cupiens. De quorum nuptijs, condicto in loco mentionem orſus, maiori triginta millia talentũm, minori octo in matrimonij conditionem depoſcit. Quæ res ſuſpecta Danorum maioribus fuit, uirgines nondum ad nubẽdi ætatem prouectas, fraudulenter ab eo poſtulari credentibus. Sed Vualdemarus maiorem ſummam ſuis opibus imparem arbitratus, minorem Vngariæ regis arcta ſibi propinquitate coniuncti fiducia pollicetur. Huic pactioni iureiurando firmitas adiecta eſt, deſponſionisq; uinculum ſacramenti religione conſtrictum. His actis rex nauigia, Cæſar caſtra repetijt. Quo tempore Sclauorum ad ipſum, regiæ claſſis metu, nauigijs progredi non audentium, legatis receptis, diluculo nauigium regis paruo militum numero comitante eiuſdem cymba aduectus, cunctis inopinatus aſcendit. Igitur rege exercitus ſui primores participandi colloquij gratia contrahente, ſolum Rugiæ principem Iarimarum, quem pridie compluribus uenerationis officijs, inſuper regio nomine adulatus fuerat, quod eum Danis perquam fidum non ignoraret, uocari paſſus non eſt. Habere deinde ſe dixit quod ad regem ſecretò referre cupiat, quem ob futurum mutui ſanguinis contractum non amicum modo, uerumetiam unanimem habeat. Sclauos ſiquidem eneruãdi gratia Henrici à ſe promiſſionibus allectos eſſe, quas eodem expugnato minime exequi uelit, memor
D quid olim ſibi de ſubigenda Sclauia pollicitus fuerit. Orare deinde patiatur ſe eam ad præſens ſui muneris facere, binis fratribus geminæ præfecturæ titulo ſpecioſius quàm diuturnius tribuendam. Eandem quippe ſe ei, profligato Henrico, ſubijcere curaturum. Annuente rege, poſteroq; die concionẽ petente, Bogiſzlauum & Kazimarum datis ſolenniter aquilis, Sclauiæ duces appellat, ueterem atq; hæreditariam patriæ libertatem uanis atque fucoſis dignitatum nominibus uenditantes. Qui ſi ſciſſent quanto oneri ſe exigui panni receptione ſubſternerẽt, mortem beneficio prætuliſſent, aut priuati in omne uitæ tempus degere maluiſſent. Sic ſub honoris ſpecie, grauiſſimis dedecoris probris implicati diſcedunt, ſeruitutem falſis dignitatum inſignibus coloratam in patriam referentes. Illic quoque Syfridus ſplendido Thyringiæ loco ortus, unam Vualdemari filiarum Cæſare aſtipulante deſpondit, regiaq; naue deuectus, ſolennes Sleſuici nuptias habuit. Interea Sclaui caſtello quod propter Zuynenſia oſtia moliti fuerant, hyberna maris exundatione peſſundato, bina alia ijſdem in locis materia per hyemem contracta, Veris principio condiderunt, inexpugnabiles ſe fore rati, ſi Penus amnis Vualogoſto oppido Zuyna maritimorum præſidiorum obſtaculis clauderetur. Quod rex ſero nuncio expertus, cum ad Viridem portum impediendi operis gratia contractis copijs appuliſſet, ex Rugianis cognoſcit conſummatas arces, præſidijsq; completas. Præcipue eum in his expugnandis circunſpecta portuum inopia deſperare coëgit. Tunc Kanuto filio, tunc Abſalone, Sunone, & Esberno uocatis, refert difficilem arcium oppugnationẽ ſibi uiſam, alienis eas auſpicijs quàm proprijs inceſſere præoptanti, ne ſtudijs parum ex ſententia cedentibus, rerum toties à ſe feliciter geſtarum fulgor corrumperetur. Igitur Kanuto atque Abſaloni oppugnationis curam imponit, præfatus minus ruboris ex inefficaci illorum pugna, quàm ſua ad patriam redundaturum. Si uincerent, non minori ſibi gloriæ fore,

quàm

A quàm ſi ipſemet uictoriam ædidiſſet. Sed Abſalon Scanorum atq; Sialandenſium ductum pollicitus, Iutos ſua opera ductandos negabat, quos non ſolum imperij ſui, uerumetiam adoleſcentiæ Kanuti contemptum acturos ſciat. Nec eum prædictionis augurium fefellit. Permotus dicto rex, iturum licet inualidum, reſpondit. His curis aſtrictus, morbo ex ſollicitudine contracto in lectum decidit. Enimuero præcordia eius diuiduæ paſſiones, hinc uincendi cupido, hinc deſperatio torquerunt. Mane ducibus eum ut ſibi parceret orantibus, imperiumq; eius etiam abſentis ſe executuros ſpondentibus, uix atq; ægre conſenſit, ut ad oppidum Vuorthyngum filio pontificiq; contradita belli ſumma diſcederet. Quibus eodem in loco diutina ac uehementi tempeſtate detentis, ſeditioſæ Iutorum uoces toto littore exaudiebantur, tum cõmeatuum alimentorumq; defectum cauſantium, tum expeditionis militiæq; remiſſionem poſcentium. Quas cum Homerus Ripenſium antiſtes, quem præter religionis dignitatem ſingularis eloquentiæ claritas cõmendabat, copioſis facundiæ documẽtis delinire non poſſet, poſtremo uim uerbis anteponendam ratus, quendam ex ſeditionis conſortibus ante tentorij ſui fores pertinacius obſtrepentem, prendi uinciriq; curauit. Quæ res populi clamorem auxit, ſeditionem accendit. Igitur patres plebis à rege cum contemptu imperij diſceſſum ueriti, communicato colloquio expeditionem ab eo ſponte ſoluẽdam decernunt, temerariam eius delapſionem ſimulatæ licentiæ beneficio præcurrendam putantes, ne magis proprio ductu finiri quàm regio nutu remitti uideretur. Quæ ſi in præripiendo reditu propriæ uoluntatis motum ducis arbitrio prætuliſſet, euenire poſſe quod diuo Kanuto ſolutæ claſſis pœnas à patria exigenti contigiſſe proditur. Quam rem Kanuto ſi patrem eius iam febri implicatum præſens morbus abſumeret, regni ſucceſſionem adimere poſſe. His conſilijs adductus Kanutus, con-

B uocatam claſſem facta reuertendi poteſtate dimittit, beneficij loco erogans, quod plebis petulantiæ negare non poterat. Ita ſeditionis periculo bellum omittere coactus, cum Abſalone, Esberno, & Sunone Vuorthingum adnauigat, paternæ febris exitum expectaturus. Igitur Vualdemarus per apertã cubiculi ſui feneſtram uelorum reditum contemplatus, admiratione rei morbi pariter atque ægritudinis incrementa contraxit. Summa tamen utriuſque diſſimulatione uſus, filium ad ſe cum arbitris ueniẽtem tam hilari uultu admiſit, ut penè morbo uacuus putaretur. Quinetiam ſe minimo doloris ſenſu teneri dicebat, corporis moleſtiam animi robore diſſimulare conãdo. Apud Abſalonem tamen religioſam culparum confeſſionem agere non oblitus, incertũ mortis tempus ſacro correctionis genere præcurrendum credebat, ſeram atque inutilem pœnitentiam iudicans quæ emendationis odio, nimiaq; peccandi perſeuerantia ad ultimum uſque ætatis terminũ prorogatur. Prẽterea locis monaſtica religione ſacratis dimidium patrimonij ſui, quæ ad fiſcũ regiũ pertinebãt exceptis, teſtamẽto legauit. Sed cæteris bene de eius ſalute ſperantibus ſolus Suno, ſiue ſomnij monitu, ſiue alio mentis oraculo doctus, fatalem hanc regi febrẽ augurabatur, quonam modo filij rebus, decedente patre, ſuccurri oporteret prouidendũ hortatus. Tantam ſiquidẽ in regis funere luctus acerbitatem futuram, ut conſilium ullum aduerti nequeat. Eodem tempore Ioannes quidam religione Abbas, medicinæ præſumptuoſior quàm peritior profeſſor, cuius opi plurimum credebatur, è Scania accerſitus aduenit. Qui morbo parum prudenter inſpecto, ſoſpitatem regi cõſtantius quàm uerius promittebat. Quem cum cibo medicinali arte confecto reficiendum curaſſet, cunctis cubiculo eiectis quietem capere iubet. Eundem paulò pòſt ſine uoce eſſe compertum, ut artuatim ſudore ſuffuſum inuenit, accurratius operiri præcepit, lætum id profluuij genus ac ſalutare teſtatus. Vtinam Sunonem potius mentis augurium, quàm medicum ar-

C tis ſuæ præſagium fefelliſſet. Cuius promiſſum regis obitus inſecutus, quàm parum fidei in medicorum opere reponi oporteat, documento extitit. Ingreſſi mane cubiculum amici, defuncti regis corpus perquam ſimile ſpiranti reperiunt, adeò priſtinum habitum retinente uultu, ut nec rigore contractum, nec horrore mutatum cerneres, rubicundis oris notis uiui hominis ſpeciem aſpectumq; reddentibus: incertum an deceſſiſſet: priſtini caloris habitus totis adhuc membris retentus, relinquere uidebatur. Serò tandem pallore mortis fidem faciente mādatur feretro corpus, Ryngſtadiumq; funerandi gratia deuehendũ curatur. Hic uicus non uetuſtate modo, ſed etiam paternæ eius ſepulturæ titulo conſpicuus habebatur. Acceſſit luctui matrum miſerabilis planctus, ſparſis comis funeri occurrentium, iterumq; ſe priſtinum ſeruitutis onus experturas dicentium, extinctum illum qui ciuium capitibus captiuitatem detraxerit, qui patriam piratarum metu uacuefecerit, maritimasq; ſedes perinde ac domeſticas à prædonum incurſu tutas præſtiterit. Agreſtes quoque funebri ipſius pompa conſpecta, ruſtico opere quo occupati erant relicto, conſentaneis arua querelis replebāt. Cui etiam ut ſupremi officij decus præſtarent, funebri eius lecto humeros ſubijcere iocundum ducebant, euerſam regis morte patriam, miſeriſq; ſibi commune funus, aut ſi quid funere triſtius eſt imminere plangentes. Pro cuius ſpiritu ſalutaria Abſalon uota geſturus, interſolennium uerborum nũcupationem doloris impotens, non temperauit ſibi quominus aram lachrymis ſpargeret, uixq; ad rem diuinam peragẽdam uocis aut manus miniſterio ſufficere ualuit. Quinetiam tantum ægritudinis animo contraxit, tamq; graui & periculoſa ualetudine ſubitò affici cœpit, ut penè uitam cum ſacrificio finiret. Incredibile uideretur tantum uirum tam inſigni luctus horrore confectum, ſi non eius erga Vualdemarum affectus fuiſſet notiſſimus. Sed fortuna al-

D tero patriæ lumine extincto, reliquum perire paſſa non eſt, ne deeſſet cuius ductu Daniæ pedibus Sclauia ſubijceretur, aut gens quæ ſub tantis ducibus ad excellentem honoris habitum prouecta fuerat, tutore uacua remaneret. Cuius lachrymis precum loco defuſis reſperſa altaria, non paruum promptiſſimæ eius erga regem beneuolentiæ indicium præbuere. Iiſdem quoque madefacta thura, gratum deo odorem dediſſe crediderim.

HISTORIAE DANORVM LIBRI DECIMI QVINTI FINIS.

STORIAE DANICAE LIBER DECIMVSSEXTVS.

PERACTIS inferijs, corporeq; regio honoratiſſime funerato, Kanutus monentibus arbitris feſtinatione qua regnum peti firmariq; oportuit, in lutiã ſeceſſit, paternos ſibi milites obligaturus. Neque enim illi nomen regium ambiendum reſtabat, quod unctionis ſuæ tempore ſolenniter adeptus fuerat. In concione Vuibergenſi beneuolos ciuium animos experſtus, apud Vernenſem tacita quorundã ſimultate compreſſa, pari cæterorum fauore excipitur. Atque ita patriæ cõſenſu, regni hæres efficitur. Interea Scanorum populus laxata ſibi priſtinæ petulantiæ frena regis morte gauiſus, cladis apud Diſiam pontem peractæ piacula à principibus exigere conſtituit, per quos chariſſimis neceſſitudinũ ſolatijs orbatus fuerit. Sed & Ako quidam Tubbonis filius plenis temeritatis eloquijs flagrantiſſimam ciuilibus malis facem ſubijciebat, extinctæ & iam penè ſepultæ Scanicæ ſeditionis reliquias ſuſcitando. Cuius mali impediendi gratia Abſalon in Scaniam tranſgreſſus, apud plenam malignitatis cõcionem oratione liberius quàm efficacius habita, à plebe deſeritur, factionis principes alium concionondi locum complexos petente. Quorum tam petulans ac præceps audacia erat, ut equis inſidentes cunctam Scaniæ plebem ad eundem locum ſemeſtri ſpacio exacto, quaſi tuendæ libertatis gratia armatam redire ſub edicto iuberẽt: quæ res Abſaloni Sialandiam repetendi cauſam præbuit. Ob cuius receſſum popularis ſæuitiæ procurſus temeritatis incrementis euectus, inq; Thordonis & Esberni penates effuſus, eoſdẽ prius rapinæ, deinde incẽdio ſubiecit. Cõplures quoq; Scanicæ nobilitatis ſequentibus diebus ædes crematæ. Siquidem factionis duces quo promptiore plebis audacia uterentur, petulantiam eius principum bonis paſcendam curabant, dulcedine prædæ & aſſiduis fatigationis præmijs, iocundiorem atque alacriorem eius operam reddituri. Igitur nobilium complures æqualium exemplo uim penatibus ſuis inferendam timentes, bona omnia amicorum cuſtodiæ mandabant. Pars fretum nauibus complexa, ſe & opes undis quàm ædibus credere præoptabant. Pars apud Abſalonem exulare ſolatij & lenimenti loco duxit. Cuius atque Kanuti equites ſuam æque ac dominorum fortunam afflictari cernẽtes, cum iniuriam armis propulſandam duxiſſent, ſeditionis principes fruſtra à ſe ſine duce res nouari ſuperiore tumultu experti, Haraldum quendam regij ſanguinis & obtuſi cordis, impeditiq; ſermonis è Suetia acciſcunt, hominem prorſus regno imparem, cum in eo nihil præter generis nobilitatem natura aut fortuna commendabile reddidiſſet. Igitur maiore cum opprobrio talem uirum Suetia miſerit, an Scania receperit, incertum eſt. Quo rumore attoniti perculſiq; magnates, prout ſe hoſtium aduentus fama uariabat, dubijs Abſalonem legationibus fatigant: nunc opem eius tranſitumq; poſcentes, nunc eundem cum tota manu ſuperſedere iubentes. Nondum enim Scaniæ partes Haraldus irruperat. Quas cũ Kanuti Suetiæ regis eiuſdemq; ſatrapæ Byrgeri præſidijs ui rupiſſet, ad noui principis opinionem cupide conceſtum uulgus incredibiles ei copias ſociabat. Quibus fretus, Lundenſi urbi portas ſibi claudenti excidium minatus eſt. Igitur ex magnatibus complures alternis internuncijs contracti, fortiq; inuicem cohortatione firmati, propter Luminam amnem caſtra conſtituunt: alijs regiorum militum per ignorantiæ ſimulationem uenire ſuperſedentibus. Quos tantus pugnandi ardor ceperat, ut per ſummum

C non ſolum periculorum, ſed etiam popularium contemptum, abſque paucitatis ſuæ reſpectu ut quemq; equi pernicitas adiuuabat, ſine imperio aut ordine effuſis habenis in hoſtem contenderẽt. In quo quidem impetu, maiorem uenti (quem forte aduerſum habebant) quàm hoſtium quos impetebãt ſæuitiam experti ſunt. Ille enim magnitudine ſua clypeos curſitantibus decuſſit, hi ne pectora quidem irrumpentibus obuertere auſi fuere. Ita popularium acies numero hominũ quàm animis præſtãtior, incruentam de ſe uictoriam dando, plus pericli an ignominiæ ſenſerit dubietati ſubiecit. Enimuero quò expeditius fugam, qua pugnã præcurrebat, intenderet, ſeipſam ſcutis exuere non erubuit, armorum onus abiiciendo quorum uſus experiri confiſa non fuerat. Hac igitur partim cæſa, partim capta, Haraldus cum Akone quem affectati regni autorem habuerat Suetiam refugus petebat. At Lundenſes ſuſpenſis ad belli euentum animis in neutram partem auxilia commodabant, fauorem uictoribus erogaturi. Qui rei ſucceſſu conſpecto, perinde ac uictores uictis inſultare cœperunt, cupiditate laudis & prædæ alienis ſe uirtutibus inferentes. Nec contenti popularium ſpecie bis bellum potentibus intuliſſe, collecta concione tertium aduerſum eoſdem indicere grauati non ſunt, ſuſcepti uulneris dolorem conſternationis furori permixtum communi nobilitatis exitio penſaturi, tantamq; prouocandi perſeuerantiam ſiue pudore cladis, ſiue cupidine ultionis animis inſitam geſtantes. Neque enim illos aut illuſtrium uirorum reſpectus, aut uulnerum ſuorum memoria, quo minus ſeditionis ſtudia ſectarentur domare potuit. Quod periculum cunctorum Scaniæ magnatum capitibus contiguum, præproperus Abſalonis cum Sialandenſibus aduentus diſpulit. Siquidem ſublatis uexillis deputatum concioni locum ingreſſus, non ſolum turbulentiſſimo plebis propoſito obſtitit, ſed etiam leges quæ inD quiſſimis eiuſdem ſuffragijs conuulſæ fuerant, piiſſimo iudicij decreto ad priſtinæ autoritatis habitum reduxit. Sed neque Haraldum quò minus à magnatibus damnaretur, abſentiæ patrocinium protegere potuit. Hunc certe bis à Scanienſibus multatum dixerim, ſemel armis, iterum ſententijs. De quo quidem diſcernere arduum eſt, ferro an ſuffragijs punitior fuerit. Plebs quoque nihil hoſtile auſa, armis ſumma cum propoſiti diſſimulatione depoſitis, Abſalonis ſe turmis tranquillo concionandi more iungebant, ſingulis iudiciorum ſuffragijs alacrius quàm libentius ſucclamando. Ita terribilis illa ac diutina ſeditio ſimul cum concione finem habuit, funeſto plebis conatu ulterius aduerſum principum collegium inſoleſcere non audente. Interea Kanutus excitati in Scania belli nuncio, Fioniam è lutia petere coactus, Esbernum Abſalone fratre nunciandæ regiarum partium uictoriæ gratia tranſmiſſum, obuium accipit. Cuius inopinato occurſu triſtia afferri ratus, hærente animo, deiectoq; uultu quicquam ex eo cognoſcere uerebatur. Poſtmodum non ſolum eiuſdem plena hilaritatis fronte meliora ſperare iuſſus, uerumetiam iocunda ac libenti narratione de ſuorum uictoria doctus, in Scaniam ouans proceſſit, ac primum eius prouinciam Froſtam rapinæ & incendio opportunam exhibuit, uaſtaſſetq; ni Abſalonis erga illam ſtudium gerentis interuentu prohiberetur. Quo mediante effectum eſt, ut ab his qui in regem Haraldica factione deliquerant, æra tantum pœnæ nomine exigerentur. O immenſam clementiam, cuius beneficio hominibus euidenter noxijs, maximi facinoris culpã paruulo cenſu redimere licuit. Quo exemplo cæteri ad ſpem ueniæ erecti, mitiſſima Abſalonis opera parem regis manſuetudinem experti ſunt. Egregium tunc Kanutus moderati animi ſpecimen dedit, cum ultionem quam uniuerſorum crimen meruit, unius amici precibus donauit. Indignum adoleſcentem, cuius uirtus externi principis acumine tentaretur. Compluribus enim

A enim Cæſaris legationibus curiam adire, paternæq; amicitiæ ſucceſſionem expetere iuſſus, intercedente amicorum conſilio quam modeſtiſſime reſcripſit, excuſationis uerbis à regnandi nouitate quæſitis. Siquidem arbitris eius excuſſa atque explorata Cæſaris calliditas erat: hiſdem perfidiæ laqueis filij ſimplicitatem circumuenire ſtudentibus, quibus olim patris credulitatem implicatam habuerat. Cui cum Cæſar erepturum ſe regnum alijq; daturum plena minarum epiſtola reſpondiſſet, ſolum hoc reſcribere contentus fuit, quærendum uidelicet Cæſari eſſe priuſquam ſibi regnum adimat, qui Daniam in eius beneficio reponere cupiat. Qua reſponſi libertate, non ſolum minantem eluſit, uerumetiam plurimum à ſe fiduciæ in ciuium animis reponi docuit. Apud quem Cæſar fruſtra monitis egiſſe ſe uidens, Syfridum qui ſororem ipſius in matrimonio habebat ſubornat, quod literarum ſuarum inſtinctu nequibat, alienæ uocis ſupplemento perſuaſum haberi conando. Qui ubi Daniam intrauit quanta regis charitate ob ſororis eius matrimonium teneretur, quantiſq; Cæſar uiribus eſſet expoſito, Abſalonem, Sunonem, & Esbernum, qui ſoli ex amicis cum rege admittebantur, tum fidei quam Kanuto cuius tutores exiſterent deberẽt, tum fiduciæ quam eiuſdem pater in eorum pectoribus repoſuerat admonitos orare cœpit, ne amicorum nomine hoſtes agendo, creditum ſibi pupillum annis & conſilio tenerum, graue & intolerabile belli onus ſuſcipere iubeant, eumq; ſub titulo tuendæ libertatis regno exuant: qui potius ſalutaribus illum conſilijs formare curæ habeant, Romanicq; imperatoris curiæ aſcribi deforme non ducant. Reſpondet Abſalon, de ſe dubium non eſſe, quin utiles ſi noſſet monitus, Kanuto libenter fuerit porrecturus: à quo ita Cæſaris amicitiam expeti uelit, ut propriæ eius ma

B ieſtatis decus incolume ſeruaretur. Nam & Vualdemarum Frederici partes, amicitiamq; ſecutum, nihil fide eius aut promiſſione fallacius reperiſſe. Proinde Syfridum noſſe debere, Kanuto Cæſaricq; æquum regnandi ius eſſe, neque minore cum libertate hunc Danici regni, quam illum Romani imperij gubernacula continere. Igitur indignante Syfrido, plenaq; minarum ac faſtus reſponſa fundente, an tu, inquit, ex temetipſo Daniam penſas, eamq; ut Thyringam à Cæſare cum uolet quamfacilime capi poſſe exiſtimas? Proinde abi, imperatoricq; tuo perfer Danorum regem ne minimam quidem obſequij partem dignitati eius ac nomini delaturum. Dignum hoc contemptu dixerim, qui propior alieno imperio quàm propriæ affinitati tam inuiſam Danicæ libertati legationem ſuo monitu adminiſtrare ſuſtinuit. His auditis Cæſar, ſpernenti ſe regi, quia bellum nequiuit, odium inflixit, animo non ferro contemptum ulturus. Spe tamen potiendæ Daniæ non omiſſa, ciuilium in ea malorũ motum expectandum putabat, ſeditione diuiduam gentem, minore cum uirium ſuarum periculo oppugnandam ſperando. Quam opportunitatem aliquandiu quæſitam à fortuna ſibi negari conſpiciens, Sclauiæ ſatrapam Bogiſzlauum quem nuper Kazimari fratris decedentis orbitas hæredem effecerat, crebris muneribus ampliſſimiſq; promiſſionibus in Danica bella ſollicitat. Cuius hortatui Bogiſzlauus pronius quàm prudentius obſecutus, ſed bellum aduerſum Daniam palàm atque aperte profiteri non auſus, primum auunculi ſui Iarimari Rugiæ præfecti quæſitis ſimultatum cauſis hoſtẽ agere cœpit, Cæſarianæ militiæ reſpectum arctiſſimis affinitatis uinculis præferendo. Quare Kanutus per Iarimarum certior factus, mitti curauit qui cauſam à Bogiſzlauo tam ſubitæ læſionis inquirerent. Ille non regem, non Daniam à ſe lædi, ſed iniuriam à Iarimaro illatam repelli teſtatus, communem controuerſiam per utriuſq; legatos, armis interim depoſitis ad regis cognitionẽ, referri depoſcit, eundemq; pacis inter ſe faciendæ autorem flagitat, uerbis beneuolentiam ſimulantibus, ſim

C plicitatis fidem prætendere cupiens. Igitur rege nihil insidiarum aut perfidiæ me-
tuente, causæ dictionis dies locusq; decernitur. Apud insulam deinde Samsam,
non solum huius negocij explicandi, sed etiam iuris ciuilis emendandi gratia in-
genti nobilitate contracta, amborum legatos excepit. Quorum altercatione solen
niter audita, cum in larimarum complura loquacius quàm uerius obiectarentur,
ac propter principalium personarum absentiam sententia impediretur, à Bogis-
zlaui legatis ultro iureiurãdo promissum est, eum cum primum regi placitum fo-
ret, in rem præsentem uenturum: ita in eludendo rege non minore legatorum
quàm eius à quo missi erant calliditas uersabatur. Quorum promissis Kanutus
securius quàm cautius æstimatis, concilio ocyus dimisso in lutiam secessit, fortissi-
mis quibusq; Scanorum ac Sialandensium tantam ocij tranquillitatem causantia-
bus, seq; nimia iam quiete in desidiam prouolui querentibus, longo delitiarũ usu
enerues animos gerere, qui sub rege Vualdemaro totius fermè anni tempus mul
tiplici rerum agitatione, uarioq; militiæ genere deducere consueuerint. Nam mi-
litaris roboris neruos sicut ocio hebetari ac remitti, ita negocio intendi excitariq;.
Igitur acuendæ uirtutis gratia piraticam aduersum Estones in commune decerni
placuit. Inter hæc Bogislzlauus hortante Cæsare non solum patrijs ac domesticis
uiribus instructus, sed etiam à finitimis late præsidia mutuatus, aduersum Rugia-
am quingentarum nauium classem ingenti belli apparatu refertam contraxerat.
Quibus copijs nihil hostilium uirium obstaturum ratus, Bugislzlauum quendam
legati nomine Cæsarem petere iubet, qui tantum à se exercitũ aduersum Daniam
contractum nunciaret, ut dubitare non possit quin Kanutus resistendi fiducia
defectus, quamcitissime Romano se foret imperio traditurus. Delectatus promis-
so Cæsar, laudato Bogislzlauo legatum imperatorijs donis prosequitur. Iarima-
D rus tam subiti inopinatiq; belli fama perculsus, Absaloni in Sialandia se continen
ti magnitudinem periculi Rugianæ genti imminentis, propinquitatemq; denun
ciat. Qui protinus festinatione quanta sociorum expugnationem præcurri opor
tebat accinctus, missis per Sialandiam epistolis, omnem ætatem armis habilem in
classem confluere iussit, minores rates maioribus, onerarias piraticis sociauit, ple
bicq; demum ac nobilitati promiscuum corripiendarum nauium usum concessit.
Eodem edicti genere coniunctis Sialandiæ insulis imperatum. At Fionien sibus
Scanisq; sextum intra diem præfixum portũ petere, alioqui supersedere iussum.
Neque enim ulteriores apparatui inducias conuenire. Adeò autem in his quibus
expeditionis societas mandata fuerat obsequendi solicitudo flagrabat, ut egregio
alacritatis certamine constitutum sibi tempus aut implerent, aut præcurrerent.
Kanutum uero tametsi nuncium in lutia recepisset, ingens locorum distantia de-
nunciati temporis angustijs permixta, Absalonici operis consortem existere non
patiebatur: sex solas naues Fionia, quatuordecim Scania, cæteris tarditate impe
ditis, transmisit. Quarũ insignis paucitas culpæ obnoxia uideri potuisset, si non
longinquitatis patrocinio defenderetur. Pentecostalis festi peruigilium erat, quan
do prænominatum sinum Absalonica classis inierat. Eadem die ne quid segnius
aut cunctantius gereretur, Hythim insulam adnauigari curatur. Illic obuij Ru-
gianorum nuncij præstolandum docent, quoad sciri possit in quam Rugiani soli
partem hostilis irruptio tenderet. Iam enim Bogislzlauo ad insulam Coztam Ru
giæ prætentam esse peruentum. Qui quanquam hostilia iam penè rura pulsaret,
non temperauit sibi quo minus sobrietatem effusa crapulæ licentia uiolaret. Tan
ta siquidem epularum indulgentia exercitum aluit ac corrupit, ut conuiuium ma
gis quàm bellum amplexus uideretur. Verum Absalon nunciorum monitis ob-
secutus, hisdem postera luce regressis, Bogislzlauumq; ex aduerso Strelæ insulæ
copias

A copias expositurum docentibus, quanquam crepusculum appetebat, correpto
signo ocyssime littus scapha petiuit. Gubernatorum deinde collegio per præco-
nem uocato, nunciocp quambreuissimo militibus ædito, ingenti cohortationis cu
ra alacritate exercitum repleuit quietem, suam certis uictoriæ imaginibus adum-
bratam præfatus. Nec alia militum responsio fuit, quàm pugnam se optare: quam
si accipiant non dubitare quin uincant. Quem animorum calorem tum à longa
uincendi consuetudine, tum etiam ab ingenita Danico sanguini uirtute traxerũt:
digni qui uocis suæ augurio non fallerentur. Igitur Absalon incertæ nauigatio-
nis metu quod fretum dubiæ profunditatis esset, diluculum præstolatus, cum in-
de soluturus esset, aliquandiu retentus est, arenis anchora altius insidente. Quo
euenit, ut ab uniuersis infinitum procedendi ardorem gerentibus relinqueretur.
Sed necp se ab exercitu præcedi indecens existimabat, à quo plus hortationi suæ
quàm cunctationi tributum cernebat. Quem merito his gratulatum crediderim,
qui iustę celeritatis compotes, quàm uiolentæ moræ consortes existere maluerũt.
Quam tarditatis iacturam impedimento solutus tanta remigij uelocitate pensa-
uit, ut penè prima nauigia occupauerit, dispendium casu inuectum præliandi cu-
pidine redimendo. Hunc publicæ festinationis procursum missa à Rugianis ratis
excepit, quæ aliquanto remissiore nauigatione utendum doceret, quod Bogis-
zlauo adhuc insulam Coztam tenentem incertus irruptionis locus existeret. Sed
& Iarimarus secessum hostium domestico milite succinctus operiebatur. Igitur
cessata impetus cura ad littus Dreccense diuertitur. Illic affertur hostes domum
petisse, nuncijs incidẽtis fortè nebulæ errore deceptis. Idem nostris portum Dar
sinum petere iussis, Iarimari cum eis consiliaturi Rugiano exercitu uallatum pol
licentur occursum. Quo loci adnauigato, cum nec Iarimarus nec quisquam ex
B eius satellitibus repertus fuisset, placuit Nicolaũ Falstricum quod Sclauicæ gen-
tis linguam calleret, explorandi hostiũ secessus gratia ad Iarimarum dimitti. Quo
abeunte, cum Absalon diuinæ uenerationi uacaturus littus scapha petisset, repen
tino nuncio per Iarimari familiarem suscepto, cognoscit Pomeranicam aduentare
classem, quæ si nebulæ densitas non obstaret, cerni cominus posset. Igitur reuo-
catis qui sacra gestabant, cupide concitatam classem obuiam hosti in altum dire-
xit, armis non precibus Deo libamenta daturus. Quod enim sacrificij genus sce
lestorum nece diuinæ potentiæ iocundius existimemus? At Pomeranis non tam
hostile solum repente inuadendi, quàm Rugianorum equitatum defendendi lit-
toris studiosum uarijs nauigationis ambagibus ludificandi propositum erat. Qui
Danicam conspicati classem, Boruuegium occidentalibus comitatum Sclauis au
xilijs sibi ferendi gratia aduentare credebant, aëris nubilo nostrarum nauium nu
merum habitumcp dignosci non patiente. Necp enim eorum animos subire po-
terat, Danos per tot locorum spacia à Sclauia remotos, intra tanti temporis angu-
stias eo loco fuisse prouectos, speculatoribus ob nimiam securitatem excubandi
officia parum curiose gerentibus. Igitur Bogislzlauus Rugianam classem appelli
ratus, à centum & quinquaginta myoparonibus circuiri desiderat, reliquam clas-
sem ueluti in aciem iactis anchoris componit, naues quibus alimenta uehebantur
aliquanto piraticis præstantiores, inter ipsas & continentẽ admouit, armatæ mul
titudinis speciem uacua lignorũ effigie adũbraturus. Quo uultu deceptus Suno
Bogislzlauum auxilia à Theutonibus mutuatũ credebat. Rarescente tandẽ nebu
la, Absalon ab exiguis hostiũ scaphis præteriri se uidens, ne omnes quidem tutò
redituras per iocum aiebat. Igitur socijs ingenti cohortatione firmatis, in hostilem
classem ut imperio ita ductu & nauigatione primus inuehit. Monitus à Sunone
ne eam perinde ac Germanicis roboratã auxilijs præpropera festinatione incesse

C ret,ſed temperato remigio militem armari iuberet, minime cunctandum aiebat, præfatus eo iam loci concluſum hoſtem,ut nec bellum tutò conſerere,nec fugam ſalubriter ædere poſſet. Itaque nihil impedimento fore quo minus promptiſſimam ſibi uictoriam eſſet ceſſurus. Eo deinde monitus iterante milites, Abſalonis munimenta corporibus aptare cœperunt, parte remigium continuante. Quorũ apparatus nimiæ ac perſeuerantis nebulæ beneficio hoſtem fallebat. At ubi propius uentum, Danorum iuuentus ut cunctationis ita ſilentij impatiens, ſublatis uexillis non temperauit ſibi quo minus concitatiſſimum præliandi ardorem celeſo cantilenæ genere proſequeretur. Abſalonis quoque ſignum nunquam ſine hoſtium fuga ſpectari ſolitum,Sclauis pariter & Danorum præſentiam prodidit & confligendi diffidentiam incuſſit. Igitur ſumma cum trepidatione ſublatis anchoris cupide claſſem concitare cœperunt,quantum nauigationis longo temporis tractu protulerãt, exiguo horarum ſpacio remenſi. Innumeri quorum fugam aut nauium magnitudo,aut anchorarum ſublatio retentabat,profundum petendo fluctibus quàm ferro uitam finire maluerunt.Horum rates eodem penè temporis momento refertas ac uacuas conſpicareris. Sed neque prolapſos natandi uſus ſeruare poterat,ſubiectarum uoraginum eluuie merſorum corpora tenacius apprehendẽte. Quantas igitur timoris uires exiſtimemus, qui quos nimio ſui hauſtu repleuerit,ne proprio quidem ſpiritui parcere compellit? Decem & octo nauigia nimiæ multitudinis in ſe confugientis concurſu rupta,receptis exitio fuere.Paucis hoſtem opperiendi animus fuit. Illius uero etiam ridicula formido extitit,qui ſociale exemplum peroſus,nexo ex rudentibus laqueo ſuſpendio ſe consumere,quàm hoſti necandum præbere maluit.Quod factum complures prius admiratione, deinde ludibrio proſecuti, dulcedine ſpoliorum lentius hoſtibus
D inhærere cœperunt.Quibus Abſalon præteritis,monitiſq; ne prædam quàm hoſtem inſequi mallent,ſeptem ſolis nauibus totam penè fugacium claſſem inſectari non deſtitit, illa nimirum fiducia uſus, qua toties ſibi hoſtiũ terga aſpicere contigit.Neque enim à palantibus in illa inſequentium paucitate numerus,ſed uitatus æſtimabatur. Centum fermè nauium turba maritimæ fugæ diffidentia terreſtrem cepit, perq; horridos ac deſertos ſaltus inermis,attonitaq; diſcurſum habuit. Iarimarum quoque hoſtilis ſanguinis quàm prædæ auidiorem concitatior tuendæ patriæ cupido reddiderat.Quinque ac triginta nauigijs uehementi remigio concitatis,hoſtilis Abſalonem nobilitas deuitabat.Quæ cum ſeptem ſola ſibi inſtare animaduerteret, fugam ſuam non ſolum triſtem,ſed etiam erubeſcendam rata, bis nauigationi perinde ac pugnam confectura laxamẽtum dare conata eſt. Igitur Abſalon quanquam ab amicis cæteræ claſſis aduentum opperiri rogaretur,nulla ex parte ceſſato remigio progredi perſeuerauit, plus hoſtium trepidatione quàm ſociorũ auxilijs utendum præfatus. Quo cognito Sclaui ſumma cum exanimatione metum rubori prætulerunt, nauesq; ſuas quo fugæ habiliores eſſent,arma & equos in profundum abijciendo, oneribus uacuefacere cœperunt. Acrius deinde conuerberato pelago,Penum amnem perſeueratæ fugæ receptaculum habuerunt.Quos Abſalon eouſque uacuo cunctationis remigio inſecutus,ueſpera ad ſocios qui prædæ incubuerant reuertit. Cuius ne particeps quidem fore ſuſtinuit,gloriam ad ſe,ſpolia ad milites redundare ſpecioſum ducendo. Igitur ex quingentarum nauium numero quinque ac triginta delapſis,decem & octo confractis,cæteræ in Danorum poteſtatem ditionemq; ceſſere. Illa igitur dies quæ Abſalonis claritate obcæcatam hoſtium claſſem aut fugam aut exitium pati coëgit, tot errores, tot maritima diſcrimina finiuit,Sialandicos portus ac Balticum fretum peſtifero piratarum incurſu uacuefecit, efferatam barbarorum fæ-

uitiam

A uitiam iugi patientem reddidit, patriamq; noſtram uix libertate ſua potientem Sclauiæ dominam effecit. Efficax & inuſitatum genus uictoriæ, quo cunctas hoſtium uires funditus euerti cõtigit. Eadem ut Sclauici cruoris plena extitit, ita nullum Danici impendium habuit. Quatuor duntaxat ex Rugianis ſociorum an hoſtium telis perierint, incertum eſt. Die poſtero decem & octo Scanienſium nauigia ſuperueniunt, quos Abſalon non moræ eorum, ſed uoluntatis æſtimatione facta, prædam cum uictoribus communicare præcepit. Quid deinde Sclauis conſilij foret cognoſſe cupiens, callidum ſpeculationis genus amplexus, Bogiſzlauũ ſub ſimulatione benignæ & ueteris amicitiæ, perfidiæ per legatos arguendum curat, nimiamq; regis offenſam obnixo placationis ſtudio præcurri poſtulat. Ad hæc Bogiſzlauus tantam receptæ cladis diſſimulationem agere ſuſtinuit, ut laudata monitoris beneuolentia, facturum ſe quod ab ipſo ſuadebatur promitteret. Tantum autem timoris Sclauorum uulgus ob priſtinam fugam animis inſitum habebat, ut etiam nouam uiſa rate quæ legatos uehebat ædere non erubeſceret. Poſt hæc Abſalon rerum à ſe geſtarum famam illuſtri nuncio præcurri magnificum ratus, Tachonem claro Fioniæ loco natum cum tentorio Bugiſzlaui quod ei portionis nomine ceſſerat remitti curat, nec ſolum uictoriam ſuam regi indicaturum, ſed etiam fidem aſſertis celebrioris prædæ geſtamine facturum. Per eundem quoque ne Sclauicæ uires nouis copijs inſtruerentur, meſſis tempus expeditione præcurrendum hortatur. Quem Kanutus lutis Vibergica concione contractis, Abſalonici operis euentum digno relationis officio repræſentare præcepit, expeditionis hortatore uſurus, quem nuncij autorem habuerat. Quo facto omnium animis maximam educendæ claſſis curam ingenerauit. At Cæſar tantæ cladis nuncio recepto, poſtquam ſolo Abſalonis ductu rem geſtam cognouit,
B omnem non ſolum obtinendæ Daniæ ſpem, uerumetiam attentandæ fiduciam mente depoſuit, proprias uires damnando, quod alienis parum efficaciter uſus fuiſſet. Eandem uictoriam Abſalon ſuam apud Byzantium incredibili famæ uelocitate uulgatam, poſtmodum ab equitibus ſuis tunc temporis in ea urbe ſtipendia merentibus accepit. Sed nouæ frugis acceſſio labentibus hoſtium alimentis opitulata eſt. Hiſdem ex regiæ profeſſionis cunctatione inſtruendorum frumento uicorum perquam utile ſibi laxamentum ſumentibus, huius expeditionis opinione perciti Vualogaſtenſes, profundiora Peni amnis loca crebro lapide complent, mœnium ſuorum aditum nauigijs negaturi. Quas Abſalon hiſdem aluei locis egerere cupiens, trahendæ ſecum iuuẽtutis gratia corpus aquis immergere non dubitauit, easq; lapidibus uacuefaciendo, quantum tranſmittendæ claſſi ſatis erat, ad patientem nauigationis habitum perduxit, quanquam oppidani machinas ſuas tali temperamento libraſſent, ut eadem amnis ſpacia certis ictibus deſtinarent. Quibus obſtaculis tranſitu uacuefacto, facilem ſocijs petendæ circunſidendæq; urbis aditum ſtruxit. Obſidione cœpta refixi ſub aquis ſtipites, quorum frequentia oppidũ erat uallatum, nauigia propius appellere paſſi non ſunt. Hanc oppugnationis difficultatem, Danorum iuuenes uirtute ſuperare cupientes, non temperauere ſibi quo minus nauigijs à profundo remotis pedibus in aquam deſcenderent, uadaq; gradu luſtrarent. Contrà oppidani in ſubiectos comminus tela iacere, nauigiaq; tormentis procul inceſſere cœperunt. Quorum eximios iactus eludere quàm excipere ſatius exiſtimares. Anceps incertumq; uitatu periculum erat, prægrandibus faxis in conſertas puppes cadentibus, in fuga ac declinatione cautoq; corporis motu, magis quàm in ulla armorum ope fruſtrandorũ ictuum remedium ducebatur. Abſalon mediotenus nauigij progreſſus, egeſta tormentis robora crebra corporis declinatione fallebat. Quem barbarus fortè præſidio

C egreſſus,poſtquam ex clypei notis agnitum habuit,tormentorum præſidibus ma
nu ſignificauit ut eum impeterent.Igitur interrogatus à quodam,an perſpectum
haberet qualiter ipſum barbarus denotaret,curam ſui illius animo inſitam reſpon
dit:eodem ludibrio hoſtem & monitorem excipiendo. Intrepidi animi dixerim,
in medio ſalutis diſcrimine pericula ſua iocoſo dicto proſequi uoluiſſe. Adeò cer=
tiſſimum fortitudinis & conſtantiæ experimentum neceſſitas tribuit. Expugna=
tione non procedẽte,noua adoriendæ urbis ratio autore Esberno excogitata eſt.
Siquidem inuſitatæ magnitudinis nauigium uariis ignis nutrimẽtis completum,
ſolo uentorum remigio,opportunis incendio mœnibus adigendum curabant.
Quod latenti in undis ſtipiti illiſum, ſine ulla oppidanorum iactura propriæ cum
materiæ diſcrimine conflagrauit. Ita exigui ligni impedimento,ſpes ingentis ui=
ctoriæ ſubruta eſt:hoſtiumq; ſalus paruulo fortunæ momẽto ab imminente exi=
tio protecta.Poſt hæc Bogiſzlauus in dedecorum ſuorum ultionem dolos men=
te ſcrutatus, Abſalonis colloquiũ ſimulata pacis affectatione per legatos poſcen=
do,cum ingenti equitatu deſtinatum conuentui locum petiuit.Quem binis ob=
uiam ſibi nauigiis uenientem ut continentem aſcenderet obſecrauit,commodius
in tentorio quàm naui colloquendum præfatus.Obſequentem illum nauigioq;
excedere uolentem,Erlingus quidam illuſtri inter Noricos loco natus,horridio=
ris ſomni narratione retinuit, haud dubie fraudem ſenſurum,ſi ſalutem ſuam ho=
ſtibus crederet,auguratus.Cuius uocem Abſalon perinde ac diuinitus ſibi dati
indicij miraculum ueneratus,uocanti ſe Bogiſzlauo,minorem à maiore peti non
oportere perhibuit, pontificem duci dignitate præſtare aſſeuerando. Ita hoſti im
potentiam obijciendo,fraudis materiam ademit. Ille ſtricta nauis ſpacia cauſatus,
repentino diſceſſu fallaciam detexit.Nam qui aliàs ultro nauigium Abſalonis in=
D gredi conſueuit, nunc eius aditum perinde ac fatale ſibi domicilium,conſcientiæ
malignitate confuſus, exhorruit. Gauiſus Abſalon quod ſalutem ſuam ſomnio
quàm hoſti credere præoptaſſet,ad claſſem ſe recepit. Igitur cum exercitus no=
ſter communem agrorum uaſtationem unius urbis excidio anteponens,exhau=
riendæ prouinciæ conſilium cepiſſet, inq; pontis pertranſeundi anguſtijs hære=
rent,crebris oppidanorum myoparonibus inceſſuntur. Qui mox ſagittariorum
ab Abſalone, regeq; miſſorum opera deturbati, infeſtandæ commodius claſſis
gratia continenti ſe tradunt, noſtrosq; clamore non minus quàm iaculis inſecuti,
per ſummam ignauiæ exprobrationem perinde ac uictis inſultare cœperunt.
Quo uiſo reliqui ex oppidanis paſſim correptis ſcaphis, mœnibus etiã quæ tue=
bantur deſertis,in ripam ſe conferunt,relicta à Danis tabernacula prædaturi.Ne=
que enim regios equites, nauium tranſitum in terra operientes, fumus taber=
naculorum quæ Dani diſcedentes cremabant incendio ortus,ab ipſis diſcerni pa
tiebatur.A quibus cum inopinati attonitiq; incurſarentur, pars in ſcaphas refu=
git,pars armis in ripa,aut aquis in amne exitium habuit.Natantes à ſagittarijs in=
terfecti,nauigantes euerſi,iuſtas irriſis à ſe Danis pœnas luerunt.Ita Vualagoſten
ſes paulò ante falſis noſtrorum opprobrijs exultantes,nunc ciuium in conſpectu
ſuo necatorum miſeranda fata luctu proſequebantur.Quod Oznenſes fama ex=
perti,ſuburbanos penates ocyus cremandos curant, ne ijſdem hoſtes ad mœni=
um ſuorum incendium uterentur.Igitur dum ultro ſe tectis ſpoliant, ingens ur=
bi ſuæ tutamentum conciliant, quo domibus tenuiores, hoc mœnibus tutiores
effecti.Rus regi rapinæ extitit. Cuius ſententia Abſalon Iulinenſium finium,ar=
ciumq; Zuinenſium expugnationem peragere iuſſus, Esbernum fratrem Zui=
nam cum commiſſæ ſibi claſſis parte præmittit, aut arces ipſas(ſi fors ſineret)ca=
pturum,aut earum cuſtodibus quoad ſe Iulino reuerti contigiſſet,fugam inter=
cluſurum.

cluſurum. Quorum ianuæ uenienti Esberno uacuæ patuere, propugnatoribus nimirum aduentum hoſtium furtiuo diſceſſu præcurrentibus. Ambæ itaq; incendio datæ. Qua de re Abſalon Iulinenſium rebus abſumptis, non ſolum longinqui fumi cõtemplatione, uerumetiam ſociorum inde reuertentiũ affirmatione certior factus, ad regem reuertit, lætatus ſe magna curarum parte fraterna opera liberatũ. Rex uicos neceſſarijs uſibus abundantes captu difficiles fore, uacuosq; tantũ à ſe penates exuri conſpiciens, remeare conſtituit: qui nunc deſertos inopesq; lares adortus fuerat, exacto meſſis tempore referta copijs horrea cõſumpturus. Cumq; non minus capiendarum urbium difficultate, quàm uacuarum ædium incendio fatigatus, Zuynam amnẽ abducendæ expeditionis gratia petiuiſſet, exuſtarum arium reliquias ſolo æquari iuſſit. Et ut omnia earundem monimenta demoliretur, etiam lapides fundamentis egeſtos in profundum iactandos curauit, quanquam ijdem recenti adhuc incendio torridi, uix ſe manu contingi paterentur: cuius laboris idem atq; expeditionis finis extitit. Autumno domi peracto, duodenis millibus è Rugia contractis, Tribuſanam prouinciam ditioni ſuæ parentem peragrat. Poſt hæc Cyrcipinenſium deuexã paludem paternæ militiæ æmulatione permenſus, ad urbem Lubekincam peruenit. Qua prẽterita, dum Diminum petere ſtatuiſſet, in abundantem potione uicum incidit, Barbaris illic tanta animorũ ſecuritate conuiuantibus, ut nullum prorſus hoſtilis aduentus formidarent impetũ. Quantam porrò gentis illius intemperantiã pacis tempore extitiſſe putemus, quæ ne hoſte quidẽ liminibus imminente, quo minus uires ſuas ebrietatis illecebris labefactaret, abſtinuit: Itinere deinde noſtrorum ad naues conuerſo, conuellendæ prædæ, ſpargendiq; paſſim incendij gratia, Danica manus diſijcitur, mentẽ regis longinquæ uiæ diſpendijs à petendi Dimini propoſito retrahentibus. Qui triginta ſolos ſibi comites aſſeruaſſe contentus, quum ingentem Barbarorũ cohortem opimam uillam tueri ſatellite nunciante cognoſſet, Abſalonem ſuo forte uexillo coniunctũ dimidio cum præſentiũ equitum numero opem ſocijs laturum dimittit. Qui imperium amplexatus, obſcurandæ paucitatis gratia laxius militẽ incedere iubet, multitudinis inſtar confuſam agminũ ſpeciem præbiturus. Quinetiã uehementius irruptionem ædere curæ habuit, quo plures inſequi crederentur. Iamq; Barbarorũ relicta uilla, nemus tenentiũ manipulos contemplatus, quum ſe longe uiribus inferiorem animaduerteret, ideoq; ſociorum augmentum ſimulare uellet, complures ex ſuis furtim diſcedere monitos, aperte ſubinde redire iuſſit, idq; ſæpenumero faciendum curauit. Igitur auxiliorum incrementa ſenſim recipere exiſtimatus, nõ ſuppetentibus qui prædam aſportarent, cõtractas uici opes ingenti pyra conſtructa cremauit, flammis inſequendo quod uſui comm odare non poterat, etiam miniſtris incendij tantæ pecuniæ conſumptionẽ animi dolore proſequentibus. Earegeſta ad regem ſe retulit. Qui propter Lubynã pernoctatione habita, deletis uicorum reliquijs, lacunam per quam arduo labore iter fecerat, ponte à Rugianis conſterni curat, eamq; nullo penè negocio remenſus, cõſcenſis nauibus, in proximũ Peno amni portum peruenit. Vbi diutina ac uehementi tempeſtate uexatus, Bogiſzlauũ pacem à ſe per legatos petentẽ repulit, quanq; iam labentibus alimentis expeditionem remittere cogeretur. Exactis domi hybernis per Zuynam ingenti cum expeditione regreſſus, Grotzuinã lacerat. Vbi cum larimarus hoſtiũ occurſum ex eorum lituo deprehenſum regi nunciandũ proponeret, idq; ab Abſalone niſi ijdem in conſpectũ ueniſſent exequi uetaretur, ancipiti malo circunuentum ſe dixit, qui ſi quid inopinati periculi ſe tacente ſocijs incidiſſet, incuriæ damnari, ſin maturius indiciũ afferret, timiditatis notari poſſet, quũ & præpropero nuncio uti probroſum, & nimis lento deſidioſum uideatur. Huius prouinciæ præda parũ ſa-

C tiatos Pomeranicarũ opum fama ſolicitat, quæ ut eximiæ, ita intactæ prædicabantur. Nulli tam longinquam militiam ingredi difficile uiſum, quanquã perferendæ inediæ, peragendæq; ſolitudinis prædicebatur aſperitas, ardore prædæ periculorum metum leuante. Imbellis populus urbiumq; & armorum inops regio fereba tur. Et quoniam noſtris propoſitum ex ſententia cedere conſueuerat, pergendi cupiditas animos inflammabat. Nec fraudandos præſentibus uotis felicia tot ſucceſſuum experimenta ſpondebant. In qua profectione pabulo parum ſuppetente nõ ſolum equos, uerumetiã pedites cõmeatibus onuſtos attritæ labore uires deficiebant. Hæ res conuertendi itineris, repetendiq; claſſe Iulyni cauſam dedere. Illic rex adoriendi per inſidias Camyni cõſilium nactus, apertęq; eius irruptioni latentem præferens, ductantibus locorum peritis per ignotos ac deuios ſaltus, plenum difficultatis iter corripuit. Errantibus cæteris Sialandenſes ac Scanienſes Alexandro (Abſalonis huic ſorore editus erat) primipilo uſi, Rugianisq; ducibus rectam & compendiariam uiam ſecuti, Camynũ uenere, occupaſſentq; niſi incolas incendio cautiores feciſſent. Quorũ paucitatem Bogiſzlauus, qui in eodem tunc fortè oppido moram agebat, effuſis manipulis irrumpendam ratus, Esberno qui talium rerum experientia uſuq; callebat, quo longius hoſtes urbe euocarentur, de induſtria cedendum monente, diu terga præbentibus inſtitit. Ad poſtremũ intellectis inſidijs, effuſius ruentes in aciem reuocat, tam improbũ ab urbe exceſſum amaræ reprehenſionis ſalebris inſecutus. Quod uidens Esbernus, abiecta fugæ ſimulatione, ſigna ad hoſtem reflexit, effecitq;, ut Bogiſzlauus caballo delapſus, pauido recurſu intra uallum confugeret, celeritate pedum ſalutẽ quæſiturus, quam aut armis aut equi uelocitate tueri fiduciam non habebat. Alexander illato portis ſigno, neminẽ à quo repelleretur inuenit, tanta trepidatione captis hoſtibus, ut ne urbis
D ſuæ quidem limina ab iniuria uindicare præſumerent. Qua gloria ſatiati Danorũ iuuenes, paulatim in aciem ſe recipere, q; ulterius urbi inſultare maluerunt, paucitatis æſtimatione temeritatẽ domante. Hunc iuuentutis procurſum rex reliquo milite ſubſecutus, propter muros equo deſcendit, expugnandæ urbis habitũ curioſiore cõtemplationis officio luſtraturus. Quo reſidente uallumq; uexillis ſtipante, canonicæ uitæ clerici contuſi deiectiq; animi mœrorem pedum nuditate teſtantes, digeſta rite proceſſione cum inſignibus ſuis adueniunt, eoq; paternæ ſanctitatis admonito, genibus niſi ſacris ędibus abſtinendũ precantur, orando ne diuinos penates humanis incendio iungat, neq; ita in hoſtes ſæuiat, ut publicæ religionis domicilia cõſumat: tot ſuas, tot maiorũ uirtutes teterrimo facinore corrupturus. Adiectum ab ijs eſt, Bogiſzlauũ regis tutò petendi gratia familiaris fidei patrocinium poſtulare. Reſponſum à Kanuto, homines ſibi, non Deum inceſſendi propoſitum eſſe, ut iuſtum, ita alienum ſacrilegij bellum geſturo. Quibus, ſi ciuitatis partem extra municipij mœnia collocatam cremaret: eccleſias mortalium ædificijs permixtas cõmunibus flammis implicandas, dicentibus, iram precibus remiſit, hoſtilesq; lares inuiolatos relinquere, quàm diuinos humanis iniuria æquare maluit. Illi urbem precibus ſuis donatã gauiſi, gratijs pro beneficio actis, lætitia ouantes diſcedunt, eamq; ſacro cõcentus genere proſequuntur. Bogiſzlauus quod petebat obtento, quæſitũ Abſalonem die poſtero obuiam ſibi cum ſarimaro uenturum precatur, eoſdem faciendæ cum rege pacis arbitros habiturus, quos tot colloquijs amicos expertus fuerat. Quem Abſalon fraude potius quàm ſyncera uerborum fide agere ratus, negauit ſe intercedere, quo minus igni prouincia uaſtaretur, ne tantũ iter expleſſe fraudi fuiſſe uideatur. Ille nihil à ſe extra municipij mœnia poſſideri confeſſus, ſacris tantum domicilijs eorumq; gratia uicinis tectis abſtinendum orauit. Quod beneficium eodem uoto petitũ promiſſumq; eſt: reliquũ

lucis

A lucis auidissima uicorum uastatione consumptũ. Bogislzlauus præsentium pericu
lorũ impulsu promissum reuertendi tempore sectatus, Absalone & Iarimaro de-
xtras præbentibus ad regem perducitur, ingentisq; summæ pecunia multæ nomi
ne pacta, non alias pacis conditiones assequi potuit, quàm ut procurationẽ hacte-
nus patrimonij titulo administratã, è manu regis beneficij iure susciperet, liberta-
temq; seruitute mutaret, Rugianæ gentis tributũ obsequijs æquaturus. Hanc pa
ctionẽ obsidibus firmandam pollicitus discedit, redeundi comitibus utendo, quos
aduenìendi duces habuerat. Et ne uenerationis expers dimitteretur, ab Absalone
conuiuio cum amicis exceptus, potu nimis auide sumpto adeò uires sensumq; ex-
uit, ut uix mente cõstare putaretur. Qua intemperantia amissæ maiestatis oblitus,
deflendæ seruitutis loco, libertatis gaudia repræsentauit. Igitur nimio ebrietatis
hausfu obstupefactis neruis, naue egestus in tentorio collocat, Absalone quadra-
ginta armatos ante tabernaculi fores excubare, nocturnæq; eius custodiæ uacare
iubente. Tanta siquidem apud Danos seruandorum hospitum sedulitas existere
consueuit, ut eorũ saluti perinde ac propriæ studere curaret. Quo beneficio obli-
gatus Bogislzlauus, Sclauorũ animos Danis applicando, debitam Absalonis me-
ritis gratiam retulit. Quibus cum pulso mane somno oculos inseruisset, Danorum
fidem exosculatus, aptissimoq; laudationis genere prosequutus, plus uoluptatis
se ex percepta Absalonis humanitate, quàm amaritudinis ex patriæ iactura sentire
dixit. Igitur ad locum in quo milites eum præstolabantur relatus, postero die Scla
uicæ nobilitatis proceribus adductis, genibus annixus cum coniuge se &
liberis
ad pedes regis suppliciter abiecit, ueniamq; diutinæ rebellationis precatus, obsi-
dibusq; ex parte datis, ex parte promissis, auitæ paternæq; procurationis summã
B beneficij loco suscipere non erubuit, quod patrimonij erat, alienæ largitionis in-
dulgentia possessurus. Rex principis huic necessitati miseratione permotus, satis
iam graues eum sibi pœnas dedisse existimauit, regnumq; eius in munere quàm
in usu suo constituere maluit, ac demum humi iacentem erexit. Nec minus regẽ
materne erga Bogislzlaui filios necessitudinis respectus tangebat. Ita Sclauicarum
rerum dominium assiduis Vualdemari laboribus negatũ, paruulo Kanuti negotio
contributum est, felici eius militia paternã supergrediente fortunam. Eodem tem
poris momento ingenti nubium uolumine collisso, per summã utriusq; gentis ex-
animationem fracta crepuere tonitrua. Quo euentu Sclauici regni interitũ porten
di à coniecturarũ sagacibus existimatũ est. Bogislzlaui quoq; animus cõstantiæ pi
gnoribus refectus, accepti beneficij memoriã ad ultimũ usq; uitæ tempus inuiola-
bili fide exhibuit: adeò ut cum supremo morbo correptus in lectulo lateret, adhi
bitos amicos iureiurando obstringeret, eos cõiugem suam ac liberos ad regẽ per-
ducturos, eumq; diuidendi inter pupillos regni autorem habituros, & quod is sta
tuisset perinde ac testamento cautum custodituros: nihil se de Danorum fide hæ-
sitare testatus, quorũ egregia toties experimenta susceperit. Suc-
currebat enim illustri uiro quantos fructus Rugia
nis cõstantis erga Danos amicitiæ
custodia peperisset.

Hactenus Saxo Gram-
maticus.

Locorum aliquot Saxonis historiæ emendatior lectio: priore numero paginam, altero uersum indicantibus.

Pag.1.uer.28.quam ingenij. Pag.2.A.uer.5.celeberrimis. C.uer.15.parallelum. 4.C.22.Null a Sueonum. 9.B.abduceretur, quæ morienti petenda fuerant. 11.A.13.opimæ. 14.D.13.interfectis. 15.D. 20.clepsydra. 16.C.etiã regi. 20.D.18.Alijs amoris decor. 23.B.12.debeat. 25.D.4.In hæc. 26 B.12.ita se ceruice de industria collocauit. C.uer.6.collacteus. 28.C.15.hi sopitam. D.14.condecebat. 29.B.2.patrio. 30 A.22.comitibus, reginæ pen. 31.A.20.diutinam. 32.B.4.leuioris. uer.9.credebat. 33.A.14.cæco. B 4.stuporis. C.4 latere. D.2 utrinq;. 34.C.6.præstarent. 35.A.15.procacitatis facundia. 36.D. 2.Quem Gotherus. uer.6.petit, uocabuli largitionem. uer.10.Gothero. 37.C.1.Ericus. uer.19.tacito. D.14.leuãda. 38.D.10.uerba. 39.D.3.athletæ. uer.17.Frotho. 40.B.19.uindicem agere. 41.C.7.criminis conscientiam. Eod.uer.redditurum. 43.B.20.hac, inquit. 44.B.3.aciem, postremam. 45.C.7.Octauo uero. D.3.Interea Hithinus. & uer.19.Ita Hithinus. 46.A.2.Skalc Scanico. C.19. rediuiuus ruit. 49.B.2.hic agresti. &, ministrauit. C.1.celeritatẽ. 50.D.6.cygnico. 54.A.21.pulicibus. D.2.tactuq; salacis. 55.C.3.Qui cum. D.12.athletæ. 56.B.1.Angaterus. 57.D.12.alienæ. 58.D.17.adornabat. 60.A.10.cuius iam prod. 62.B.21.pensaturus. 63.A.24.Syualdum. 65.B.4. Heluuis & Hamundus. uer.5.Alf &. 66.A.uersum primum dele totum. 67.B.9.cognominat. 71.D.uer.ult.absumpto. 73.A. 19.denunciatur. B.23 solido militũ robore. 74.A.15.auidæ. B.3.conciliauit. 79.C.10.abductam. 81. B.7.neminẽ. 82.A.3.quidam. B.8.continentiæ. C.24.arctius tenditur. 83.C.1 fortasse pro, Cuius quoque, legendum est, Crinis quoq;. 85.A.11.Cuius. uer.17.auspicio. 86.B.12.Herothi. 88.C.2.deuinxerãt. uer.8.rerum contextui. 90.B.14.pro Edebrandus, fortasse legendum, Hedelradus. Ita enim uocat eundem suprà 89.D.uer.ult. 92.C.19.fœminas. 94.B.14.tenebatur, tanta. uer.25.contenti. 95.B.penult.augurum. 96.B.9.metus. 97.C.9 præbuit, fortuitũ. 100.A.2.tandiu. 105.A.2.matutino tem. 112.C.14. duelli. 115.B.2.fratris, Kan. 122.A.4.ex primi. 128.C.6 quia tetrã. 129.A.16.id loci. C.1.Fioniã.uer.3. ædebantur. 134.D pacisci tur. 138.B.10.potitus.uer.20 accepta fide, prop. 139.D.14.urbi, suscepta pec. 141.A.12.uetusto. B.31 Hiscéne. 142.D.20.securitatem. 145.B 3.exequi perg. 146.A.11.perq; illud. 147.B.7.quid deditione. 148.B penult.à nescio quibus. 150.A.8.familia comitatior, sine te. B.7.hospitalitatemq;. uer.9.per interpretem. 160 D.9.Granzamq;. 161.A.19.satietas amouisset. D.6.interiora. 162.C.10.Per idem. 166.D.17.corrigendæ. 167.C.12.myoparones. 172.D.8 in id maxime. 181.C.15. Absalonis, nimiam. 184.A.19.concionandi. 185.C.23.traditurus. 186.A.4.repleuit, quietem suam.uer. 19.tenente. B.12.auxilij sibi.



A 1399.411
OCN 29808422

